6
23-E

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
30 A
40

Bibliotheca
Major. Coll. Rom.
Societ. Jesu
6-23-E-29

73.2(6)
73 73 73
F E B
96 5 56

IOAN. HENRICI
A PFLAVMERN IC.
MERCVRIVS
ITALICVS,
HOSPITI FIDVS
Per
ITALIÆ
Præcipuas Regiones & Vrbes
DVX,
Indicans, explicans
Quæcumque in iis ſunt viſu ac ſcitu digna.

Ex Leg.e Ill.mi Cocini



Bibliot. Secr. Coll. Rom.

LVGDVNI,
Typis PETRI ANARD
M. DC. XXIIX.

Soc. Iesu

Cum permiſſu Superiorum.

ILL^MO AC REV^MO
Principi Domino

D. IACOBO

EPISCOPO CON-
STANTIENSI, DO-
mino Augiæ Maioris
& OEningæ,&c.Prin-
cipi Domino beni-
gniſſimo.

ADOLESCENS annorum XVII. poſt abſoluta literarum humaniorum & Philoſophiæ ſtudia à parentibus in Italiam miſſus dedi ope-

ram, vt quas ob cauſſas miſſus eram, id præſtarem. Inter eas hæc, & mihi cura aliqua fuit, vt regionis, quondam Orbis imperio, nunc Eccleſiæ principatu claræ faciem monumentaque tam priſca ſcriptoribus laudata, quàm recentia arte pretióque rara perluſtrarem. In quo hoc ferme inſtitutum tenui, vt in itinere obuia referrem in pugillares, dein vbi commodum eſſet, ſæpè etiam in hoſpitio, dum prandium cœnámve hoſpes appararet, exſcriberem obſeruationes meas, tandem laxiore otio, horis ſubſeciuis, conferrem cum melioribus rerum Italicarum auctoribus. Ita congeſtum eſt hoc, quidquid eſt operis, quod hortantibus V. V. C. C. Marco Velſero Reipub. Aug. II. Viro, & Matthæo Radero è Societate I E S V præceptore meo

meo, dudum vulgandum erat. Preſsi hactenus, & preſſurus fuiſſem diutiùs, niſi ſpem feciſſet inſtans Annus Iubilæus haut ita ingratum futurum laborē meum illis, qui Italiam illámque Orbis vrbem aut religionis aut viſendarum rerum ſtudio eſſēnt adituri. Hæc editionis huius cauſſa: quod autem Iuuenilia hæc mea tibi potiſsimùm, Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Princeps, inſcribam, inter ceteras cauſſas hæc eſt non poſtrema, quòd cùm grauioris ætatis ſtudia obſequiis tuis hactenus penè tota impenderim, dignum erat vt litterarum hæ quales primitiæ non alij conſecrarentur. Quas vt beneuolè ſuſcipias, méque gratia ſi non meritis debita, Principi tamen pulchra & glorioſa vt complectaris, etiam atque etiam ſubmiſsè oro.

Calendis Februarÿ. Anno M. DC. XXV. Iubilæo.

Ill. ac Reu. D. T.

deuotiſſimus & deuinctiſſimus.

IOANNES HENRICVS
à Pflaumern. D.

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DE VILLE, in ſacra Theologia Magiſter, in Sancti Pauli Lugdunenſis Canonicus,& in hac Diœceſi à D. CAROLO MIRON Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Lugdunenſi in librorum cenſuram incumbere iuſſi: fidem facimus, nos hunc librum cui inſcriptio, *Ioannis Henrici à Pflaumern IC. Mercurius Italicus*, &c. vidiſſe, in eóque nihil à Catholica, Apoſtolica & Romana fide alienũ animaduertiſſe; quin liber ipſe rerum locorúmque varietate iucundus & vtilis. Lugduni apud S. Paulum prid. Id. Octobr. 1627.

I. C. DE VILLE.

CONSENSVS.

L*Ibrum cui inſcriptio*, Ioan. Henrici à Pflaumern I C. Mercurius Italicus, *typis Auguſtæ Vindelicorum nuper mandatum, Lugduni prælo ſubiici, & in lucem edi, egò Regius Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura non impedio. Die* 14. *menſis Octobris* 1627.

PVGET.

SVMMA ITALIÆ DESCRIPTIO.

EA alios habuit habétque terminos. olim Ancona, Æli, aut Rubicone fluuiis finiebatur. Hodie Italiam dicimus omne illud terræ ſpatium, quod poſt Gallicas noſtraſque alpes ad Siculũ vſque fretum inter tria maria procurrit: Hadriaticum, Ionium & Etruſcum. Ab his, quò à principio magis abit, magis ac magis conſtringitur & ſæpè ſinuatur. demum in duo cornua deſinit, quorum id, quod breuius eſt, in Ionium ſinum eiicit: altero Siciliam pænè contingit. Hoc Calabri habitant, illo Salentini. Poſt Calabros Etruſcum mare accolunt Lucani: inde Campani Latiníque: tum Etruſci: vltimi Ligures. Hadriaticis litoribus ſedent Apuli Salentinis proximi, proximi Apulis à fronte lateréque Samnites: his Anconitani, Anconitanis Romanioli, vt hodie appellantur. Veneti intimum circùm ſinum accolunt. Neque explent

Italiæ noſtræ fines.

populi.

a 5 latiſ

latiſſimam ibi Italiam aut Anconitani, aut Romanioli Venetíve, itaque inter illos & aduerſos ea parte Etruſcos Vmbri interiacent; Romaniolos Venetóſque Lõbardi excipiũt & ad alpes vſque Italiã cõtinuant, Gallicas Ræticáſque. Apenninus in vltima Liguria aſſurgés perpetuis iugis Anconam vſque tranſcurrit mediã Italiã, ab Ancona per Hadriatici maris litora porrigitur; tandẽ Calabros intrat, & cũ ipſa Italia apud Leucopetrã finitur.

Calabria. Calabri, vt dixi, longiori cornu, quod Siciliam reſpicit, habitant impléntque id penitus: triplici autem mari pœnè circumcinguntur, ita etiam illa parte, qua ceteræ Italiæ coniuncti ſunt, penetrat vtrimque mare & terram coarctat. Vnde duplex ſinus efficitur: maximus Tarentinus, minor Policaſtrenſis. In hunc Cocco, poſt breuem à Capite Lao vel Laino curſum influit, fluuius Talauus à veteribus vocitatus. Iſte cũ Roſſeto, quod ad Tarentinum ſinum eſt, Calabros iam terminat. olim Brutiorum limes erat, etenim Calabri in altero Salentinorum cornu exiguis finibus incluſi degebant, vt dicam. Huius cornu partem

Brutij. eam quæ Etruſco mari alluitur, Brutij habebant Regium vſque, ſiue, vt alij ſcripſerunt, ad Alleſſum fluuium, aut Promontorium Leucopetræ (quod *Capo Spartauento* vulgò appellant, & L. ſtadiis Regio diſtat) ſiue, vt alij, ad Promontorium Heracleum, quæ omnia parum

ab

ab ſeſe inuicem diſſita ſunt. Pars altera, quæ Ionio mari pulſatur, Magna Græcia dicebatur, & extra hodiernos Calabrorum fines longiùs effuſa oram Tarentini ſinus Tarentum vſque comprehendebat. Verùm Plinius & Strabo arctiùs eam aliquanto definiunt, vt Brutiorum quidem regione longior ſit & Lucanos etiam tranſeat, Apulos autem non ineat, ſed apud Metapontinos ſubſiſtat; quorum vrbs in extremo maritimæ Lucaniæ angulo prope Apuliam fuerat. Ergo iam Calabria Brutios & Magnæ Græciæ maximã partem complectitur; etiam ſinus Tarentini, qui à Promontorio Lacinio, vbi latiſſima eſt Calabria, incipiẽs prope è Roſſeto Lucanos intrat, antè tamen interiorem Calabriam Roſanúmque luſtrans ſinum vtcumque diductis litoribus patulũ efficit: Lucanos quoque emenſus in Apuliam ſe immittit recto curſu, verùm vt Tarentum attigit, curuatus egregium portum forma X X X. millium circuitu; inde perpetuo flexu ſecundùm alterius cornu, quod Salentini incolunt, oram progreditur ad Iapygium Promontorium vſque, vulgò *Caput S. Mariæ* appellatum. Hoc vna cum Lacinio ſinus Tarentini os conſtituit. Lacinium ſuperbiſſimo Iunonis Laciniæ fano inclytum, *Caput Columnarum* incolæ vocant, columnæ enim ſuper alia famoſi eius templi rudera pœnè integræ exſtant. Sub Lacinio Promontorio mare

Magnæ Græciæ termini.

& Calabriæ hodiernæ.

Tarentinus ſinus.

Iunonis Laciniæ templum.

penitus in mediam Calabriam irrumpit tangítque Scyllatium vrbem, à qua is ſinus, XL. milliaria circumplexus, Scyllatius nominatur. Huic ex aduerſo Hipponiatus pœnè ſe iungit, quippe continentis anguſtiſſimum interpoſitum iugum eſt, nec niſi XX. M. P. in latitudinem patens. Hipponiatum veteres, vt Leander Albertus ſcribit, etiam Naptinum, dixere, & Vibonienſem Phocenſium, & Magnum Terinum: noſtri vno omnes ore à vicino S. Euphemiæ caſtello denominant. Eum claudit longè extra ceteram Calabriam extruſum terræ brachium, cuius apici Turpia ciuitas impoſita eſt. E regione in Ionium pelagus ſimile promontorium egreditur, ac cohibet Scyllatium ſinum. Hæc maxima eſt extremæ Italiæ latitudo, quo propiùs enim Siculum fretum venit, magis cacuminatur; tandem anguſtiſſima in duo breuia cornua abit, quorum alterum Siciliæ fronti obducitur, alterum in Ionium mare protenſum Leucopetræ Promontorio finitur.

Sinus S. Euphemiæ.

Calabriæ Lucania adiacet, & Talauo fluuio ſeparatur, vt dixi, regio maximæ futura latitudinis, ſi Tarentino ſinu non arroderetur: latior tamen eſt, quàm Calabria, non longior, vt quæ Silarum fluuium non excedat. De Silaro notat Plinius virgulta & frondes in ipſum decidentes lapideſcere. Terminant Lucaniam inſuper Hirpini, & Apuli

Lucania vulgò Baſilicata.

Lib. 2. cap. 130.

Apuli & ſinus Tarentini pars. à meridie Etruſcum mare alluit non Lucaniam modò, ſed Campaniam etiam, quæ à Silaro aut Sarno, vt alij definiunt, exordium capiens latiſſimo camporum æquore per ſexaginta ampliùs paſſuum millia ad Lirim fluuium vſque protenditur, dextra Samnites Apuloſque habens. A ſcriptorum pleriſque Felix cognominatur, ea enim eſt ſoli vbertate, vt non concepta modò ſemina multiplicatis fructibus reddat, ſed multa etiam ſua ſponte profundat, non frigore nimium, non æſtu laborans, & idcirco numquam feſſa, omni anni tempore alias ſuper alias fruges producit: bis zeam, quam Latini far dicunt, ſemel panicum, demum olera. bis floribus annuè vernat; bis germinant & pomis vtiles ſunt arbores.

Campania.

Eius felicitas, de qua Strabo, Florus lib. 1. c. 16. Plinius l. 3. Vbert. Folieta de laudib. Neap. Hier. Salmuth in Not. ad Pancir. inuenta tit. 9. Camerar. oper ſucciſ. c. 85. Sanfelic. in Cãpan. Strabo l. 5. Dionyſ. Halicar. l. 1.

Et pyra adulta pyris ſuccedunt, malaque malis.

plantæ aliæ moriuntur, aliæ pullulant, aliæ patulis diffuſæ ſolis itemidem veſtiunt terram atque exornant; ita perpetua ſibi inuicem ſerie ſuccreſcentes nunquam vt nuda ſit tellus, faciunt, ſemper virens & beatum in media hyeme ver,

——————— *atque alienis meſſibus æſtas.*

Hæc Ceres, nec tenuiora æmulus deæ Bacchus: Calenum, Maſſicum oſtentandæ potentiæ gratia. Concertat Mulciber, & commodo mortalium vires ſuas aperit.

aperit. Quæ non cauis incluſus meatibus coquit & miſcet? quot, & in quam non formam temperat tam ex mari in viſcera terræ immiſſas, quàm in lacubus ſpecubuſque ſtagnantes aquas? haud dubiè Æſculapio aliquo dictante.

Plin.l.cit. Iurè itaque & meritò veteres ſcriptores Campaniam *Felicem* & *vno in loco gaudentis Naturæ opus*, noſtri Italiæ Paradiſum ſolent cognominare. Eius olim caput Capua fuit, iam Neapolis eſt. Populi longè præcipuis opibus fuere Cumani, qui omni tractui Vulturnum & Sarnum fl. interiacenti imperabant. A Sarno ad Silarum vſque Picentini incolebant XXXIII. millium paſſuum longitudine, latitudine dimidia, quorum princeps ciuitas Picentia erat, ea quæ hodie immutata prima littera Vicentia appellatur, non illa Ciſalpinæ Galliæ celebris vrbs.

Cumani.

Picentini.

Latini. Silarus & Picentinos, & Campaniam omnẽ ab Oriente terminat, vt dixi: è regione Liris fluuius limes eſt. trãs fluuiũ Latini habitant; atque oſtium quidem eius priſcis temporibus Auſones clari populi, vt qui toti Italiæ nomen fecerint, accoluere, per Campaniæ & Latij maritima ad Pomptinos vſque campos diſtenſi, vt Blondus ſcribit. Fontem verò eiuſdem fluminis Hernici poſſedere: ſupra Hernicos lacum Fucinum ſiue Celanum Marſi, orti à Circes filio Marſo; vnde & ſerpentes domandi vim ac

poteſta

poteſtatem, Agellio teſte, accepere. Lacui, quem circumſidunt, adiacet Marruuium, vulgò *Marno*, de quo cecinit Silius: *lib. 16. c. 11.* *lib. 8.*

Marruuium veteris celebratum nomine Marſi
Vrbibus eſt illis caput ——

Pone lacum Campi Palentini ſiti ſunt, quos, niſi ab ea parte, qua lacus adit, altiſſimi montes circumſepiunt, interque eos profunda vallis circiter mille paſſus in latitudinem, totidem in longitudinem extenditur, nobilitata cruento prælio, quo Conradinus Sueuiæ vltimus Dux fuit debellatus. Demum intimi ex Latinis Æquicolæ circum *Tagliacozzo* ſedent, & tres illos lacus, quos Simbruina vel Imbriuina ſtagna à Tacito nuncupari opinio eſt. Ex his Anio fluuius, hodie *Teuerone* nominatus promanat. alij quos inter Plinius, è Trebulanis collibus exſilire volunt, inde accipere ſuo alueo è dictis lacubus effuſas aquas: alij aliis locis naſci autumant, niſi nominum potiùs, quàm locorum eſt, quæ apud auctores reperitur diuerſitas. Certiore fluxu, quàm origine, Tibur radit Gabinoſque circa Gallicanum habitantes; ibi ſaxificus & ſpumans & ſubter humum nonnuſquam occultus è propinquis Tiburi montibus in altitudinis immenſum præcipitatus, tum *ſulphureis ſerpit leniter*

Vbi victus Conradinus noſter.

lib. 14. Anionis fontes.

Strabo & Tacitus.

Silius lib. 8. *niter vndis Ad genitorem labens ſine murmure Tibrim*, Tiberis non multum ſupra Romam exceptum ad mare deuehit. His duobus fluuiis Latium ab Occidente terminatur; vltrà Etruria atque Vmbria eſt: ſed de his dicturus tum demum ſum, cùm priùs eas gentes recenſuero, quæ à latere hactenus deſcriptorum populorum ſuper Hadriatici maris oram habent.

Salentini vulgò *terra d'Otrante.* Ex his ergo vltimi Salentini, vt principio dixi, de duobus cornibus, in quæ Italia finditur, alterum incolunt. Eorum regionis certiſſimus terminus eſt Ionium mare à tribus partibus circumfuſum, nec apertum, niſi qua frontem lambit: latera vtrimque anguſtum alluit, arctant enim hinc Lucaniæ Apuliæque litora Salentinis aduerſa (inter quæ immiſſum mare Tarentum vſque procurrit, vnde ſinus, quem efficit, Tarentinus vocatur, vt antea monui) inde

Corcyra inſula, hodie *Corfù.* ſtringit Corcyra inſula, quæ & ipſa in Ionium pelagus prominet, atque ex aduerſo in idem excurrenti Salentinorum regioni velut iungere ſe velle videtur. quas maris anguſtias, Hadriatici ſinus os nominãt. Vrbium Salentini tres principes habent: Tarentum, Brundiſium & Hydruntum, quod hodie Otrantum vocant, & ab eo omnem Salentinorum regionem *terram Otranti*. Litora, quæ Hydruntum inter & Brundiſium ſunt, Calabri olim tenuere: iam alibi habitant,

& latiùs multò,ſicut antea memoratum eſt. Apud Brundiſium etiam Hadriaticus ſinus deſinit. Idem (etſi Oſtunum vſque exeat vulgaris dimenſio) vnà cum Tarento Salentinos finit. Ac poſt eam lineam, quæ Brundiſio Tarentum vſque duci fingitur, Apulia ſe aperit longior latiórque, quàm ſit Salentinorum hoc cornu, quod alibi fortè laxius, inter Brundiſium certè Tarentúmque nõ niſi XXXII. milliariũ latitudine eſt. Hadriatici maris terminus.

Apulia Lucanos læua habens ad Aufidum ſe fluuiũ, qui ex Hirpinis montibus delabitur, pandit; eouſque Peucetia nuncupatur, vulgò *terra di Bari* à Bario regionis vniuerſæ metropoli. At Aufidus ſolus Apenninum ſecat, & CCC. ſtadia emenſus, vt numerat Strabo, iuxta Barulum Hadriatico mari hauritur. Vltra cũ Samnitiúmque montes poſita Apuliæ altera pars, quã Dauniã Latini ſcriptores appellant. Hæc Tiferno ſeu Fortore fluuio finitur. Tifernus è monte Tiferno Apennini iugo, quod Caraceni circumcolunt, defluit, ac LX. P. M. progreſſus propè lacum Leſinæ mare inlabitur. Apuliæ vltima illa pars, quæ cis Tifernum eſt, etiã Iapygia dicitur, cui terminum ſtatuunt *Capo baſſo* caſtellum arduo Apẽnino obſeſſum. Ab hoc Apulia versùs mare longiſſimè procurrit; tandem in promontorium deſinit, quo vult Ptolemæus Hadriaticum pelagus Ioniúmq; diſcerni. Huius Dauniæ Apuliæ vmbi

Apulia Peucetia.

Daunia.

Tifernus ſeu Phiternus fl.

Iapygia.

vmbilicum conſtituit vrbs Luceria, circa quam velut maris vaſti panditur planities, Capitaniata ab incolis dicta.

Samnium vulgò *Abruzzo.* Ab eadem Apulia quidquid terrarum Venafrum vſque, Campaniæ vrbem, ſitum eſt inter Vulturnum flumen, Soram atque Atinam (quam tamen vrbem Ptolemæus cum Plinio in Latio reponit) Æquicolas præterea ac Marſos: id Samnites tenent. Primæ eorũ vrbes ſunt Bouianum Apuliæ imminens, prope quod Tifernus ſeu Phiternus amnis exſurgit: & Beneuentũ, etſi hoc Plinius Hirpinis attribuat: nec minùs famoſum Caudiũ, cuius quædã adhuc temporis ſuperſunt: & Caudina vallis, hodie Gardani, Furculæque Caudinæ parum diſſitæ à Beneuento, ad quas Romanorũ integræ legiones à Samnitibus interceptæ, ac ſub iugum miſſæ fuerunt loco, qui hac ætate *iugum S. Mariæ* appellatur. Atque hi, qui à latere Dauniæ Apuliæ intra præſcriptos fines habitant, vno nomine Samnites dicuntur. Frontem eiuſdem alij populi ambiunt, qui etiã in Samnio locari ſolent, ſiquidem quam regionem Itali *Abruzzo* vocant, nos rectè Samnium interpretamur. Proximi ex illis Caraceni ac Frentani, qui poſt Tifernũ ad Sarũ ſeu Sanguinem fluuium vſque incolunt, vel, vt Straboni & Plinio placet, ad Aternũ: qui fluuius, vt alij omnes ea regione, ex Apennino profluit atque in Hadriaticũ mare fertur, vulgo Peſcara nuncupatus.

Caudium *nobile Romana calamitate. Liuium lege lib. 9.*

Caraceni & Frentani.

Plurimi à Strabone Plinioque diſſentiunt, Frentanos Saro definiunt, quod Sarum inter atque Aternum iacet, Pelignis attribuunt, rectè, vt mihi quidem videtur. Trans Aternum Marucini ſtatuuntur, & ſub Apennino Veſtini. Hi Amiternum opulentam illis temporibus vrbem coluere, quæ poſtea occidit & Aquilæ alti montis ſupercilio impoſitæ ciuitati, vt naſceretur, caſu ſuo dedit. Poſtremi Præcuthani ſeu Prætutiani, quod ad Truentum flumen Samnij supereſt, implent. Truentum ſeu Tronto in aſperrimo Apennino concipitur; inde delapsũ dextram per Præcuthanos, alteram per Picenos ripam agit. Samnium etiam vniuerſum terminat, & ditiſſimum Neapolis regnum, quod ab eius faucibus vſque ad oppoſita maris Tyrrheni litora extenditur: inde vtriuſq; maris oras & mediam inter illas terram amplexum longiſſimo tractu ad Siculi maris anguſtias procurrit, definitq; ibi, vbi Italia omnis. Ambitus eius MCCCC. milliariũ eſt; fruitúrque vniuerſo Hiſpaniæ Rex, & immẽſarum ſuarum opum ex illo non vltimas percipit: abundant enim regiones huius regni deſcriptione cõprehenſæ frumento, vino, oleo, ſaccaro, croco, manna quoque & rhabarbaro; ad hæc ſerico, lana, pecore & equis ab indole generoſa vulgo notis. Quæ aliáq; id genus mercimonia partim in vſus incolarum verti ſolẽt, partim exportari in vicinas prouincias, haut

Peligni: Marucini. Veſtini.

Præcuthani.

Neapolitani regni fines.

& amplitudo,

& opes. *Vide Theſaur. Polit. & Delic. Neap. Hieronymi Megiſeri.*

haut ſanè abſque lucro venditorum, cùm quandoque tricies centena aureorum nummûm millia domum retulerint, vti Vbertus Folieta in Neapolitanæ vrbis panegyrico ſcriptum reliquit. Cui tantæ ſoli vbertati haut impar eſt incolarum frequentia, quam ſcriptores omnes magnam eſſe vno ore conſentiunt, ſed numerant variè. Ego Bozium ſequor, qui Italicarum vrbium hominúmq; ſubductâ ſummâ, cùm Italiæ totius vrbes ad trium millium ſexcentarum quinquaginta, domicilia verò hominéſque ætate militari ad quindecies centenorum millium numerum accedere ex argumentis non vanis collegiſſet; tertiam ſummæ vniuerſæ partem Neapolitano regno attribuit ita, vt iudice ipſo virorum quingenta millia, mortalium verò omnis ætatis ſexúſque tricies centena millia, domiciliorum quingenta circiter millia, vrbes mille quadringentæ & ſexaginta tres ſint in Neapolis regno.

De ſtatu Ital. lib. 3. c. 1. Virorum vrbiúmque totius Italiæ tum & Neapolitani regni numerus.

Picenum, quod vlterius eſt ſub Romani Pontificis ditione, Italum vulgus Marchiam Anconitanam nominat, & Piceno idcirco nouos eóſque latiores terminos cōſtituit: veteres namque Æſi fluuio, quē Fiumeſinum vocant, finiebant: Marchia autem ad Iſaurum fluuium, hodie Fogliā nuncupatum, exit. Imò veterum ſcriptorū quidam Ariminum in Piceno ponūt, quod trans Iſaurū eſt ſitum: atqui erraſſe profectò ij videntur, vt infrà dicam. Exit Mar

Picenum vulgò *La Marca.* De quo Silius lib. 8. *Queis Æſis, venator erat, fluuio que reliquit nomen.*

Marchia etiam Apenninum, qui totam Italiæ latitudinem emenſus ad Senogalliam maritimam vrbem pedem extẽdit, inde rectus ad vltimos vſque Calabros procurrit, vt ſupra dixi: quod autem à Senogallia ſiue Apennino vſque ad Iſaurũ ſoli patet, antiquitus Ciſalpinæ Galliæ attribuebatur & diuersè Senonibus atq; Vmbris. Marchia Italici Martis veluti propria regio eſt, ita nati factíque ad arma incolæ non corporis modò robore ingenti, ſed animo etiam prompto & in quibuſlibet periculis imperterrito. Marchiani Martij.

Ante Marchiam Romania eſt, variè olim à Senonibus & Boiis Gallis Vmbriſque habitata. poſtea ſeu gentes ipſæ, ſeu nomina gentium deſiêre, Boij, ac Senones in Italia nuſquam extant: Vmbri nomen tenent & Picenis proximi ſunt, non à fronte, vt olim, ſed à latere ſiniſtro. Eo continuatis ad Latinos vſque ſedibus Præcuthanos Veſtinoſque ſtringunt: ex aduerſo ab Etruſcis Tiberi fluuio diſterminantur. Maxime inclytas vrbes Peruſiam ac Spoletum habent, & has cis Nar ſiue Negram flumen. Vltra Sabini habitãt. Extremi Cruſtumini, quod ad Aniene Latij terminum ſupereſt, explent. Vmbriæ ergo omnis tergum claudit Anio fluuius, laterum alteri obducitur latiſſimis finibus Etruria, quæ trans Tiberim flumen. Ea olim tanta opibus erat, vt non terras ſolùm, ſed mare etiam per totam Italiæ longitudinem ab alpibus ad fretũ Sicu- Vmbria. Sabini Cruſtumini. Etruria; eius priſca potentia. *Liuius lib. 1. & 2.*

Siculum fama nominis ſui impleuerit, atque in vtrumque verſa mare, ſuperumque inferumque, vt nomina argumento ſunt, non Apennino ſe clauſerit tamen, ſed transgreſſa coloniis ſuis omnia, quæ eis tranſque Padum loca erant, excepto Venetorum angulo, obtinuerit. poſtmodum hinc à Sallis, inde à Romanis acciſa ſpoliatáq; coloniis, quæ longè latéque per Italiam ſpárſæ erant, denique in hos fines arctata fuit. Macram fluuiũ hodie non egreditur, nec Apenninum; ab Apennino ad mare vſque ſuum Tiberĩ finitur. Imâ regione inter lacum Anguilaræ & Tiberim Veientes olim ſedebant: hos amplexi Faliſci, quidquid ab Oruieto Soranum inter & Caſtrum vſque ad mare locorum erat, tenebant. Etruriæ Apẽninus aſperrimus iugis, quę tamen in Senenſi agro clementiora ſunt, pænè totam obtinent. Tres principes regionis vrbes, Florentia, Senæ & Piſæ ſunt. harum quæque latiſſimum circà agrum (*Statum* appellant) habent. Piſani ac Florentini agri ſunt, Piſtorium, Volaterræ, Aretium, Burgum S. Sepulchri, Cortona Mons Politianus: Senenſis *Status* Monte Alcinoi conſtat, Groſſeto, Souanâ, Pientiâ ac Maſsâ. Hodie non magni hæc diſtinctio momenti eſt: tres vrbes atq; earum tres agri ſimul confuſi vnum *Ducatum* conſtituunt, cuius imperium Medicæi Principes tenent. Habent nihilominus vrbes illæ ſpeciem quamdam & figuram Reip.

&

Marginalia: & fines hodierni. — Veientes. Faliſci. — Etruriæ vrbes. — imperiũ, & eius arma.

& liberi Senatus, ita tamen, vt omnia earum publica priuatáque conſilia Princeps moderetur. Penes hunc imperij vires & opes ſunt & annui prouentus, quos ad decies & quinquies centena aureorum M. accedere fama eſt. Eorum partem expenſæ publicæ ac priuatę abſumunt, aliam in ærarium referri vulgò ferunt; & pro comperto aliqui aſſeuerant numeratæ pecuniæ tantam congeſtam vim vix apud alium Europæ principem reperiri: nec abnuet, qui crediderit mortuo Franciſco Coſmi I. Ducis F. centies centena aureorum M. in ærario fuiſſe reperta, & pretioſæ ſupellectilis tantum, vt vicies centenis aureorum millibus ſit æſtimatum; Ferdinandũ deinde Franciſci fratrem, qui nuper imperauit, accumulaſſe in immenſum relictas à fratre opes vero eſt quàm ſimillimum.

Opes Magni Ducis.

Theſaur. Polit. in Relat. Florent.

Etruriæ Liguriam ab Occidente iungit Macra fluuius; inde Liguria ad Varum vſque procurrit. Hic fluuius cum Gallicis alpibus Ligures Italiámque omnem à Maſilienſibus diſterminat. Ad Septemtriones verò latiſſimè olim extenſa Liguria fuit, vt cuius pars Taurini etiam fuerint. Ad occaſum item & ortum longiùs patuit, quàm hac tempeſtate deſcribatur; idcirco veteres Maſſiliam ferme in Liguria, & trans Macram, vbi nunc Etruria eſt, ipſi Apuanos Ligures conſtituũt. Ceterùm quæ cis Albinganum ſeu Albengam maritimam vrbem Liguri eſt

Liguria biparti-ta.

Quod ſpatium eſt CCXI. M. P. teſtante Plinio l. 3. c. 5. Vid. Iacob. Bracel. in deſcript. Ligur. Clauer. Ital. l. 1. c. 7. Apuani Ligures.

Albingaunum. *Strabo lib. 4.* Albium Intemelium. *Tacito li. 2. hiſt. Albium Intemelium municipij nomen eſt: Leand. Ortel. & Baronius in Mart. ad 26. Aug. arbitrantur eſſe mariti mum illud, quod Viginti milliæ dicitur.* Monferratus. Marici Ligures. *Lib. 3. c. 16.* Vagienni ſeu Gabieni. Doria.

eſt, Albingaunum appellatur & Orientalis: quæ vltrà ſita, Albium Intemelium & Occidentalis vocatur. Exaſperant plurimùm regionem ſurgentis Apennini iuga, quæ citra vltraque ad Padum vſque fluuium Ligures habitāt. Vnde Ciſapennini illi dicuntur, qui à Gallicis alpibus ad amnem Trebiam porriguntur. Horum regionis pars ea, quæ alpibus ſubiacet ad Tanarum vſque, Monsferratus nominatur. Tanarus fluuius à Maricis ſiue Maringis Liguribus olim circūſeſſus vt extremo libro ſecundo Ticinēſis hiſtoriæ Saccus ſcribit, inter Apenninum & Liguſticas alpes propè Vlmeam exiguus ſurgit, demum XII. torrentium aquis tumidus apud Baſſignanam Pado miſcetur. Baſſignana eſt, quæ Plinio Auguſta Vagiennorum dicitur, quâ regione quomdam Bodincomagum fuit ab eodem Plinio nominatum. Hodie ex omnibus eius prouinciæ opidis maximè notum *Caſale S. Euaſij* Pado adiacens: nec incognitum eruditis Caſtellum Gabienum, quod multi à Gabienis ſiue Batienis aut Vaglenis Liguribus conditum atque habitatum fuiſſe exiſtimant. In mediterraneis Aſta opidum Doriæ regionis terminus. de qua ita Sempronius, *Galliam Ciſalpinam omnem*, inquit, *miſſis colonijs tenuere Tuſci. Doria Tuſcorum prima familia incoluit à principio, ab Aſta colonia vſque Parmam, à qua & fluuius Doria, & regio prius Doria, nunc Æmilia. A*

arma item ad Bononiam Bianora à Duce,
unc Aurelia. Ergo Ciſapennina Ligu-
a, vt dixi, Montemferratum conti-
et, & Doriæ regionis partem illam,
uæ cis Trebiam eſt; quo flumine
iguria finitur. Ego antequam tranſ-
m, conſtare opinor Sempronium
oſ. apud Trebiam inſigni clade ab
nnibale fuiſſe affectum. Super vlte-
orem fluminis ripam non longè à
lacentia locus eſt *Campo Morto* ab in- Vbi acce-
olis vocitatus; ibi infelix prœlium pta ad
ommiſſum fuiſſe,& loco nomen à Ro- Trebiam
anorum ſtrage natum percrebuit. clades.
Liguriam Ciſapenninam Gallia To- Gallia
ta excipit, quæ à Trebia aduſque Ru- Togata,
conem longiſſimè extenditur comple- in qua
itúrque & Lombardiæ, vt hodie vo- regiones.
:,partem & Romaniæ Ciſpadanæ. Sed
arrando veteres eius prouinciæ habi-
ores populos & nomina ab iis reli-
locis, in plura veluti fruſta hæc
llia vt diuidatur, neceſſe eſt. Prima
s pars à Trebia Parmam vſque etiam
ria antiquitus fuit appellata, vt antè Doria,
i. A Placentia inde, quæ Trebiã iuxta
eſt, Bononiam vſque Æmilia ab Æ- Æmilia,
lia via ita denominata ſe prolatabat, quæ &
Liuio fides datur. namque Strabo ait Via;
urum per Piſas & Lunam vſque Sab-
ios viam Æmiliam produxiſſe; &
mpronius antè adductus Æmiliã vo- *3.part.*
am inquit, quæ priùs Doria diceba- *Topo-*
Boiſſardus atque alij Æmiliam *graph.*
Rom.

viam duplicem faciunt, alteram, quam M. Æmilius Lepidus Bononiam vſque ſtrauerit, alteram, quam Scaurus, vt memoratum eſt, per Piſas & Lunam duxerit Sabbatios. Vbicumque Æmilia hac regione cœperit, Bononiam vſque pertigiſſe nemo negat. Itaque complectetur etiam Bianoram, quæ à Taro aut propinqua Parma incipiens, Sempronio teſte, Bononia finiebatur: & Galliam Aureliam, quo nomine Bianore poſtmodum fuit appellata. Poſt Parmam Nicia ſiue Lenza fluuius inter Apenninum, vt alij eius regionis omnes, conceptus ad Padum ruit. Trans eum Galli Boij habitabant longiſſimè extenſi, nempe ad Rubiconem vſque Galliæ Togatæ & Italiæ totius olim limitem. Tandem Scultenna fluuius, vulgo, Panarus dictus, ex Apẽnino prolapſus curſu ad Padum tendit. Eouſq; Langobardorũ Reges, per ducenteſimũ annum oppreſſa Italia, omnia cis alpes latiſſimè obtinuere, & quæ citra quæque vltra Padum loca ſunt vſque ad Septemtrionales Ræторum alpes. Itaque etiã hodie regionem omnem, veluti Lãgobardiam, detritis inuerſiſque pauculis Lombardiã vocant. Hoc cõſtãs nomen eſt; fines nõ ſatis certi, Bononiam enim, quæ trãs Scultenã eſt, in Lombardia quidam locant, alij in Ciſpadana Romania: hos vt ſequar, inclinat animus. Ergo Lõbardiæ terminus Scultenna eſt, & Ciſpadanam Lombardiam à Ciſpadana Romania

Bianora, quæ Aurelia.

Boij Galli.

Lãgobardorum regnum.

Lõbardiæ nomen vnde natum.

Qui eius fines?

ania diſcriminat, Padus è monte Ve-
lo profluit, ſecátque longiſſimo curſu
mùm Lombardiam,tum in plures al-
os effuſus Romaniam; vnde harũ Ciſ-
dana alia, alia Tranſpadana vocatur.
raque Lõbardia ab Oriente dumtaxat
erta eſt;à meridie tegitur Apẽnino ab
cidẽte Gallicis,à Septẽtrione Ræticis
ibus. Ante Lãgobardos eã diuerſi po-
li diuerſis tẽporibus tenuerũt, Ciſpa-
nam quidem ſuprà memorati Ciſapẽ-
ii Ligures & Tuſcorum familiæ Do-
ac Bianora ſum pulſis Etruſcis Galli;
o Togatæ Galliæ & Aureliæ & eius,
am Boij poſſederunt, & Æmiliæ quo-
pars eſt Lombardia:quota cuiuſque,
iam dictis comprehendere facile erit.
anſpadanam, & ipſos adeo Padi fon-
Taurini inſederũt,niſi cum veteribus
er Ligures eos reponere mauelis. ho-
prouinciã, quia ad alpiũ pedes iacet,
imontanam appellant.Proximi Tau-
Salaſſi à Duria Riparia vſque ad Bal-
n amnem incolebãt.Inde Libicij ſeu
etij vel Lebui, vt Liuius vocat & lo-
libro primo Punici belli: at primæ
adis libro quinto,vbi Brixia ac Vero-
rbes ſunt,habitaſſe eos ſcribit; quã-
coniicere poſſim aliam gentẽ fuiſſe
uos circa Brixiã ac Veronã ſitos,aliã
ſub alpibus iuxta Balteã fl incolen-
quos Gallos fuiſſe Annibalíſque æ-
etiã ſuperſtites Liuius primo Puni-
ſcribit: qui verò Brixiæ ac Veronæ

Badi fluminis fons: *cetera Plinius memorat lib.3.c. 16. & ego infrà.*

Qui priſci incolæ;

Taurini, quorum regio Pedo montana, vulgò *Piemonte.*

Salaſſi.

Libicij, Lebetij vel Lebui duplices: Galli alteri.

agros tenuerũt, ante captã à Gallis vrbẽ ſi non exſtincti, certè eiecti iis locis fuerunt (vt Liuius memorat cit. lib. v.) à Cænomanis Gallis. Vnde altera mihi cõiectura Etruſci iſtos Lebuos nominis ſanguiníſque fuiſſe, nam Italiæ illa loca ante Gallorum aduentum Etruſcus coloniis ſuis obtinuiſſe conſtat; & ſi Galli fuiſſent, Cenomani populares non videtur eos violaturi fuiſſe. Sed hæc & his ſimilis vtcumque animaduerſa aut æſtimata erunt, haut equidem in magno ponam diſcrimine. erit etiam, cùm de iis vberiùs agam; iam, quæ propoſui dicere, exſequor. Libicis, ſiue illi Lebetij aut Lebui ſunt, proximi fuere Vertacomari ſeu Vertacomacori: his Læui à Liuio itẽ nominati, Ligurum populus ad confluẽtes Ticinum ac Padum, vbi Raudi cãpi, ab Ortelio deſcriptus creditúſque vulgò vrbis Ticiniæ conditor. Sequuntur Inſubres Padi Ticiníque & Verbani lacus accolæ, ceterùm citerioris dũtaxat ripæ: vltra lacũ proximè Atiſonis oſtiũ vetuſtiſſimus populus Oſci, dein Agones: ſupra hos Centrones, Catoriges, & quà aſperrimas inter alpes ſecũdùm Rhodanũ flumẽ Valleſia extẽditur, Veragri, Seduni, Viberi: tũ circa Atiſonis fluuij ortũ Tauriſci; inde Breuni & ſub his Miſauci ſiue Hiſarci Plinio cogniti: vltimi inter ſũmas alpes Lepõtij habebãt. Iuxta Lepõtios Ræti ſuperi inferíq; Tuſcorũ progenies, olim aduſq; Veronã & vltrà ad Plauim

alteri fortè Etruſci.

Vertacomari. l. 5. & 33.

Læui. *Vid Bern. Sacc. Ticin. hiſtor. lib. 2. & 3.*

Inſubres.

Vſci, Agones, Centrones, Catoriges.

Valleſia, in qua Veragri, Seduni & alij.

Lepontij, Ræti vtrique. *Vid. Marcum Velſer. Rerum Vind l. lib. 1. Cluuer. Ital. ant. l. 1 c. 16.*

im amnem incolentes. Superis Rætis eander Primam Rætiam, quæ hodie *llis Chiauenna* dicitur: inferis alteram tribuit, quam Tellinam, quidam, al[illegible] oltolinam, nonnulli Turrenam, ſeu olturrenam ab vrbe nominis eiuſdem nominant, atque à Větoninis ſeu Venlinis aut Voltolinis habitatam vo nt; quos ipſos, aliqui ſunt, qui Vennetes appellent. Certè alpina gens it, quocumque demũ nomine. Alpini & in Tropæo, quod Cæſari Auguſto pinorũ omnium debellatori S. P. Q. R. exit, ſcripti fuere Vennones incolæ llis, cui Venuſtę nomen, Sarunetes, Aſriates, Alutraĕſes, Triũplini, & qui promi Tridĕtinis, Naunes ac Focunates. Germanicas alpes: cãpos verò, qui ab ibus ad Padũ vſque panduntur Adduã er flumen hinc, inde Atheſim ac Meæ paluſtria, Cenomani incoluerunt. m his Lombardiam finio: quamquam nomanorum fines longiùs aliquando uerint, quàm Lombardia hac tempete deſcribatur. neque enim Benacum um & Mincium amnem iſta excedit, eſſere Cenomani, & Etruſcos Galli ſedibus ſuis exturbarunt. Quæ ergo Iincio inter Atheſim & principalem li ramũ vſque ad Melaræ vel Atrianon, vt Ortelius nominat, paludes tenuet, ea Romaniæ adſcribimus.

Romania inferioris æui nomĕ eſt, lia à Langobardis Italia primùm audi-

Valtolina Griſonũ hodie ſedes, vini ſuauiſſimi in primis ferax.

De hoc Plin. lib. 3. c. p. 20.

Alpini veteres populi.

Cenomani ab Addua fl. adusque Melaræ paludes ſiti.

Romania, vulgò *La Romagna*, in qua olim

tũ. Apud priſcos nullũ eſt, quo regionem vniuerſim appellemus: Galliç tamen Ciſalpinæ partẽ eſſe conſtat, atque à diuerſis olim populis variè habitatã. Ab Iſauro fluuio (hoc enim à Marchia Anconitana dirimitur) ad Padũ vſque Vmbri tenuere. Padus vt Lombardiã, ita Romaniã mediã ſecat: vlteriorem pluribus inde ramis veluti ſubdiuidit, quorũ alij iã olim manarunt: vltimus ille, qui ad Tornacũ portum effluit, tempore etiã ipſo ceteris poſterior fuit, ac poſt natum Chriſtum primùm deriuatus, vt quidam autumant: nos infrà Padũ eiuſque oſtia deſcripturi Foſſiones Philiſtinas eſſe dicamus, vetuſtiſſimũ haut dubiè opus Tuſcorũ Padũ accolentiũ, prius quã à Gallis circa Tarquinij Priſci ferme tẽpora illis ex locis pellerẽtur. Qua autẽ Padus permeat, paluſtria pleraque efficit. dum exuberantes aquas malè alueo continet; quamuis & Hadriaticũ incuſare pelagus liceat, quod vero ſimile eſt per occultos meatus apertumque etiã influxum paludibus miſceri. Paduſam ab vno Pado creari putarim, etenim & in mediterraneis ſtagnat, & quòd Padũ ſequitur, alimẽta ſubinde accipere ab ipſo videtur. Hæc pal⁹ extimo Padi & olim vnico ac genuino alueo finitima. Vltrà Etruſcorũ quondã duo genera, Trigabuli & Aſſagi à noſtratibus quibuſdam geographis neſcio quàm rectè nominati, habitarunt: Trigabuli eo padi ramo, qui ad Volancoſtium effluit, incluſi,

Margin notes: Vmbri. — Padi rami. — Cur Romania paluſtris? — Paduſa palus. — Trigabuli Aſſagi.

incluſi; Aſſagi latius longiuſque ad Minciũ atque Atheſim omnia obtinuêre. tum Gallis locũ cedere coacti; Trigabulorum ſedes Ægones inuaſere. Aſſagos diuerſi, hinc Cenomani, vt dictũ eſt, inde multò maximâ parte Boij ſpoliârunt non Etruſcis modo infeſti: ſed Vmbris etiã, quos omni agro, qui à Pado ad Rubiconẽ vſque porrigitur, exuerũt. Neque is iniuriæ finis fuit; Senones quoque coorti, quidquid à Rubicone introrſus locorũ erat, iis ademêre, extruſaque ad latus Vmbrorum gens tota, quod adhuc tẽporis tenet. Ceterùm & Boiorũ ſedes Senones occupaſſe volũt ij ſcriptores, qui eos recẽtiſſimos aduenarũ ab Vtente flumine vſque ad Atheſim habitaſſe tradũt. Ita alio poſt aliud agmine Gallorum alpes traiiciente ſenſim eiecti Tuſci omnes, & Gallicis populis impleta regio pænè omnis; quæ Apẽnino ſepta & alpibus & Hadriatico mari, ita tribus locis conſtringitur, vt ad triãguli figuram quàm proximè accedat, ſitque omnis circuitu decẽ milliũ ſtadiorum, milliariũ mille ducentorũ & octoginta. Ea Ciſalpina Gallia nũcupata diutiſſimè nomen retinuit: Italia enim, adoleſcente etiam Romano imperio, Anconã non exceſſerat; paullatim deinde creſcentibus viribus prolati fines, neque vltra Rubiconem tamen. hinc Lucanus:

Puniceus Rubicon, cùm feruida canduit æſtas,
Perque imas ſerpit valles, & Gallica certus

Ægones Boij.

Senones. *Liuius lib. 5. Polyb. lib. 2.*

Galli cœperunt Tuſcos pellere ſub Tarq. Priſcos annis DC. ante Chriſtum natum.

Gallia Ciſalpina. eius forma & amplitudo. *Polyb. lib. 2.*

Italiæ veteres termini. *lib. 1.*

Rubicon fl *de quo plura infrà poſt Rauennæ deſcriptionem.*

Limes ab Auſoniis diſterminat arma colonis.

amnem vulgo Piſatellum vocant: alij Ruconem. Itaque quæ vltrà erant, Galli Vmbris atque Etruſcis adempta poſſedere, excepto Venetorum circa intimum maris ſinum angulo.

Venetia, & eius populi.

Hic à Mincio fluuio & lacu Benaco, quibus Lombardiam terminari dictum eſt, dextra Atheſim, læua noſtras alpes habens vſque ad Timauum flumen protenditur, Timauo ab Hiſtris diſterminatur, diciturque vniuersè Venetia, aut Marchia Taruiſina & Forum Iulij, cuius vetuſti habitatores à Silo Taruiſióve ac Hiſtros vſque Carni ſunt: Euganei mare inter alpéſque incolunt; vltimo margine inter Mincium ac Benacū, & Atheſim ac Melaræ paluſtria Cenomani ſedent. Verùm hæc nomina hodie præ gloria nominis Veneti obſoleta ſunt. Euganei & ipſi antiquiſſimis temporibus cùm inter mare alpéſque incolerét, vt dictū, poſtea à Venetis exacti longiùs à mari receſſerunt, quodque inter flumen Atheſim & lacum Larium ſub alpibus terrarum eſt, latiſſimè tenuerunt, ita vt Triumpilini, Camuni, Vennones aliique ſubalpini populi Euganeorum communi nomine origineque cenſerentur: quemadmodum & Lepontiorū nomen ſubinde tributum & Viberis & Meſiatibus ſeu Meſaucis & ceteris gētibus, quæcūq; inter Euganeos Lario lacui finitimos hinc, & inde Salaſſos

Carni, Euganci, Cenomani.

ſſos ac Penninam vallem, vulgo *Va'-ſiam*, aduſque Verbanum lacum habi-bant. Atheſis fluuius, quo Venetiam rcumſcripſimus, priſcus limes fuit; uæ vltra Atheſim ad extremum vſque adi oſtium (hodie Portum Primarium) auennæ proximum ſita ſunt, Ægones Boij Galli, tunc tenuerant, qui poſt-odum à Venetis pulſi, Venetaque re-o dein complexa eſt omnes illas ter-s ac paludes, quæ extimum Padi ra-um Atheſimque interiacent.

De Italiæ figura *Plin. l. 3. c. 5. Solin. c. 8. Polyb. l. 2. Strabo l. 2. & 5.* De longitudine *Plin. cit. c. 5. Soli. c. 8. Martiæ Capel. l. 6.* qui & de latitudine Italiæ, & ambitu eius vniuerſo, qui hodie eſt milliariũ ter mille trecentorum *teſte Cluuer. Ital. antiq. l. 3. c. 3.*

---

utilij Claudij Numatiani de Italiæ fi-gura & ſitu verſus.

Taliam rerum dominam qui cingere
viſu,
Et totam pariter cernere mente velit:
uentet querna ſimilem procedere frondi,
Arctatam laterum conueniente ſinu.
illia per longum decies centena teruntur
A Ligurum terris ad freta Sicaniæ.
latum variis damnoſa anfractibus in-
trat.
Tyrrheni rabies Hadriacique ſali.
a tamen eſt iuncti maris anguſtiſſima
tellus,
Triginta & centum millia ſola patet.
uerſas medius mons obliquatur in vn-
das,
Qua fert atque refert Phœbus vterque
diem.

Vrget

Vrget Dalmaticos Eoo vertice fluctus,
Cæruleaque occiduis frangit Etruſca iugis.
Si factum certa mundum ratione fatemur,
Conſiliumque Dei machina tanta fuit:
Excubiis Latiis prætexuit Apenninum
Clauſtraque montanis vis adeunda viis.
Inuidiam timuit Natura, parumque putauit
Arctois alpes appoſuiſſe minis:
Sicut vallauit multis vitalia membris,
Nec ſemel incluſit, quæ pretioſa tulit.

Quàm enim pretioſa Italia, ceteraſque orbis vniuerſi regiones ſoli vbertate rebúſque omnibus antecedat, & vſu ipſo & grauiorum ſcriptorum teſtimonio ſcimus, Dionyſij cumprimis Halcarnaſſei Rom. antiq. libro primo, Æliani Varia. hiſtor. lib. 9. cap. 16. Strabonis lib. 6. Plinij lib. 3. cap. 5. Solini cap. 8. Varronis de re ruſtica lib. 1. cap. 2. Virgilij Georg. lib. 2.

TRIDENTVM.

AB hac ſemi-Germana vrbe libet ordiri Italiæ deſcriptionem Habitatur à noſtris Italíſque promiſcuè ; & manet cuique genti patrius ſermo : ſed
...rme ciues vtrumque callent. Condito-
...s Tridenti an Rætus Alpinarum gen-
...um dux,an Galli fuerint, quæque nomi-
...s eius ratio ſit,parum liquet:ſunt tamen,
...ui coniectent,atque à tribus torrentibus,
...ui è vicinis montibus deuoluuntur, & al-
...unt aut perluunt vrbem, natum Triden-
...,tanquam trium torrentium,nomen exi-
...ment. Alij id deriuant à Neptuni tri-
...te ſimilitudine nominis allecti; & quòd
...pertum in vrbe marmor cum Neptuni
... tridentis effigie indicat olim Neptuno
...cram vrbem fuiſſe.Tertij à tribus iugis,
...æ in altitudinem ingentem cacuminis
...ita eminent digitorum inſtar.Ita ipſi di-
...tis comparant montiũ culmina; cur non
...ntibus, & à tribus dentibus Tridentum
...minãt?Vndecumque acceperit nomen,
...idum aſperrimas inter alpes in arcta,ſed
...tili & læta planitie ſitum eſt, irriguá-
...e permeantis Atheſis dulcibus aquis.

Vid. Princius in hiſtor. Trident.

Tridenti etymon.

Neptuno olim ſacrum.

Situs deſcriptio.

[library stamp]

Atheſis fl.

Hic fluuius à Septẽtrionib⁹ alluit vrbẽ; tũ, quà viam demerſa inter altiſſimos montes vallis dat, euadit in Italiam, & Veronã vrbẽ illapſus in duas ferè æquas partes partitur: Tridenti ſtratus eſt ligneo ponte lõgo paſſus centum ac quadraginta. E templis tria præſertim memoranda ſunt: primariũ ſeu publicũ vrbis (quod nos Parochiale aut Cathedrale dicimus) D. Vigilio inibi cũ matre Maxentia ſepulto dicatum. Alterum D.Petro, vbi cella eſt, inque ea marmoreo loculo incluſum pueri Simeonis à Iudæis crudeliſſimè iugulati corpus colitur: & expertam ſanctitatem teſtantur plurima iuxtà appẽſa anathemata & votiuæ tabellæ. Hic Fronsbergij monumẽtum eſt, celebrati à noſtris ſcriptoribus imperatoris, vt ad quem cæſorum apud Ticinum Gallorũ captique Regis Frãciſci decus trahant, quamquam ceteri ad ſuarum quique gentium duces. Certè à Fronsbergio epitaphium ſtat, quod verè, non minus, quam ſpeciosè poſitum reor, ideóque exſcriptũ do: *Georgio à Fronsberg Impp. decretis Germanici exercitus duci, qui per Tyrolim defectionẽ colonorum compreſſit, per Liguriã & regionem Tranſpadanam Italiæ vrbes, populos rebelles perdomuit, ad paludes Venetas & turrim vſque Megaram victor acceſſit, ferro, igni vrbem terruit, ſocias ciuitates oppugnatas excitúmque ad loca iniqua delapſum ex hoſte cõfertiſſimo quartùm & quintũ liberauit, vicies plus minùs ſignis collatis pugnauit, fortitudine, celeritate, animo cõſilióque rebus inclinatis præſentiſſimum*

Ædes S. Vigilij, altera S. Petri.

D. Simeonis pueri Tridentini cultus.

Georgij à Fronsberg elogium.

entiſſimũ ſe & inuictũ præſtitit:poſt ingentia ſacta vita perfuncto, patri optimo Gaſparus ilius piētiſſimus gemẽs illacrimánſque monu-mẽtum hoc more maiorum poſuit. Anno Chri-ſtiano MXXVIII.mẽſe Auguſto die XX.Obiit iẽ ætatis L IV. De Ticinenſi victoria hæc cripta ſeorſim ſunt: *Ad eũ modum armatus raliũ conciuit,ante Papiã Gallos cecidit, ca-ſtra cepit, obſeſſos extrema patientes ſeruauit.*

Cæterùm è tẽplis hac in vrbe tria, vt dixi, viſenda potiſſimũ ſunt: Cathedrale D. Vi-gilio Tridentinorũ Epiſcopo, alterũ prin-cipi Apoſtolorũ ſacrum: tertiũ D. Mariæ eſt cãdido rubeóque marmore forinſecus in-cruſtatũ, in quo maiorum memoria OEcu-menicũ vltimũ Concilium frequentiſſimo patrũ cõſeſſu fuit celebratũ. Et celebratur haut falsò tẽpli eius Organũ eximia ſpe-cie profectò ſpectabile. Alia Tridenti ædi-ficia, ſi Madrucciorũ vrbanas ac ſuburba-nas ædes excipiã, abiecta ferme & neglecta ſunt. Sed effulget ab Oriente arx epiſcopi munimento tuta, & pulcherrimo orna-tu ſplendida. Vrbs præterquam quòd in-culta, etiam anguſta eſt, mille duntaxat paſſuum ambitu. Itaque immorari haut expedit: Venetias pergimus.

Templum S.Mariæ, in quo Tridentinum Cõcilium actum.

Venetiaſne hoc iter? dices. an inter nubila vrbs ſita eſt, vt tãto aſcenſu adeunda ſit? verè dixit, quiſquis *difficilem ad aſtra viam* ſe dixit. nec laborioſus modò hic trames, ſed & periculoſus eſt: glabra ſaxa, anguſta ſemita, horrẽdũ ad manũ præcipitiũ, à quo licet auertã oculos, auertere nequeo ingen-

Iter Tridento Venetias.

tẽ ab animo trepidationẽ: per aures irrumpit, quas verberãt inter ſubiectas valles colliſi venti & reſonantis in imo aquæ murmur. trepidat mens, caligant oculi, vacillant pedes; miſerũ me, ſi labar, pereo. Hæc fortè timidus viator: atqui fateor ego quoque periculi plenam viam eſſe. Altiſſimus & cælum vertice contingens mons radicibus Tridentum tangit. itaque pæne à porta longus in ſublime aſcẽſus incipit, formidabiliſque ob enumerata non nimiùm vana terriculamenta. Summum cliuum Germani *die Platten* vocant à latis, planis & lubricis ſaxis: vnde equis facile eſt vt labantur, pedes vtut deſudet, minimum periclitatur. Poſt hunc adeo horrificum montem Berſan pagus, pôſtque iſtum tertio decimo milliari Burgum ſitum eſt, quo in itinere tres lacus videntur; ampliſſimus medius vſque ad pagum Leui, ſeu, vt vocant alij, Leuegno diffunditur: ſed vltimus Brentæ ortu nobilis fit. Medoacum veteres eum fluuium dixêre, vt egregiè demonſtrat Leander Albertus: Brentæ nomen inferiori æuo à Brenteſia ſubalpina vrbe, cuius rudera exſtant, accepit: quamquam Brenteſiæ nomen amni ipſi iã olim tribuerit. Meſſala Coruinus, ſiquidem librum eius, quẽ de Auguſti progenie conſcripſit, incorruptum ad nos librarij tranſmiſeruut. Brenta fluuius, quocũque nomine fuerit, Burgũ dexter alluit: ſiniſtri ſunt montes, & geminæ iis impoſitæ arces. A Burgo ad Caſtellum Nouum, ab hoc Scutaletum

die Platten.

Berſan pagus.

Burgum.

Leuegno.

Brenta fl olim Medoacus.

Caſtellum Nouum

Scutaletum.

letum militaris via ducit. Hunc pagum
ntingunt à ſiniſtra montes, & nonnihil
:uant: à dextra obiecti alij claudunt val-
n, ſed pagum non æquè ſtringunt, diſ-
i longulo interuallo. Æquè inter mõtes
ditus latet, qui proximè ſequitur pagus
:igno, cum riuo nominis eiuſdem. Tum
imolanum pariter alpibus incluſis pa-
ıs, quas ad læuam contiguas habet. Vene-
imperio paret: indicio eſt alati leonis
atua. Inde coëũt altiſſimæ rupes, per quas
modum anguſtus in Italiam exitus da-
r. Itaque loci naturâ nõ ſegniter vſi Cæ-
riani ad medias ferme fauces in vna ru-
um, quæ ſiniſtræ ſunt, ſpecum aut exci-
runt, aut à natura factam egregiè com-
unierunt. Hæc ſpecus ferme intra me-
am cautem concaua, anguſto ore, exit in
am. ibi latitat præſidium, parua quidem
anus, ſed quæ maximis copiis interclu-
re iter nullo ferme negotio, nullo certè
riculo ſuo poſſit: præterquã enim quòd
ctum tranſitum coëuntes inter ſe ſcopu-
rum immanes minæ efficiunt, vallis ma-
rem partẽ fluxu tortuoſo alueóque pro-
ndo occupat. Brenta fluuius, & pauxillũ
li, quod terreſtri itineri relictũ eſt, porta
ædificata obtinet. ſuprà ſpelæum quod
xi, & armatum præſidium imminet, ſa-
rũ modò deiectu totos exercitus obrue-
potens. Illi quis vim inferat? quis con-
rat manus, cùm nullæ altitudini loci ſca-
pares eſſe queant, & recta ad perpendi-
lum rupes humanis pedibus inaceſſa ſit?

Grigno.
Primolanum,

der Kobel; eius ſitus & munimenta tã à natura, quàm ab arte.

quare ipſi præſidiarij demiſſo fune tolluntur. Hunc tantum tãque opportunum aduerſus Italos loci ſitum Germani *den Kobel* vocant. Sequitur Ciſimont pagus cum fluuio cognomine. Inde difficile eſt, ſaxoſum, lubricũ iter ad Carponis opidulũ adiacens Brentæ fluuio. Hucuſque à Burgo M.P.XX. Poſtremus inter alpes Culaigne pagus, & ipſe Brentæ adiacet. Tũ ex alpibus, velut è carceris tenebris, emerges in latiſſimos, fertiliſſimos, pulcherrimos cãpos: quamque horrida antè niuoſorum mõtium facies fuit, tã lætus erit velut nouæ lucis & virentium pratorum adſpectus. Patere excurrere oculos, qui diu inter ſcopulos cõſtricti dubiã tantũmodo lucem, & aſperũ ſub pedibus ſolum, & aridas vtrinque rupes intuebãtur. Nunc ad Euganeos vſque colles viſus acië extende &, non dico agros, hortos illos & viridaria ſpecioſiſſimis Palatiis, ceu tot gẽmis, fulgẽtia lætus adſpice. Videre eſt ad dextrã Baſſanum elegãs opidũ, ſat amplum, opificũ maximè multitudine frequens, & potiſſimũ ſericariorũ, qui, vt obſeruauit Capugnanus, quotãnis XV.M. pondo ſerici elaborant, ídque adeo tenue vt vel Indicũ vincat ſubtilitate. Idẽ auctor ſcribit Baſſanũ ab Antenore cõditũ, & ab eius Baſſã (quo nomine Phryges olim præfectũ appellabãt, & appellant hodie etiã Turcæ) nominatum fuiſſe. Sequuntur bina caſtra: proximius Goegũ, vlterius Francum dicitur: vtraque ædificiorũ magnificentia ac copia, & incolarũ dignitate

[Margin: Ciſimont pagus & fl. — Carponis opid. — Culaigne, vbi alpiũ finis. — Baſſanum opid. — *part.1. Itiner Ital.* — Goegum caſt. — Caſtellũ Francum.]

ate ac multitudine claræ licet vrbi æqua-
a. Exſtat media in caſtro Franco arx mu-
is ac foſſis cincta, vetuſtate ſqualens &
ropè fatiſcens. id olim caſtrum fuiſſe af-
rmāt incolæ, cætera, quæ circà ſunt, poſt-
a adiecta. Abeſt à Carpone M. P XVIII.
'antumdē ferme itineris Venetias vſque
ipereſt, ſed quæ ea via? quàm plura, lata,
eta? fragrat odoratiſſimis, qui ad latera
int, hortis, quos diſcriminăt ſuperbiſſima
'alatia. Beatū rus beati Veneti colūt: exor-
aruntque ad eū ſplendorem, vt pulchrius
c felicius nihil in terris eſſe poſſe videa-
ır. Sanè obſtupui, cum velut certātes inter
:ſe naturæ & hominū artes adſpexi. Fru-
tuum copia incredibilis ac ſuauitas, luxu-
iātium germinū herbarūmque ac florum
olo innata ornamenta, liquores perlucidi
mnium, riparum veſtitus viridiſſimi, puri
æli perpetua propè ſerenitas, aëris verna
:mper tēperies à propitia natura ſunt: ce-
ra homines inædificârunt. Tunc Vene-
arum, quamquam nōdum eas oculis cer-
erem, quamdam ſpeciem animo concepi;
:guendóque à ſuburbani ruris magnifi-
:ntia vrbem ipſam cælo æquaui, Et iam
rope eſt vt adſpiciam: Meſtres opidum
itè pertranſeundum & cymbula peten-
ıs portus eſt, quem vulgus Malgheram,
atini Megaram turrim vocant. Inde ſen-
m ſe prolatantibus ripis in Hadriaticum
agnum euectus cerno, cerno fulgentes
ter Neptunia arua Venetias, ſuperbas
oles, naturæ miracula.

Veneti ruris felicitas.

Meſtres opid.
In Itine-rariis antiquis. Ad nonum Lapidem.
Malghera ſeu Megara turris.

VENETIÆ.

lib.1.

Venetiæ ab ipſa origine magnæ.

VRBES, vt cetera, ex infimo naſci: deinde quas ſua virtus ac dij iuuent, magnas opes magnúmque nomen ſibi facere rectè Liuius ait. Et eſt primum quidem commune omnibus, alterũ pauciſſimæ tenuerũt. Hæc iſto & in illo felix: nata enim libera fuit & Chriſtiana, non diſpari hodierno ſtatui initio; quod vt alia vrbs nulla habuit, ita ſaltem, cùm habuit, ægrè illibatum conſeruauit. Iſthæc per tot iã ætates primam illam & religionem & nunquam interruptam libertatẽ pari fortuna ſtudióque ad hoc vſque tẽpus ſolerter retinuit, retenturáque longè etiã in futurum eſt, ſiquidem ea ſemper virtus, & virtuti Deus erit. Conditæ autem vrbis hiſtoriam ex peruetuſto Patauino codice ſcriptores hanc maximè ferunt. Trepidãte ad famam Alarici Gothorum regis Italia populi, qui Hadriaticum ſtagnũ, in quo ſita vrbs eſt, accolunt, vno quaſi agmine omnes ad id confugerunt, inacceſſum ſcientes ſuperioribus annis locum fuiſſe, & cum alij Italiæ populi atrociſſimas bellorum calamitates à barbaris paſſi eſſent, non potuiſſe tamen ad eos peruadere hoſtilem furorem, qui illis in æſtuariis conſediſſent. Itaque communi conſilio firmare locum, & neceſſarias habitationi domos exædificare ſtatuerunt. Prima tantæ vrbis fundamenta iacta fuêre anno Chriſti CCCCXXI. VIII. Cal.

Qui & quando conditæ.

Cal. April. præfectíque curando operi tres Coſſ. quos alios atq; alios inde poſt quodque biennium Patauina ciuitas miſit. Non multo interiecto tẽpore Attila Hunnorũ rex circumlatũ antè per Germanos armorum terrorem Italiæ intulit, editáque miſeranda incolarum ſtrage complures vrbes excidit. Tum verò eadẽ neceſſitas, quæ cõdendæ vrbis cauſa fuerat, etiam incolendæ fuit. Trepidi à fumantibus tectis profugientes populi cũ liberis fortuniſque, quas reliquas fortuna fecerat, ad eas ſe inſulas contulerũt. quarũ maxima, quæ Riuus altus dicebatur, nobilioribus ceſſit: alia plebs adiacentes alias compleuit. Ita ex aliarum vrbium vaſtitate, imò ruderibus, fortunatiſſima hæc extitit; materiem enim atque ornamenta ſuarum quemque ædium è patrio ſolo aduexiſſe, atque illa hoſtili rabie diſiecta ſaxa ſtatuiſſe conſtat eo auſpicatiſſimo in loco, vnde à nullo vnquam hoſte dimota deinceps, imò nec contacta fuerunt. Cõſtituta re priuata publicam legibus armiſque fundarunt; & breui illa ibi metu ſui propria exitij collecta multitudo finitimis tremenda euaſit: quidquid illo in mari inſularum eſt, ſuæ poteſtatis fecit, & longiùs etiam ſecuta fortunæ auctum Cretam Cyprúmque regna, Peloponneſum & Zephaloniæ inſulas ſuper alias plures in ius ditionémque ſuam redegit, maritimæ præſertim rei intenta; ita enim loci ratio expoſcebat. In continentem tamen etiam vtrumque ſeu habendi

Quando cœpta frequentius habitari.

Alij ſcriptores referunt hæc ad Langobardici regni tẽpora, quibus Alboinus dux Italiam inuaſit.

Domiti finitimi. auctum imperiũ.

cupiditas inuitauit,ſeu laceſſentiũ iniuriæ vocarũt, euaſerũt victricibus armis Veneti: Lõbardiæ & Taruiſinæ Marchiæ optimã partẽ, inclytas ſeptẽ vrbes, Patauiũ, Veronã, Vicetiã, Taruiſiũ, Brixiã, Bergomum, hiſque non imparẽ Cremam imperio ſuo adiecerunt. Rhodigium inſuper cum omni eo ſatis opulento agro Ioannis Mocenigi principis ductu acquiſiuerũt. Ex parte alia Dalmatiæ maritimæ Sclauoniæque, Hiſtriæ itẽ & Foro Iulij imperant partim maiorũ ſuorũ cauſſa, quorũ eæ prouinciæ fuerant, partim belli ſeu iure ſeu iuris prætenta ſpecie ſubiugatis populis. Ad os maris Hadriatici inſulam Corcyram olim dictã, hodie *Corfù*, præſidio obtinent. Arx in ea inexpugnabilis ad anguſtias pelagi ſita eſt maximè opportuno loco ad prohibendas ingreſſu hoſtium naues. Itaque omne Hadriaticũ mare inacceſſum iis eſt, quibus eſſe Veneti volunt. Nihilo plus à terra periculi; etenim litoris, quo mare Venetum clauditur, maxima pars, vt dixi, in eorum manu eſt: Rauennates aliique Italiæ populi, qui accolunt, maritimo apparatu carent, quo vno creari periculũ poteſt; nãque terra velle per ſubditorũ expugnationem in viſcera, vt ſic dicã, Reip. eius penetrare, res eſt laboris tãti, vt fieri vix ac ne vix quidẽ poſſe videatur; obſepti ſunt enim aditus omnes munitiſſimis vrbibus atque caſtellis &, quod plus eſt, populorum fide, quos, periculoſæ libertatis iam pridẽ pertæſum cùm ſit, ſi vtique ſeruiendũ eſt, adeo iuſto modera-

Veneti Hadriatici maris domini,

& inexpugnabi-les.

noderatóque ſub imperio nihil pœnitet
ſſe cõſtitutos Eſt itaq; maxima illa regio
eluti exterior Venetiarũ murus,munitiſ-
imis vrbibus & caſtellis, tanquã turribus
quibuſdã,firmatus. Interiorẽ vocare liceat
roximũ litus,quod continẽti ex parte co-
æret, ex alia in aperto mari fundatũ cur-
uatur, atque ab alto mari vt intercluſam
rbẽ, ita etiã tutã reddit, vndique prætẽ-
ũ:ſeptẽ attamẽ ſectũ eſt locis,per quæ ve-
ut oſtia exitus ingreſſuſque nauibus da-
ur. Ab vtroque hoc litore propemodũ pa-
i interuallo quinque milliũ paſſuum vrbs
ita eſt inter placidas, marinis tamen æſti-
ous irriguas vndas, quæ crebræ in eã ſeſe
nſinuãt, & tanquã venæ quædã permeant
rbis illud corpus. Canales vocant, & ma-
orẽ illũ, qui præter D. Marci forũ labitur
mpliſſimo eóque curuo inde alueo, vltimã
rbẽ diſcriminans ab alia maiori. Illorum
quiſque pontibus,quantũ neceſſe,conſtra-
us eſt fornicatis,vt nauigationẽ nihil im-
pediant. Quadringentos quinquaginta
omnino numerant,lapideos omnes. Facilè
præſtat ceteris, qui ſuper maiorẽ canalem
paucis abhinc annis exſtructus à vicina
Riui alti regione nomen accepit. Is è niti-
do marmore cõpoſitus tabernas mercato-
rũ quatuor & viginti concameratas plum-
beíſque tectas laminis vtroque ſuo latere
geſtat. Imminet illi mercatorum Germa-
norum domus, in qua res ſuas expediunt,
habitant,& vno ſimul triclinio conuiuan-
tur. Locaſſe eam Dux Venetus dicitur CC.

A 6 aureis

Venetiarum mœnia.

Litus vrbem ambiens.

Canal Maggiore.

Pontes Venetiis 450.

Põte Rialto.

Ædes mercatorũ noſtratiũ, vulgo *Fonigo dè Tedeſchi.*

aureis Venetis in quęque menſem pendẽdis,quæ pecuniæ vis hercle non leuis,ſed è negotiatione longè amplius Reſp. Veneta emolumẽtum capit. Quidquid mercimoniorum ex vrbe noſtras in regiones mittitur,quidquid Venetias nos importamus, hac in æde publicani, ne qua vectigalibus fraus fiat, perluſtrant ac deinde obſignant. Itaque in atrio baiulorum numeroſos greges,& propinquis ripis innumera ſemper nauigia ad mercium vecturam parata cõſiſtere videas.Nec verò ſileo frontem Germanici huius in ducenta ampliùs cõclauia diſcreti emporij à celeberrimis pictoribus Georgio Caſtello Franco & Titiano illuſtratam luculentis, vt vides,picturis fuiſſe. Vnã hanc tetigiſſe ſatis eſt ex innumeris aliis ſpecioſiſſimis ædibus , quæ huius canalis veſtiunt vtramque ripam.Proximè à deſcripto ponte abeſt forum Riui alti , & Merceria ita dicta à mercibus,quæ numero ac varietate incredibili per circumiacentes tabernas artificúmque officinas diuẽduntur.In vicinia Palatiũ Camerariatus Hiſtricis marmoribus à ſolo euectũ pictiſque conclauibus perornatũ , vbi ſummam pecuniæ ingentem aſſeruari fama eſt. Tẽplum S. Iacobi, cuius originẽ ipſius vrbis initiis exæquant,tradúntque votã ab Entinopo quodã Cretenſi , cùm concepto igne noua vrbs prope interitũ eſſet , exaudiſſéque Deum precantis voces,& demiſſo imbre diffuſas latè flãmas reſtinxiſſe; idcirco Entinopũ eam ædẽ D. Iacobo,vt vouerat, ædi

Platea Riui alti Merceria ſiue emporium. Palatium Camerariatus.

Templũ Iacobi vetuſtiſſimum vrbis.

ædificaſſe VIII. Cal. Apr. anni CCCCXXII, qui conſtitutæ vrbis primus fuit. A Riuo alto per horologij turrim nitidis marmoribus incruſtatã rotularúmque artificioſis motibus ſpectabilẽ proximus patet in forũ S. Marci trãſitus. Omnia ibi illuſtria ac noua, vix viſum aut videndũ ſimile quid alibi; paucis dico, quocumque inciderint oculi, moueatur neceſſe eſt mens atque ſtupeat. Neque immeritò Petrarcha quarto ſenilium libro epiſtolâ tertiâ neſcire ſe ſcripſit, an foro huic par aliud orbis terrarum habeat. Figura eius litteræ L non abſimilis; ſtratum eſt cocto lapide, columnatíſque ædificiis, porticibus ac tabernis cincťum, niſi quà mare aſpicit, hac enim parte apertum patet, aliâ à S. Geminiani templo clauditur; quod templum Narſes Venetorum adiutus claſſe poſt debellatos Gothos ex voto ac manubiis primùm extruxit. Id tamen alibi in vicinia ſitum, cùm ætate fatiſceret, dirutum fuiſſe & repoſitum eo loco ferunt, quo hodie, conſpicitur. Fronti Hiſtrico marmore obductæ hic titulus inciſus eſt: *Ædem hanc vrbis in vetuſtiſſimam ſolum, ſed etiam auguſtiſſimam Senatus Venetus antiquâ religione obſtrictus magnificentiùs pecuniâ publicâ reſtituendam decreuit An. poſt Chriſti nat. MDLVII. Summa Benedicti Manzini antiſtitis cura.* Architectus fuit Iacobus Sãſouinus inibi humatus, cuius admirandis operibus inter Italicas hæc præcipuè vrbs it illuſtrata. Ex aduerſo S. Marci templum

Turris horologij. Forum S. Marci.

Templũ S. Geminiani, in quo

Iacobi Sanſouini celebris architecti & ſtatuarij ſepulchrum.

plum eſt,tutelaris Venetorum Diui, quam pontificalẽ aliqui ſeu parochialem Eccleſiã faciunt,falsò,cùm Ducis ſit Capella, vt aiunt:pontificalis autẽ in Caſtello viſitur, principi Apoſtolorũ ſacra. Cõſtrata eſt D. Marci ædes pretioſiſſimis marmoribus diuerſorũ colorũ pulcherrima ſerie teſſellatis,quæ inter potiſſimùm ſpectatur ſaxum bipedale,anguſtũ ac diſcolor, rufo tamen ſimillimũ: de quo varia vulgus in æſtimãdo tãtùm nõ variũ:auro pretio exæquat,& propè ſemel fuiſſe vt à Iudæo effoderetur, memorat. Pariter in pauimẽto ſaxeum æquor oſtẽtat, albos lapides cæruleis tractibus diſtinctos;& certè vndarũ quandã ſpeciẽ referunt,proinde nil mirũ enatã fuiſſe illã de Friderico Ænobarbo fabulã, quam mitto,quoniam & fabula eſt,& lippis nota atque tõſoribus. Videntur in eiuſdẽ templi ſolo emblemata aliquot alta inueſtigatione digniſſima:Ioachimo Sanflorio Abbati quondã vaticiniis claro adſcribunt. Tritũ eſt pręcipuè illud ad ſiniſtrũ latus,duorum gallorũ vulpẽ vellicantiũ;& aliud pinguiũ in aquis leonũ,iuxta quos cubant in litore alij macilenti.ex quo Venetis malum quidam ominantur. At tẽpli parietes marmoreis verſicoloribus tabulis incruſtati, quas inter geminæ ad læuã excellunt candidæ, ceterùm nigris virgatæ lineis ad humani corporis ſimilitudinẽ,de quibus ita in Prodicio Hercule Stephanus Pighius, *Ad læuã*,ait,*duæ albæ coniunctæ ſunt ex vna trabe marmoreis ſectæ tabulæ, in quarũ commiſſura lineis*

S. Petri templum Cathedrale.

Ædes S. Marci eiuſque ornatus multiplex, in pauimento primũ:

deinde in parietibus.

Lapides à natura variè picti, qui Venetiis atque alibi ſpectandi.

neis nigricantibus natura ludibunda tanto rtificio viri effigiẽ expreſſit, vt omnibus indu- rioſè depicta videatur, & eius tanquã mira- uli mentionem fecerit Albertus Magnus in uis Meteoris. Addit Maiolus in hoc eodem *Dier. canicul. colloq. 18.* emplo Achatẽ cerni, qui caput regio dia- emate coronatũ oſtentet: ſimilem imagi- ẽ in marmore quondã Mantuano naturã dumbraſſe: Bergomi porphyritẽ in ſum- no tẽplo baptiſteriũ iuxta referre ſerpen- ẽ longo tractu in ſpirã collectum; Romæ tiã nunc in Palatina regia aula conſpici ngenitũ porphyriti Põtificis Max. vultum ı Pontificiis capitis ornamentis, qualẽ in ro fiſſilique lapide, qui circa Iſlebiam Sa- oniæ creber eſt, aliquando viſum fuiſſe eorgius Braun in deſcriptione eius opidi ſtatur, additque etiã hodie lapidem iſtũ enulis aurei coloris ceu lineamentis adũ- atas referre variorũ animalium effigies, uas primo ſtatim intuitu mirabundi ſpe- atores agnoſcãt. Pãcirollus primo eorũ *cap. 17.* orũ, quis veterũ noſtrorúmq; opera re- ſet, memorat Rauennæ ad D. Vitalis ex- ıre peruetus marmor ſacerdotis hoſtiã S. uantis imaginẽ adeo ſcitè exhibens, vt ullus III. Pontifex Max. pictoris manu, genuinis venarũ coloribus adumbratã e perſuaſus, explorandi miraculi cauſſa, ltro raſerit. Plinius in Achate Pyrrhi *lib. 37. cap. 1.* irotatum regis Apollinem ſpecie pul- ıtis citharam cum inſignibus ſuis Mu- úmque aſſidente choro formatum à na- a ſpectatúmque ſcribit. Nec minora

Alexander

Genial. dier. lib. 5. cap. 9.

Alexander ab Alexandro, in Chiorum lapicidinis narrat diſſecto ſaxo Peniſci caput a'pparuiſſe; conſpici ſolere autē in lapidū viſceribus non modò variarum rerum imagines, ſed res ipſaſmet: ita ſe procul mari vidiſſe marmor refertum diuerſis maritimis conchis non lapideis, ſed oſſeis ac genuinis, quales in Theſſaliæ & Hæmoniæ lapicidinis multas reperiri auctores ſcripſerint. Neapoli etiam ante ætatem ſuam in diſciſſo marmore politiſſimum adamantem inuentum relatúmque regiam in gazam miraculo fuiſſe: Palamedi digno fide homini & familiari ſuo fragrantiſſimi olei copiam collectam intra ſilicem quem perfregerat, obtigiſſe: ad Bætim Hiſpaniæ ſaxa quædam puri puti auri maſſulas ſeruare. Torellus Sarayna altero eorum librorum, quibus Veronenſem hiſtoriam proſecutus eſt, intra montis viſcera echinos lapideos, materiæque eiuſdem paguros, ſtellas piſces, cochleas, oſtreas & auium roſtra fuiſſe reperta ſcribit, ſiue ea Noei tempore per terras omnes effuſum mare in mediterranea vexerit, tum ſuperaggeſta humus obtexerit, ac denique in lapides verterit: ſiue ipſis in montibus fluitans ſalſus quidam & vitalis humor genuerit; certè eruta fuiſſe conchylia non pauca, quæ ſaxea partim & duriſſima fuerint, partim mollia, vt ſolent conchylia eſſe. Verùm miſſis iſtis in præſens pergo dicere, quæ alia de Veneto D. Marci templo dicenda ſequuntur. Fornices

In lapidibus mira reperta.

Marciani templi fornices.

ces Moſaico opere,quod vocant , inaurati ſunt inſertis elegantibus figuris & Marci vnâ effigie plurimùm laudatâ. laborant quidem vetuſtate,nec mirum, cùm à templi huius exſtructione quingenti anni numerentur.quod ſi qui plures numerant, ij à primis templi initiis annorum ſummam ducunt;ſatis quippe conſtat ariſſe cum Palatio vetuſtius , hocque anno MCVII.exſtructum fuiſſe. Teſtudinem in pictas,vt dixi,apſides curuatam ſuſtentant XXXVI. columnæ marmoreæ, quas inter VIII.nigerrimæ candidis maculis venuſtè diſcretæ duorum pedum craſſitudine per diametrum , nam tota peripheria plurium eſt. Aræ maioris palla, quam vocant, ex aureis ſolidis laminis compacta,lucida frequentibus gemmis & Græcanicis ſigillis variegata hercle ſpectantium oculos diu moratur. Teſtudinem, quæ aram tegit decuſſatim , ex pulcherrimo ophite conſtructam ornatámque inſculptis Biblicis imaginibus ferunt quaternæ columnæ Parij marmoris,ſimili ornatu inſignes. A tergo, vltimam ante aram videas totidem alias ſubpallidas columnas,alabaſtrinas,diaphanas inſtar vitri craſſioris, quas è palatio Salomonis ablatas illatáſque fuiſſe in hoc templum audet dicere Boiſſardus. Iam monumenta principum virorum & ſacella, quæ in hoc templo illuſtria,quis pro dignitate explicauerit?Huc ſi vertas oculos,Baptiſtæ Zeni Card. ſacrarium & ſepulchrum æneis ſtatuis

eiuſdem vetuſtas:

Aræ maximæ ornamenta.

1. part. Topogr. ph. Rom.

Cardinalis Zeni monumentum,

ſtatuis perornatum occurret. ſi illuc, cella muſeiario opere ſpectabilis, in qua ingens ex ære baptiſterium, Ioannis Soranzi Ducis tumulus, ſaxum à Vitali Michaële Duce ex Oriẽte aducctum, quod ſupra Chriſtum Tyriis ac Sidonis concionantem ſtetiſſe accepimus. Ex aduerſum haut procul porta principali Chriſti effigies ſingulari in honore habetur, quia à ſcelerato quondã ferro confoſſa ſanguine manaſſet Qua etiam templi parte ſacellum muſiua pictura fulgẽs D. Iſidori corpus ante annos ferme quingentos è Chio inſula aduectũ ſeruat. In ea deinde cella, quam indicabunt ad dexteram eminentes fores auro & teſſellis cõſpicuæ (vbi loci ſpectantur quoque DD. Dominici & Franciſci effigies multò antè, quàm ij naſcerentur, ab Abbate Ioachimo formatæ) theſaurus S. Marci, vt vocant, aſſeruatur, immenſi res pretij: XII. aurea pectoralia rariſſimis vnionibus, chryſolithis, ſmaragdis, ſaphiris, topaziis, hyacinthis ſimilibúſque aliis lapidibus fulgẽtia; coronę aureę totidẽ, quibus, ſi vera Cominæus, ſolebant antiquitus exornari ſtatis diebus feminæ duodenæ, quas à prędonibus interceptas mariti vix multo labore in libertatẽ reſtituerunt: reſtituerũt tamen atque ex voto coronas iſtas D. Marco dedicarũt. exſtruxerúntque ſacellũ, quod Senatus quotannis, cùm admiſſi eius facinoris dies anniuerſarius redit, viſere ſolet. Poſt pectoralia & coronas gemmeus proferetur vrceus, quẽ Venetæ Reip. Vſuncaſſanes Perſarum

& Ioannis Soranzi Ducis.

Chriſti imago per ſcelus vulnerata ſanguinem fudit.

Corpus S. Iſidori.

Ceimeliarchiũ ad S. Marci.

lib. 2. de bello Neap.

rũ rex dono miſit; proferentur patinæ yſtallinæ,iaſpideæ,achatinæ: tum pileus rincipis Reip.qui inaugurando imponi-r,auro,gemmis,vno præſertim maximo rbunculo inſignis; C C.aureorum num-ûm millibus æſtimatur. Ad hæc tria cor-ua vnicornis auro redimita: pyropi,ada-antes, Carbunculi ea magnitudine vix ſi,plurimæque aliæ gemmæ,& vaſa auro lida,margaritis illuſtria:pateræ è Turci-& Chalcedonia gemma, aliæ ex onyche ulptæ. Simulacra deinde & capita Diuo-ı̃ auri gemmarúmque cauſſa admiranda ıxta,ac veneranda. Apparatus poſtremò i diuinæ ſplendidiùs obeundæ neceſſa-us,numero & pretio excellens;ita decuit im in eo tẽplo,quale vix Orbis habet,nõ ſpari Deum magnificentia coli. Equidẽ tis conſtat ſingulis annis ampliùs quàm II.millia aureorũ nummûm impendi,vt s diuina fiat quam magnificẽtiſſimè. His tis publicis ac ſacris eius Baſilicæ opibus eritò adnumero D. Marci reliquias om-pretio ſuperiores. Ita ſanè opinio eſt no poſt natum Chriſtũ octingenteſimo geſimo nono eius corpus Alexãdria Ve-tias detuliſſe mercatores, idque ſub ma-ri altari conditũ etiã nunc iacere. Exſtat cõſcripta ab ipſo Euãgelica hiſtoria,quę quileiæ,vbi Marcus Chriſtianæ religio-s fundamenta feciſſe dicitur, aſſeruata ı,ac demum Venetias tranſlata fuit,teſte Epiſ.Aquil.in Catal.lib.IV.c. LXXXVI. ſtat eadẽ aureis literis à Ioãne Chryſo-ſtomo

Sumptus annui rei diuinæ in hoc templo celebrandæ publice attributi.

S. Marci Euangeliſtæ corpus.

& Euangelium autographum.

itémque à Diuo

Chryſoſtomo deſcriptũ. ſtomo deſcripta. Exſtãt denique in templi ſacrario plurima, prę quibus omnis illa auri, argenti gẽmarúmque copia vileſcat. An eſt enim quidquã terrenorũ vel pretioſiſſimũ, quod cũ ſacratiſſimo Chriſti ſanguine

Sanguis Chriſti. Chriſtianus auſit conferre? atqui ipſiſsimum illum, quem heu hoſtia ob crimina Seruator noſter profudit, hoc in ſacrario ampulla continet Hieroſolymis Barutum, inde Venetias perlata, vti Contarenus Card. ſcripto de ea libro oſtendit. Cetera non quidem theſauro qua pretium comparanda ſunt, veneranda tamen & iudicio bonorum ſuſpicienda potiùs, quàm aurea illa gemmeáque cimelia: in primis Crucis

Eiuſdem Crucis pars ab igne illęſa. Chriſti pars non puſilla, quam theca quadam ornatus gratia redimitam anno M C C X X X. ignis multa ſacrarij huius & thecam ipſam ampliùs dimidiam depaſtus omnino non violauit, abſtinuitque iniuriâ inanimale elementum, quâ animalia iſthæc noſtra rationis participia quidem, ſed ſcelere amentia non abſtinerent.

SS. reliquiæ, quę in S. Marci ſacrario venerandæ. Pij, quæ præterea iſto in loco venerantur, hæc habent: clauum per SS. Chriſti membra Cruci impactum, ſpinam de corona eius; de columna, ad quam flagellatus, fruſtum: crucem à Magno Conſtantino geſtari ſolitam, brachij S. Lucæ partem, coſtam D. Stephani, digitum Mariæ Magdalenæ & huiuſmodi plura, quæ ſacrarij cuſtos ſigillatim oſtendet. Ego templi reliqua perſequor: antè tamen, quàm de theſauro finiam, narrandum furis facinus eſt, admira

admirabile quà audaciâ,quà induſtria. dignæ nempe erant opes, quæ tanto ſcelere ingenióque peterentur. Prodidit id memoriæ Petrus Iuſtinianus octauo libro Venetæ hiſtoriæ:prodiderunt alij, verùm, me iudice, nemo Sabellico luculentiùs. Ipſum ergo audi:*Stamatus quidam*,inquit, *Græci ſanguinis homo,Cretaque inſula natus, dum fortè Venetiis eſſet, oſtenderenturque (quod magnis hoſpitibus præſtari ſolet) Borſio Eſtenſi publici theſauri, qui in parte aureæ ædis aſſeruantur,ita accidit, vt quaſi vnus ex illius domeſticis ignotus Græculus ſit ſacrarium ingreſſus. Tum verò ille ad ſtupendum rerum aſpectum non ſolùm non animum remiſit; ſed ad nobiliſſimum furtum confeſtim adiecit. Eſt Diui Marci ædes, quam ab initio auream,quia penè tota puriſſimo fulgèt auro, appellauimus, intus extraque circa imum marmoreis tabulis compacta.Ea igitur templi parte,qua puerorum ara ſita eſt, marmoream tabulam fur ingenioſus exemit: inde nocturno opere defunctus (quia non tam citò murus penetrari potuit) applicata ſuo loco tabula circumductóque tectorio ita,vt nullum fracturæ veſtigium appareret, exhauſtam inde materiam ante lucem aſportabat; atque hoc modo plures noctes operatus ad intimum conclaue peruenit.Tum inde eximere cœpit ampliſſimos theſauros, ad quos videndos cum Friderici Imp. legato immiſſus olim non ſine ſtupore ſpectaui. Nam præter ingentem gemmarum vim aliis atque aliis operibus inſertam, duodecim aureas coronas vidi, ac thoraces toti-* dem

Hiſtor.Venet. dec. 3. lib. 6. Theſaurus S. Marci raptus ſollerter,receptuſque feliciter.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dem immenſa gemmarum multitudine munitos, quarum fulgor non minùs mentē, quàm oculorum perſtringebat aciem. Lebetes ad hæc ex pretioſiſſimis lapidibus, quorum teſſerullæ anulis inſerta magno ſolent pretio æſtimari. tabernacula, candelabra & alia plura ſacrorum inſtrumenta, in quibus materia, quæ aurea erat, ob reliquum apparatum, qui diuerſis gemmarum coloribus micabat, penè ſordeſcere videbatur. Tranſeo Monocerotis cornu immenſi, vt aiunt, pretij, Principis infulam atque alia opera & multa & eximia, quæ ferè omnia ille per otium ſuſtulerat. Verùm neque furtum, vt dicitur, neque adulterium vllum diu in occulto fuit; quia alia ratione tam citò ſcelus deprehendi non poterat, ita ſanè accidit, vt ſuo ipſe indicio ſit proditus. Erat illi compater Zacharias quidam Grio, Cretenſis & ipſe ac patricij ſanguinis homo vel hoc vno exemplo miræ innocentiæ. Huic ſacræ aræ adhibito rem omnem Stamatus ordine enarrat: inde in anguſtiſſimum domicilium, quod Græculus incolebat, abducto immenſum furtum detexit. Ad cuius conſpectum cùm probæ vir naturæ ac minimè facinoroſæ obſtupuiſſet, ſceleriſque atrocitate pauitans vix ſatis ſuo conſiſteret veſtigio, ferunt ſacrilego homini in animo fuiſſe eum obtruncare. addidiſſetque omnino ſcelus ſceleri, niſi ille ita occurriſſet, vt diceret ſe præ nimia lætitia, quòd ex inſperato videret ſe ad tantas diuitias perductum, penè deſipere. Quibus verbis confirmatus ille cæde abſtinuit. Acceperat interim Grio dono pretioſiſſimum ab eo lapidem, atque ob id notiſſimum

ferunt

unt eum fuiſſe,qui priore parte Ducariæ in-
a hodie conſpicitur. Per ſpeciem igitur ex-
liendi negotij à ſure digreſſus ſe in Curiam
ripuit: inde ad Principis conſpectum ad-
ſſus atrociſſimum retegit facinus, celeritate
is eſſe dicens, ne ille (quem vix multo am-
u verborum tum fefelliſſet) mutato repentè
ſilio ſe aliquò bona cum parte furti illate-
ret: & ne fides tantæ rei deeſſet, gemmam
io acceptam ſinu depromſit. Qua conſpe-
miſi ſunt, qui hominem comprehenderent.
que ita cum eo in poteſtatem redacto em-
, quæ ſuſtulerat, ſunt recepta, vt nihil ex
n pretioſo apparatu (cuius æſtimatio vices
tena aureorum nummûm millia æquaſſe
itur) defuerit. Furti auctor ad geminas co-
nas laqueo eſt necatus. Indici per aurum,
d in præſentia dono accepit, perpetuum eſt
rium ex publico decretum. Iam templi re-
ia perſequor, portas ſcilicet, veſtibulũ
xterna ornamenta. Portæ anteriores
nque ſunt ex ære fuſæ. Frons, vbi aditus
ncipalis è foro, ſuper emblemata Græ-
ici operis ſtatuáſque Diuorũ in ſpatiis
s exornata eſt duplici ordine colũna-
uarũ quæ in inferiori ſtant, altæ pedes
V. centum quattuordecim: ſuperiores
eiuſdem quidem magnitudinis, atta-
formæ paris & numeri multò maio-
CCXLVI numerãtur. Notarunt aliqui
lius quingẽtas totius Baſilicæ colũnas
, quarum pars maxima è Græcia atque
enis fuerit aducta, præter reliquam
eriem & ſtructuram, quæ ipſa quoque
ſumpta

Templi D. Marci frons, eiuſque ornatus ſtatuis & columnis, quæ intra extraque ædem ſupra quingentas, vt teſtes *Hieron. Capugn. 1. part. Itin. Ital. Sanſouin. lib. 2. Venet. deſcript.*

ſumpta à Græcis fuiſſe videntur. Chriſtiano tamen ritu,& ferme iam totâ Italiâ vſitato formatum templum fuit, vt crucis figuram referret. Quinque fornicatæ hemiſpherij in modum teſtudines obtegunt molem,ipſæque plumbeis laminis teguntur.Nec ſilendi prominentes in forum cuprei plumbeíque ſiphones,in quos pluuiæ aquæ corriuantur, delapſæque porrò in terram & ab occultis canalibus hauſtæ vicinos puteos implent,quos intra defæcatæ in potum humanóſque alios vſus ſolent conuerti.Ceterùm principali oſtio, quod occidentale forum reſpicit, adſtant porphyreticæ octo columnæ pretij & elegantiæ incredibilis. Superſtant quatuor ærei equi,auro obliti, ſalientium ſpecie, effícti adeo ſingulari arte, vt auſit dicere Sanſouinus omnibus in terris pares non reperiri.Et hîc de Ænobardo vulgus commenticia quædam vixque anicularum lucubratione digna: tamen noſtratium poëtarum vnus hodeporico ſuo immiſcuit, & quaternis iſtis diſtichis decantauit:

Ciſternæ Venetæ.

Equi ærei portis tépli ſuper impoſiti, & vnde aduecti.

lib.2.Ven. deſcript. Georg. Sabin.in Itiner.Ital.

Maximus imperij iurauerat arbiter olim,
Infeſtus Venetis qui Fridericus erat,
Quod foret è templo ſtabulũ facturus equorũ,
Hadriaci caperet mœnia quando maris:
Acre ſed in longos cùm bellum duceret annos,
Nec Veneta poſſet frangere gentis opes,
Hos ibi iuſſit equos in ſummo culmine poni,
Nominis exſtarent vt monimenta ſui.

Nihil miror,quòd fabulam poëta tractet, mihi

ihi vt rem ita geſtam credã,nullus per-
aſerit. ſatisfaciunt illi, qui ſumptos ex
eſpaſiani arcu inter alia auexiſſe Ma-
nũ Conſtantinũ in ſuã vrbem,atque, vt
ıctor eſt Nicetas Choniates, ın Hippo-
omo ſtatuiſſe.Conſtantinopoli deinde
portaſſe Venetos, atque iſto loco, vt ce-
ra, ad fori ornamentũ poſuiſſe memo-
t.Ad idẽ illuſtrãdũ tres illi mali ante D. Mali tres
arci ædẽ æreis fulcris bellè laboratis ın- in foro
xi fuerũt:tres ideo, quòd totidem regna cur ſtatu-
eneti imperio ſuo habeãt ſubiecta,quo- ti.
m inſignia feſtis diebus nobili quæque
texta labaro appendi ad eos malos ſo-
t.Sunt autẽ hæc:Cyprus, quam ſuperio- Venetiæ
bus annis Turca extortam Venetis ad regionis
c tempus tenet:Creta ac Venetia, non fines.
ec vrbs tãtùm, ſed omnis ea prouincia,
æ Mincio fluuio & lacu Benaco aut
rio,vt definiũt alij, ab occidẽte alpibus
aruiſinis à Septemtrione, ab Oriente
ucibus Timaui & parte Hadriatici ma-
,à meridie verò faucibus Atheſis palu-
buſque Melaræ & Bergentini includi-
r. hodie verò Venetiam faciunt eãdem
m Marchia Taruiſina,quam manifeſtũ
nõ adeo latè extendi. Ceterùm ad an- Porphy-
lũ dicti templi porphyrites eſt, in quo rites tẽ-
ciſa quatuor virorũ ſimulacra vidẽtur. plo ap-
lgus mercatorũ eſſe fabulatur, qui iam poſitus
moratum S.Marci theſaurum in hanc vnde ad
bem tulerint ac communiter poſſede- latus.
t:tum hinc duos, inde alios duos con-
ũ cepiſſe ſociorũ veneno interminen-

dorum; ita ſimul præbito, ſimul ſumpto veneno omnes periiſſe, ac bona eorum, quòd alius hæres non eſſet, Venetos ſua publica feciſſe. Sãſouinus Acrâ à Saracenis captâ profugiſſe in hanc vrbẽ ciues non paucos, ác ceteras inter opes patriæq; ornamenta porphyritem iſtum aduexiſſe memorat. E ſtatuis, quas extra intráque templum innŭmeras viſurus es, hoſpes, illam velim obſerues, quæ in veſtibulis fronte ſtatuta manu os premit, de qua hæc Egnatius, *Veneti*, inquit, *Sebaſtiani Ciani Ducis auſpicio cùm ex aliis orbis partibus exſtruendis nouis ædificiis inſignes præfectos, tum ex Conſtantinopolitana vrbe vnũ ampliſſimis præmiis inuitârũt, qui omnium iudicio omnib⁹ aliis ea tẽpeſtate præferebatur vt aureã D. Marci ædẽ omniũ, quæcunq; exſtarent, celeberrimã ab ipſis fundamentis exſtrueret. Quod cùm Græcus homo præſtiturum ſeſe polliceretur, ea tamen conditione, vt abſoluto ab ſe opere ad æternam ſui memoriam pateretur Dux ipſe Senatúſq; in oculatiſſima templi parte ſtatuã marmoreã ſibi poni: non dubitauit Cianus Dux ipſe & Patres id pro certo polliceri. Inchoata igitur ab ſe opere cùm iam præcipuam templi partem abſoluiſſet, & Dux ac reliqui Patres adeſſent, nimia quadã ingenij leuitate elabi ſibi ex ore paſſus eſt, ſe quidẽ multò celebrius templum ipſum fuiſſe exſtructurum, niſi inter ipſum opus occurriſſent plura, quæ prudentiorẽ ſe feciſſent. Ad quẽ ſubridens Dux, Nec nos, inquit, cõtrà omnia quæ de ſtatua petieras*

lib. 8 Venet deſcript. c. de Palatio publ.

Viri digito labra compeſcentis ſimulacrũ, & cur erectum? *lib. 6. c. 5.*

*us,integra tibi dabim⁹. Quare illi in veſtibu-
fronte marmoreā ſtatuā collocarunt manu
d os obiecta,quaſi illum dicti ſui pœniteret.*

Ingens illa columnataque & cupreis aminis intecta & candidis ac rubicundis marmore tabellis incruſtata ædes, quæ roxime templum attollitur, Curia Venetorum eſt, in qua concilia ſua ac tribunalia magiſtratus habent, certis quiue conclauibus ornatiſſimis ab arte & naterie pretij ingentis. Habent quoque ulā ſuā Senatores, vbi ſimul conueniāt, mpliſſimā & propter nobiliſſimarum piturarū copiā & laquearium ornamenta lanè digniſſimā iſta Reip huius magnicentia. Conuentū ordinēque Senatoriū ɔſi Concilium Magnū vocant: nec patet ditus ad dignitatem locúmque eum,niſi atriciis viris, qui quintum ac vigeſimū tatis annum exceſſerint. Obſeruat attaien Franciſcus Sanſouinus viceenarios uoque iuuenes recipi in ſenatum, ſed Principis indulgentia, nec niſi paucis btingere. Sunt Senatores ad M.D.coneniunt Dominicis diebus ſingulis, quāɔque etiam eadem hebdomade pluries, rout negotia poſtulant. Aulæ figura uadrangula eſt LXVI. paſſuum longitudine, latitudine paſſuum XXXII. leo excurrūt bina latera, vt reliqua ſint ultò breuiora. Subſelliorum ordo admibilis eſt, è quibus pulcherrima ratione iocantur ad ferenda ſuffragia Senatos. Quas res & aulæ figuram, & ſuffra-

Curia, & eius ornamenta indicata.

lib. 19. de regnis & Rebus pub.

Senatorum ætas & numerus.

Aula Senatoris deſcripta.

giorum ordinem ac modum exactiſſimè deſcripſere Donatus Ianotus dialogo de Venetorum regiminẽ, & Franciſcus Sanſouinus libro octauo & vndecimo Venetæ deſcriptiónis, itemque decimonono de regnis ac Rebus pub. Silere tamẽ nequeo depictas ibidẽ icones Venetorũ Ducum, qui præclaris erga patriã meritis ea virtutũ teſtimonia & monimenta ad poſteros meruere. Vnus omniũ Marinus Falertrus à recta gloriæ via diuertit, & temeritatis ſuæ pœnas capite luit, vti ſcriptũ eſt in tabula, de qua imago eius fuit ſublata. Ceteri virtutis iter ingreſſi atque emenſi ad immortalitatis metam peruenere, cultíque non corporum modò pictis ſimulacris, ſed ſpecioſis etiam geſtarum rerum elogiis hominum memoriæ ſempiternæ commendati fuere. Leges ergo quoſdam à finitimorum armis vindicaſſe Remp. quoſdam rebellibus intuliſſe bella: opida alios, arces, vrbes, prouincias, inſulas, regna ſub imperium ditionémque patriæ ſubiunxiſſe: alios, quibus bellorum materies non fuiſſet, domi claros ſalubrium legum inuentis inteſtina mala ſanaſſe: nonnullos ædificiis vrbẽ & ſacris & profanis auxiſſe, & ne vlla virtutum exẽpla deeſſent, quoſdam caritatem patriæ amori liberorum ſuorum prætuliſſe, atque vt apud Romanos L. Iunij Bruti, Caſſij Viſcellini, T. Manlij Torquati & Auli Fuluij ſeueritas celebratur, ita eos in ſuo ſanguine incorruptæ iuſtitiæ miracula edidiſſe.

Effigies & elogia principũ Reip. quæ ſigillatim recenſet Schrader part. 3. monum. Ital.

Venetorũ ſeueritas cum Ro-

Anto

itoſſium Venetium a⁻o. & Andreā Ven- mana cō-
am num: ille, vt ſubſcriptus imagini ti- parata.
lus docet, à Cretæ præfectura ad patriæ
incipatū euectus auctor Senatui fuit, vt
icus filius in vinculis habitus dānare-
r: iſte, vt item epigraphe teſtatur, domi
ſtitiam adeo coluit, vt filio non peper-
rit. O factū priſcè: ſed mitto hæc triſtia,
que ad vlteriora Palatij cænacula gradū
ro, quę numero multa, amplitudine ma-
ia, ornatu conſpicua ſunt. Sequetur ar- Armamē-
amētarium Palatinum cedrinis foribus tarium in
Libano monte petitis ſuauiſſimè fra- palatio.
ans, refertum lectiſſimis armis, queis
Conſiliarij ad ſuam & Reip. incolumi-
tem dignitatémque tuēdam vti poſſint.
t hic magiſtratus à numero eorum, qui Conſiglio
m gerunt, nominatus, grauiſſimus & dieci.
mmæ auctoritatis, vt penes quem de
ociſſimis criminibus plena ſit & inqui-
ndi & pœnas ſumendi poteſtas. Eādem
nc, de qua agimus, domum Reip. prin-
ps habet, de quo vt pauca exponā, locus
monere me videtur. Duo ſunt, quibus Dux Ve-
nnis Reſp. regitur & cōſeruatur: aucto- netus,
as & potentia. auctoritas maximè vna eiuſque
e debet & ſingularis, etenim vt cætera auctori-
ò diſperſa magis ſunt, etiam ſunt infir- tas & po-
iora, ita hæc tanto vanior eſt, quanto teſtatis
pluribus communicatur: & imperan- modera-
m multitudine ipſum imperium vileſ- tio.
, minúſque dignitatis habet ac maie-
tis, quàm ſi ab vno aliquo poſſideretur,
go magiſtratus omnis, vt maximè ve-

rendus ſit, maximè vnus eſſe debet. Sed graue eſt liberæ ciuitati & periculoſum vnius imperium ferre, vni opes viréſque imperij cõmittere, quas ſæpenumero in ipſius cõcedentis perniciem verſas cõſtat fuiſſe. auidus dominationis natura ſua humana animus difficile eſt vt ſe contineat. exempla ſunt & documẽta multos tradito ſibi imperio tanquã compedibus quibuſdã vſos fuiſſe, iis ciues ſuos illigaſſe & oppreſſiſſe. Si vtique abſque magiſtratibus ciuitas, & abſque potẽtia magiſtratus eſſe nequeũt, tutius eſt pluribus cã credere, cùm etſi peruersè ea vti vnus velit, alius pari telo reſiſtat. vix inter multos idẽ ingeniũ, idẽ ſenſus, imperiúmque ita in plures diſtributũ in cuiuſque priuatim manu debilius eſt, publicè nihilo infirmius. Sapiẽtiſſimè ergo Veneti, quod rectiùs vnus habet, auctoritatẽ vni ſupra ceteros magiſtratus inſignẽ dedere: quæ tutiùs apud plures ſunt, potẽtiã ac dominatũ pluribus permiſere: Dux enim in ciuitate etſi primus, nõ tamen potentiſſimus eſt, Senatus ipſi velut magiſter ac moderator omnis publici conſilij additus: niſi qua hic ſinit, nihil paullò grauioris momenti Dux ſtatuere poteſt & imperare. Caput tamẽ vniuerſæ cũ Reip. eſſe multa indicãt: habitus primò auguſtior vulgari, & in publica domo habitatio, & victus de publica impenſa, quæ non leuis & ferme, vt memorant, XXXV. millium aureorum eſt: tũ illud, quòd pecunia nomine eius inſigni

Vid. Sanſouin. lib. 11. Venet. deſcript.

Duci quæ ſupra ceteros inſignia.

nſignitur. ipſe in Senatu præſidet, lega-
is Principum ipſe reſpondet, ex Senatus
amen præſcripto: litteræ tabulæque pu-
licæ & Senatuſconſulta nomine ipſius
nſcribuntur, ipſius ſigno conſignantur.
ubſellia iudicũ ipſe luſtrat ſemel quaque
ebdomade, optimo inſtituto, ius rectè-
e an perperam dicatur, videt. In publi-
ũ prodeuntem purpurati Patres comitã-
ur, ibi aliquot inſignia dignitatis eius:
ereus candidus & vexilla diuerſi coloris
uro intertexta, quæ præferuntur: vmbra-
ulum, ſella & enſis auratus, puluinar, tu-
æ argenteæ, omnia Alexandri III Ponti-
icis populique Romani cõceſſione, quip-
e Alexandrum grauiſſimè vexatum. Vr-
e ſedeque pulſum Sebaſtianus Cianus
Venetorũ Dux defendendũ ſuſceperat, &
aauali prælio cũ hoſtibus cõgreſſus trire-
nibus nõ ampliùs XXX. claſſem eorũ na-
ibus LXXV perinde armatis cõſtantem
liuinis potius, quàm humanis viribus de-
icerat, capto Othone Friderici Ænobar-
i filio præfecto claſſis, redactis in pote-
taté triremibus LX. cæteris quà profliga-
is, quà demerſis. Vnde nata ſolénnis illa
& in ſingulos annos ſtata maris, vt vocãt,
leſpõſatio, quę celebratur die feſto Chri-
ti ad cælos aſcendentis; redeũti enim cũ
victrice claſſe Ciano Pontifex obuiã fa-
ctus cõplexúſq; eũ aureo anulò donaue-
at, id futurũ inquiens pignus ſẽper ſub-
ecti maris. Porrò imperiũ Duci perpetuũ
eſſe Veneti ſinunt, vitãdæ, vt reor, annuæ

Pompa Ducis in publicum prodeuntis.

Sanſouin. li. 12. Ven. deſcript.

Maris deſponſatio annua quæ in feſto Aſcẽſionis publicè peragitur, eiuſque inſtitutum.

Magno conti-

Chryſoſtomo deſcriptũ. ſtomo deſcripta. Exſtãt denique in templi ſacrario plurima, prę quibus omnis illa auri, argenti gẽmarúmque copia vileſcat. An eſt enim quidquã terrenorũ vel pretioſiſſimũ, quod cũ ſacratiſſimo Chriſti ſanguine Chriſtianus auſit conferre? atqui ipſiſsimum illum, quem heu hoſtia ob crimina Seruator noſter profudit, hoc in ſacrario ampulla continet Hieroſolymis Barũtum, inde Venetias perlata, vti Contarenus Card. ſcripto de ea libro oſtendit. Cetera non quidem theſauro qua pretium comparanda ſunt, veneranda tamen & iudicio bonorum ſuſpicienda potiùs, quàm aurea illa gemmeáque cimelia: in primis Crucis Chriſti pars non puſilla, quam theca quadam ornatus gratia redimitam anno MCCXXX. ignis multa ſacrarij huius & thecam ipſam ampliùs dimidiam depaſtus omnino non violauit, abſtinuitque iniuriâ inanimale elementum, quâ animalia iſthæc noſtra rationis participia quidem, ſed ſcelere amentia non abſtinerent. Pij, quæ præterea iſto in loco venerantur, hæc habent: clauum per SS. Chriſti membra Cruci impactum, ſpinam de corona eius; de columna, ad quam flagellatus, fruſtum: crucem à Magno Conſtantino geſtari ſolitam, brachij S. Lucæ partem, coſtam D. Stephani, digitum Mariæ Magdalenæ & huiuſmodi plura, quæ ſacrarij cuſtos ſigillatim oſtendet. Ego templi reliqua perſequor: antè tamen, quàm de theſauro finiam, narrandum furis facinus eſt,

Sanguis Chriſti.

Eiuſdem Crucis pars ab igne illęſa.

SS. reliquiæ, quę in S. Marci ſacrario venerandæ.

admirabile quà audaciâ, quà induſtria. digna nempe erant opes, quæ tanto ſcelere ingenióque peterentur. Prodidit id memoriæ Petrus Iuſtinianus octauo libro Venetæ hiſtoriæ: prodiderunt alij, verùm, me iudice, nemo Sabellico luculentiùs. Ipſum ergo audi: *Stamatus quidam*, inquit, *Græci ſanguinis homo, Cretaque inſula natus, dum fortè Venetiis eſſet, oſtenderenturque (quod magnis hoſpitibus præſtari ſolet) Borſio Eſtenſi publici theſauri, qui in parte aureæ ædis aſſeruantur, ita accidit, vt quaſi vnus ex illius domeſticis ignotus Græculus ſit ſacrarium ingreſſus. Tum verò ille ad ſtupendum rerum aſpectum non ſolùm non animum remiſit; ſed ad nobiliſſimum furtum confeſtim adiecit. Eſt Diui Marci ædes, quam ab initio auream, quia penè tota puriſſimo fulget auro, appellauimus, intus extraque circa imum marmoreis tabulis compacta. Ea igitur templi parte, qua puerorum ara ſita eſt, marmoream tabulam fur ingenioſus exemit: inde nocturno opere defunctus (quia non tam citò murus penetrari potuit) applicata ſuo loco tabula circumductóque tectorio ita, vt nullum fracturæ veſtigium appareret, exhauſtam inde materiam ante lucem aſportabat; atque hoc modo plures noctes operatus ad intimum conclaue peruenit. Tum inde eximere cœpit ampliſſimos theſauros, ad quos videndos cum Friderici Imp. legato immiſſus olim non ſine ſtupore ſpectaui. Nam præter ingentem gemmarum vim aliis atque aliis operibus inſertam, duodecim aureas coronas vidi, ac thoraces totidem*

Hiſtor. Venet. dec. 3. lib. 6.

Theſaurus S. Marci raptus ſolerter, receptuſque feliciter.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dem immenſa gemmarum multitudine munitos, quarum fulgor non minùs mentē, quàm oculorum perſtringebat aciem. Lebetes ad hæc ex pretioſiſſimis lapidibus, quorum teſſerulæ anulis inſerta magno ſolent pretio æſtimari. tabernacula, candelabra & alia plura ſacrorum inſtrumenta, in quibus materia, quæ aurea erat, ob reliquum apparatum, qui diuerſis gemmarum coloribus micabat, penè ſordeſcere videbatur. Tranſeo Monocerotis cornu immenſi, vt aiunt, pretij, Principis inſulam atque alia opera & multa & eximia, quæ ferè omnia ille per otium ſuſtulerat. Verùm neque furtum, vt dicitur, neque adulterium vllum diu in occulto fuit; quia alia ratione tam citò ſcelus deprehendi non poterat, ita ſanè accidit, vt ſuo ipſe iudicio ſit proditus. Erat illi compater Zacharias quidam Grio, Cretenſis & ipſe ac patricij ſanguinis homo vel hoc vno exemplo miræ innocentiæ. Huic ſacræ aræ adhibito rem omnem Stamatus ordine enarrat: inde in anguſtiſſimum domicilium, quod Græculus incolebat, abducto immenſum furtum detexit. Ad cuius conſpectum cùm probæ vir naturæ ac minimè facinoroſæ obſtupuiſſet, ſceleriſque atrocitate pauitans vix ſatis ſuo conſiſteret veſtigio, ferunt ſacrilego homini in animo fuiſſe eum obtruncare. addidiſſetque omnino ſcelus ſceleri, niſi ille ita occurriſſet, vt diceret ſe præ nimia lætitia, quòd ex inſperato videret ſe ad tantas diuitias perductum, penè deſipere. Quibus verbis confirmatus ille cæde abſtinuit. Acceperat interim Grio dono pretioſiſſimum ab eo lapidem, atque ob id notiſſimum

ferunt

unt eum fuiſſe,qui priore parte Ducaria in-
a hodie conſpicitur. Per ſpeciem igitur ex-
liendi negotij à fure digreſſus ſe in Curiam
ripuit: inde ad Principis conſpectum ad-
ſus atrociſſimum retegit facinus celeritate
us eſſe dicens,ne ille (quem vix multo am-
u verborum tum fefelliſſet) mutato repentè
ſilio ſe aliquò bona cum parte furti illate-
aret: & ne fides tantæ rei deeſſet, gemmam
io acceptam ſinu deprompſit. Qua conſpe-
miſſi ſunt,qui hominem comprehenderent.
que ita cum eo in poteſtatem redacto em-
,quæ ſuſtulerat, ſunt recepta, vt nihil ex
n pretioſo apparatu (cuius æſtimatio vices
tena aureorum nummûm millia æquaſſe
itur) defuerit. Furti auctor ad geminas co-
nnas laqueo eſt necatus. Indici per aurum,
od in præſentia dono accepit, perpetuum eſt
arium ex publico decretum. Iam templi re- Templi D. Marci frons, eiuſque ornatus ſtatuis & columnis, quæ intra extraque ædem ſupra quingentas, vt teſtes *Hieron. Capugn. 1. part. Itin. Ital. Sanſouin. lib. 2. Venet. deſcrips.*
ua perſequor, portas ſcilicet, veſtibulũ
xterna ornamenta. Portæ anteriores
nque ſunt ex ære fuſæ. Frons,vbi aditus
ncipalis è foro,ſuper emblemata Græ-
ici operis ſtatuaſque Diuorũ in ſpatiis
s exornata eſt duplici ordine colũna-
quarũ quæ in inferiori ſtant,altæ pedes
V. centum quattuordecim: ſuperiores
eiuſdem quidem magnitudinis, atta-
n formæ paris & numeri multò maio-
CCXLVI numerãtur. Notarunt aliqui
pliùs quingẽtas totius Baſilicæ colũnas
, quarum pars maxima è Græcia atque
enis fuerit aduecta, præter reliquam
teriem & ſtructuram,quæ ipſa quoque
ſumpta

ſumpta à Græcis fuiſſe videntur. Chriſtiano tamen ritu,& ferme iam totâ Italiâ vſitato formatum templum fuit, vt crucis figuram referret. Quinque fornicatæ hemiſpherij in modum teſtudines obtegunt molem,ipſæque plumbeis laminis teguntur.Nec ſilendi prominentes in forum cuprei plumbeíque ſiphones,in quos pluuiæ aquæ corriuantur, delapſæque porrò in terram & ab occultis canalibus hauſtæ vicinos puteos implent,quos intra defæcatæ in potum humanóſque alios vſus ſolent conuerti.Ceterùm principali oſtio, quod occidentale forum reſpicit, adſtant porphyreticæ octo columnæ pretij & elegantiæ incredibilis. Superſtant quatuor ærei equi,auro obliti, ſalientium ſpecie, effịcti adeo ſingulari arte, vt auſit dicere Sanſouinus omnibus in terris pares non reperiri.Et hîc de Ænobardo vulgus commenticia quædam vixque anicularum lucubratione digna: tamen noſtratium poëtarum vnus hodeporico ſuo immiſcuit, & quaternis iſtis diſtichis decantauit:

Ciſternæ Venetæ.

Equi ærei portis tēpli ſuper impoſiti, & vnde aduecti.

lib.2.Ven. deſcript. Georg. Sabin.in Itiner.Ital.

Maximus imperij iurauerat arbiter olim,
Infeſtus Venetis qui Fridericus erat,
Quod foret è templo ſtabulũ facturus equorũ,
Hadriaci caperet mœnia quando maris:
Acre ſed in longos cùm bellum duceret annos,
Nec Veneta poſſet frangere gentis opes,
Hos ibi iuſſit equos in ſummo culmine poni,
Nominis exſtarent vt monimenta ſui.

Nihil miror,quòd fabulam poëta tractet, mihi

ai vt rem ita geſtam credã,nullus per-
ſerit: ſatisfaciunt illi, qui ſumptos ex
paſiani arcu inter alia auexiſſe Ma-
i Conſtantinũ in ſuã vrbem,atque, vt
tor eſt Nicetas Choniates, in Hippo-
mo ſtatuiſſe.Conſtantinopoli deinde
ortaſſe Venetos,atque iſto loco, vt ce-
, ad fori ornamentũ poſuiſſe memo-
Ad idẽ illuſtrãdũ tres illi mali ante D.
rci ædẽ æreis fulcris bellè laboratis in-
fuerũt:tres ideo, quòd totidem regna
neti imperio ſuo habeãt ſubiecta,quo-
n inſignia feſtis diebus nobili quæque
exta labaro appendi ad eos malos ſo-
Sunt autẽ hæc:Cyprus, quam ſuperio-
us annis Turca extortam Venetis ad
tempus tenet:Creta ac Venetia, non
c vrbs tãtùm, ſed omnis ea prouincia,
e Mincio fluuio & lacu Benaco aut
rio,vt definiũt alij, ab occidẽte alpibus
ruiſinis à Septemtrione, ab Oriente
cibus Timaui & parte Hadriatici ma-
à meridie verò faucibus Atheſis palu-
uſque Melaræ & Bergantini includi-
hodie verò Venetiam faciunt eãdem
n Marchia Taruiſina,quam manifeſtũ
nõ adeo latè extendi. Ceterùm ad an-
ũ dicti templi porphyrites eſt, in quo
iſa quatuor virorũ ſimulacra vidẽtur.
gus mercatorũ eſſe fabulatur, qui iam
moratum S.Marci theſaurum in hanc
em tulerint ac communiter poſſede-
:tum hinc duos, inde alios duos con-
i cepiſſe ſociorũ veneno interminen-

Mali tres in foro cur ſtatuti.

Venetiæ regionis fines.

Porphyrites templo appoſitus vnde ad latus.

dorum; ita ſimul præbito, ſimul ſumpto veneno omnes periiſſe, ac bona eorum, quòd alius hæres non eſſet, Venetos ſua publica feciſſe. Sãſouinus Acrâ à Saracenis captâ profugiſſe in hanc vrbẽ ciues non paucos, ác ceteras inter opes patriæq; ornamenta porphyritem iſtum aduexiſſe memorat. E ſtatuis, quas extra intráque templum innumeras viſurus es, hoſpes, illam velim obſerues, quæ in veſtibulis fronte ſtatuta manu os premit, de qua hæc Egnatius, *Veneti*, inquit, *Sebaſtiani Ciani Ducis auſpicio cùm ex aliis orbis partibus exſtruendis nouis ædificiis inſignes præfectos, tum ex Conſtantinopolitãna vrbe vnũ ampliſſimis præmiis inuitârũt, qui omnium iudicio omnib⁹ aliis ea tẽpeſtate præferebatur vt aureã D. Marci ædẽ omniũ, quæcunq; exſtarent, celeberrimã ab ipſis fundamentis exſtrueret. Quod cùm Græcus homo præſtiturum ſeſe polliceretur, ea tamen conditione, vt abſoluto ab ſe opere ad æternam ſui memoriam pateretur Dux ipſe Senatúſq; in oculatiſſima templi parte ſtatuã marmoreã ſibi poni: non dubitauit Cianus Dux ipſe & Patres id pro certo polliceri. Inchoata igitur ab ſe opere cùm iam præcipuam templi partem abſoluiſſet, & Dux ac reliqui Patres adeſſent, nimia quadã ingenij leuitate elabi ſibi ex ore paſſus eſt, ſe quidẽ multò celebrius templum ipſum fuiſſe exſtructurum, niſi inter ipſum opus occurriſſent plura, quæ prudentiorẽ ſe feciſſent. Ad quẽ ſubridens Dux, Nec nos, inquit, cõtrà omnia quæ de ſtatua petieras*

lib. 8. Venet. deſcript. c. de Palatio publ.

Viri digito labra compeſcentis ſimulacrũ, & cur erectum? *lib. 6. c. 5.*

rae

s,integra tibi dabim⁹. Quare illi in veſtibu- fronte marmoreã ſtatuã collocarunt manu l os obiecta, quaſi illum dicti ſui pœniteret. Ingens illa columnataque & cupreis minis intecta & candidis ac rubicundis marmore tabellis incruſtata ædes, quæ oximè templum attollitur, Curia Ve- torum eſt, in qua concilia ſua ac tri- inalia magiſtratus habent, certis qui- ie conclauibus ornatiſſimis ab arte & ateriе pretij ingentis. Habent quoque ilã ſuã Senatores, vbi ſimul conueniãt, npliſſimã & propter nobiliſſimarum pi- urarũ copiã & laquearium ornamenta anè digniſſimã iſta Reip. huius magni- entia. Conuentũ ordinẽque Senatoriũ ſi Concilium Magnũ vocant: nec patet itus ad dignitatem locúmque eum, niſi triciis viris, qui quintum ac vigeſimũ atis annum exceſſerint. Obſeruat atta- en Franciſcus Sanſouinus viccnarios ioque iuuenes recipi in ſenatum, ſed Principis indulgentia, nec niſi paucis tingere. Sunt Senatores ad M.D.con- niunt Dominicis diebus ſingulis, quã- que etiam eadem hebdomade pluries, out negotia poſtulant. Aulæ figura adrangula eſt L X V I. paſſuum lon- udine, latitudine paſſuum X X X I I. eo excurrũt bina latera, vt reliqua ſint ltò breuiora. Subſelliorum ordo admi- ilis eſt, è quibus pulcherrima ratione ocantur ad ferenda ſuffragia Senato- . Quas res & aulæ figuram, & ſuffra-

Curia, & eius ornamen ta indicata.

lib. 19. de regnis & Rebus pub.

Senatorum ætas & numerus.

Aula Senatoris deſcripta.

giorum ordinem ac modum exactiſſimè deſcripſere Donatus Ianotus dialogo de Venetorum regiminẽ, & Franciſcus Sanſouinus libro octauo & vndecimo Venetæ deſcriptiónis, itémque decimonono de regnis ac Rebus pub. Silere tamẽ nequeo depictas ibidẽ icones Venetorũ Ducum, qui præclaris erga patriã meritis ea virtutũ teſtimonia & monimenta ad poſteros meruere. Vnus omniũ Marinus Faletrus à recta gloriæ via diuertit, & temeritatis ſuæ pœnas capite luit, vti ſcriptũ eſt in tabula, de qua imago eius fuit ſublata. Ceteri virtutis iter ingreſſi atque emenſi ad immortalitatis metam peruenere, cultíque non corporum modò pictis ſimulacris, ſed ſpecioſis etiam geſtarum rerum elogiis hominum memoriæ ſempiternæ commendati fuere. Leges ergo quoſdam à finitimorum armis vindicaſſe Remp. quoſdam rebellibus intuliſſe bella: opida alios, arces, vrbes, prouincias, inſulas, regna ſub imperium ditionémque patriæ ſubiunxiſſe: alios, quibus bellorum materies non fuiſſet, domi claros ſalubrium legum inuentis inteſtina mala ſanaſſe: nonnullos ædificiis vrbẽ & ſacris & profanis auxiſſe, & ne vlla virtutum exẽpla deeſſent, quoſdam caritatem patriæ amori liberorum ſuorum prætuliſſe, atque vt apud Romanos L. Iunij Bruti, Caſſij Viſcellini, T. Manlij Torquati & Auli Fuluij ſeueritas celebratur, ita eos in ſuo ſanguine incorruptæ iuſtitiæ miracula edidiſſe.

Effigies & elogia principũ Reip. quæ ſigillatim recenſet *Schrader part. 3. monum. Ital.*

Venetorũ ſeueritas cum Ro-

Anto

Antonium Venerium a:o & Andreã Vendraminum: ille, vt ſubſcriptus imagini titulus docet, à Cretæ præfectura ad patriæ principatũ euectus auctor Senatui fuit, vt vnicus filius in vinculis habitus dãnaretur, iſte, vt item epigraphe teſtatur, domi iuſtitiam adeo coluit, vt filio non pepercerit. O factũ priſcè. ſed mitto hæc triſtia, atque ad vlteriora Palatij cænacula gradũ fero, quę numero multa, amplitudine magna, ornatu conſpicua ſunt. Sequetur armamẽtarium Palatinum cedrinis foribus è Libano monte petitis ſuauiſſimè fragrans, refertum lectiſſimis armis, queis X. Conſiliarij ad ſuam & Reip. incolumitatem dignitatémque tuẽdam vti poſſint. Eſt hic magiſtratus à numero eorum, qui eum gerunt, nominatus, grauiſſimus & ſummæ auctoritatis, vt penes quem de atrociſſimis criminibus plena ſit & inquirendi & pœnas ſumendi poteſtas. Eãdem hanc, de qua agimus, domum Reip. princeps habet, de quo vt pauca exponã, locus admonere me videtur. Duo ſunt, quibus omnis Reſp. regitur & cõſeruatur: auctoritas & potentia. auctoritas maximè vna eſſe debet & ſingularis, etenim vt cætera quò diſperſa magis ſunt, etiam ſunt infirmiora, ita hæc tanto vanior eſt, quanto cũ pluribus communicatur: & imperantium multitudine ipſum imperium vileſcit, minúſque dignitatis habet ac maieſtatis, quàm ſi ab vno aliquo poſſideretur, ergo magiſtratus omnis, vt maximè ve-

mana cõparata.

Armamẽtarium in palatio.

Conſeglio dieci.

Dux Venetus, eiuſque auctoritas & poteſtatis moderatio.

rendus ſit, maximè vnus eſſe debet. Sed graue eſt liberæ ciuitati & periculoſum vnius imperium ferre, vni opes viréſque imperij cõmittere, quas ſæpenumero in ipſius cõcedentis perniciem verſas cõſtat fuiſſe.auidus dominationis natura ſua humana animus difficile eſt vt ſe contineat. exempla ſunt & documẽta multos tradito ſibi imperio tanquã compedibus quibuſdã vſos fuiſſe,iis ciues ſuos illigaſſe & oppreſſiſſe. Si vtique abſque magiſtratibus ciuitas, & abſque potẽtia magiſtratus eſſe nequeũt,tutius eſt pluribus eã credere, cùm etſi peruersè ea vti vnus velit,alius pari telo reſiſtat. vix inter multos idẽ ingeniũ,idẽ ſenſus, imperiúmque ita in plures diſtributũ in cuiuſque priuatim manu debilius eſt, publicè nihilo infirmius. Sapiẽtiſſimè ergo Veneti,quod rectiùs vnus habet,auctoritatẽ vni ſupra ceteros magiſtratus inſignẽ dedere:quæ tutiùs apud plures ſunt, potẽtiã ac dominatũ pluribus permiſere:Dux enim in ciuitate etſi primus, nõ tamen potentiſſimus eſt, Senatus ipſi velut magiſter ac moderator omnis publici conſilij additus: niſi qua hic ſinit, nihil paullò grauioris momenti Dux ſtatuere poteſt & imperare. Caput tamẽ vniuerſæ cũ Reip. eſſe multa indicãt:habitus primò auguſtior vulgari, & in publica domo habitatio,& victus de publica impenſa,quæ non leuis & ferme, vt memorant,XXXV. millium aureorum eſt: tũ illud, quòd pecunia nomine eius inſigni

Vid. Sansouin. lib. 11. Venet. deſcript.

Duci quæ ſupra ceteros inſignia.

ſignitur. ipſe in Senatu præſidet, lega- Principum ipſe reſpondet, ex Senatus men præſcripto: litteræ tabulæque pu- icæ & Senatuſconſulta nomine ipſius ſcribuntur, ipſius ſigno conſignantur. bſellia iudicũ ipſe luſtrat ſemel quaque ebdomade, optimo inſtituto, ius rectè- an perperam dicatur, videt. In publi- prodeuntem purpurati Patres comitã- r, ibi aliquot inſignia dignitatis eius: reus candidus & vexilla diuerſi coloris ro intertexta, quæ præferuntur: vmbra- lum, ſella & enſis auratus, puluinar, tu- æ argenteæ, omnia Alexandri III Ponti- cis populique Romani cõceſſione; quip- e Alexandrum grauiſſimè vexatum. Vr- e ſedeque pulſum Sebaſtianus Cianus enetorũ Dux defendendũ ſuſceperat, & auali prælio cũ hoſtibus cõgreſſus trire- ibus nõ ampliùs XXX. claſſem eorũ na- ibus LXXV. perinde armatis cõſtantem iuinis potiùs, quàm humanis viribus de- icerat, capto Othone Friderici Ænobar- i filio præfecto claſſis, redactis in pote- atẽ triremibus LX. cæteris quà profliga- s, quà demerſis. Vnde nata ſolénnis illa in ſingulos annos ſtata maris, vt vocãt, eſpõſatio, quę celebratur die feſto Chri- ti ad cælos aſcendentis; redeũti enim cũ ictrice claſſe Ciano Pontifex obuiã fa- tus cõplexúſq; eũ aureo anulo donauc- at, id futurũ inquiens pignus sẽper ſub- ecti maris. Porrò imperiũ Duci perpetuũ ſſe Veneti ſinunt, vitãdæ, vt reor, annuæ

Pompa Ducis in publi-cum, pro-deuntis.

Sanſouin. li. 12. Ven. deſcript.

Maris deſponſa-tio annua quæ in fe-ſto Aſcẽ-ſionis publicè peragi tur, eiuſ-que inſti-tutum.

Magno conſi-

lio Venetis Duci bus imperium perpetuum permittitur.

ambitionis cauſſa,quę interdũ diſcordias ſolet excitare : atque idcirco iã olim Veientes omiſſis annuis magiſtratibus principẽ cũ poteſtate perpetua creauerunt, vt narrat Liuius in capite libri quinti. Hæc de Veneto Duce & domo eius.Ex aduerſo ſtat altera ingentis molis, architecturæ nouæ ac ſuperbiſſimæ, vno verbo, fori Marciani, imò vrbis totius ſupremũ ornamentũ. Auctorem indicaſſe ſatis ſit Iacobũ Sanſouinũ : magna huius omnia & excellẽtia opera ſunt:iſtud,ſi quod aliud, omnibus planè numeris abſolutiſſimum, niſi quòd diſſimilitudo quibuſdam non placet, qui id Palatio Ducis quàm ſimillimũ vellẽt eſſe etiã altitudine par:ſed qui penitiùs id intuiti sũt, neceſſariò ita ſtructũ fuiſſe animaduerterunt, neç potuiſſe celſius edũci abſque ſymmetriæ maximo detrimento. Stupenda omnino facies eſt gemina & pulcherrimè columnata porticu ſtatuarũmque aliis ornamentis. Ima porticus XVI.arcuum eſt, & arcuum baſibus ſingulæ præſtructæ ſunt vaſtiſſimæ colũnæ. Superioris quoque contignationis eadem fabrica eſt, arcus columnæque pariter diſpoſitæ, niſi quòd feneſtrarum ſpatia breuibus columellis clauſa ſunt, vt inde tutò liceat forũ deſpectare. Angulos alatæ Victoriæ exornant, ſitáque paſſim leonum & hominũ capita trophæorúmque imagines & ſigna pulcherrimi operis haut facilè dictu eſt, quantũ decoris ac magnificẽtiæ cùm feneſtris,tũ ędificio vniuerſo

Baſilicæ, quæ cõtra Ducis Palatiũ, ornatus deſcriptus, maximè externus.

niuerſo concilient. Pinnis ſuperſtant triginta ſtatuæ. Cetera fermè dorica ratione conſtructa ſunt, ſed nouo angulorũ flexu, quem in Dorica ſtructura ignorũ peritus artifex inuênit. Baſilica lapidea tota eſt & tuta à Vulcani iniuriis, qui in Neptunia quãuis vrbe ſæuit & ſæpiſſimè & grauiſſimè, ab hoc ædificio exſulet æternùm neceſſe eſt. Geminæ tenent locum deæ, Moneta & Pallas præſes litterarum, minimè ſociabiles ceteroquin deæ, cohabitant ibi, ita Venetis viſum eſt: diſcretæ tamen locis fuêre, alibi moneta cuditur aſſeruatúrque in prægrandibus ferreis ciſtis: alibi Bibliotheca viſitur exquiſitiſſimis voluminib⁹ referta, Latinis Grçcíſque, Græco enim homini quondã vſui Beſſarioni Cardinali, qui Venetis eam teſtamento * legauit. Ante eũ ſcribũt aliqui Petrarcham ſuos libros Venetæ Reip. donaſſe, Beſſarionis deinde munificentiam imitatos Hieronymum Leandrũ ac Grimanũ Cardd. A libris, ſpectator, ni moleſtum eſt, ad arma ducturus te ſum. Claſſes ibi, ibi machinas, tela aliáq; cædis inſtrumenta cernes; admiraberis copiam & ordinẽ, & vigilias Venetorum Patrum pro Reip. ſuæ ſalute. Sed antè turrim hãc cõſcẽdamus, vrbem ex ea & Neptunios circà campos ſpeculemur. Aſcenſus primùm etiam equitanti facilis (fuit certè Gallorũ regi Henrico) & tamẽ quæ altitudo? pedũ CCXXX. vt referunt, qui menſi ſunt; latitudo cuiuſq; lateris pedũ XL. Sed, quod

Biblio-theca publica.

* *cuius exemplar extat tom. 1. Epiſtol. Ital. ad princip. Capugn. 1. part. Itiner. Ital. Rocca de bibliotb. Sanſouin. lib. 1. Ven. deſcr. pag. 24. & 112. Plitina in Paneg.* ⁊ *Libros Græcos modò triginta millibus aureorum Beſſarioni ſletiſſe ſcripſit.*

Turris S. Marci & eius mira.

miraculi inſtar duco, ſub aquis abditum oculis latet, fundamentum inquam operoſiſſimæ ſubſtructionis. Sabellicus de iſta, *ſuperbiſſima*, inquit, *turris adeo altis fundamentis innixa, vt panè plus operis lateat, quàm ad auras exeat. Sũm⁹ apex adeo ſublimis, vt fulgor auri, quo illitus eſt, ad ducẽta ſtadia ex alto nauigantibus velut ſaluberrimum quoddam occurrat ſidus.* Sũmo itẽ vertice verſatilẽ angeli ſtatuã gerit, obuerſam identidem ventis, à quibus impellitur. Extructa autem fuit anno poſt natum Chriſtum M C X L V I. architectus Bartholomæus aliud nomen nec ipſe quidẽ ſcripſit, tanquã ſuo æuo ſatis notus, nobis neutiquã, etſi opus & innominatũ etiã eius conditorẽ meritò admiremur. Ni graue eſt, exeamus hoc oſtio, ecce podiũ æreis columellis circũmunitum; ambire licet, & per totam vrbem, æquor terráſq; omnes circumferre oculos, mei caligant, nec, quò vellẽ, viſus excurrit: tu longè poſitas inſulas littoráque, ſi lubet, contemplare; meum ad hæc tecta lumen terminatur. Tamen obſeruo non ineptè Muſicæ teſtudini figurã Venetiarũ vulgo cõparari, vix videtur alteri cuipiã melius poſſe. Obſeruo itẽ nihil à vero aberrare eos, qui vrbis circuitum dimẽſi retulêre nobis eſſe paſſuũ octo millium. Illúmne vides in vltima vrbe murorum complexum, & natantem in marinis ſtagnis claſsẽ? oppidi cuiuſdã ſpeciẽ præ ſe fert. Armamentariũ & naualia sũt

Vene-

Lib. 2. de Ven. v.l. ſitu.

Quando & à quo extructa.

Vrbis figura. & amplitudo.

Venetorum, eò te duco: prius tamē, quam foro excedimus, binas illas ex ophite columnas quæ in capite ſunt tutelariũ DD. Marci & Theodori ſimulacris inſignes, cominus perſpiciamus. E Græcia aduectas ferunt fuiſſeq; tres, tertiã in mare prolapſam quãuis ſedulo inueſtigantiũ manus operamq; ad hoc tẽpus fruſtratam. Has Nicolaus Baraterius Lãgobardus architectus erexit, ſcito mehercle cõmento. validis enim rudentibus aqua humectatis cùm conſtrinxiſſet, euênit vt ſiccatis ad ſolẽ funes cõtraheret ſeſe & vnà colũnas attraherent, rũ remotis ſiccis cum recentes humentẽſq; alios architectus identidẽ ſubſtitueret, hanc magna mole tanta moles mora loco, leuata, ſtatuta ac fixa fuit. Scitum mehercle cõmẽtum: at cõmentorem quod præmiũ putas tuliſſe? ridiculũ, & quod arguat nimium ipſi affluxiſſe opes. equidem inops nummos petiiſſet, & dare Veneti parati erant, ipſi permiſere optionẽ. Placere ait lepid⁹ homo, vt aleatoribus in intercolũnio eo colludere impune liceret; hoc choro frequẽtari locum volebat. Putaſne in ora hominũ pro ludibrio eũ abiiſſe? in facili cõiectura eſt. annuêre tamẽ adeo iuſtæ petitioni Veneti: ſed aleatoribus aliud par iungũt, ſceleſtiſſimũ quẽque; vt colludat ne? ſerio agitur & de vita, quam improbè actam eo loci profundit. heri vidiſti. Nũc obuerte te, & quoniam in capite fori conſiſtis, longitudinem eius conſidera. Parum aberras, D.

Columnæ geminæ in S. Marci foro quã arte erectæ.

Author Sabellicus.

Præmium ob erectas has columnas architecto per ludum.

 pedum

pedum eſt,& eius,quod ad D. Geminiani tẽplum exit,totidẽ ferme:latitudo eadem vtriuſq;,pedũ CXXX.Iã vltrà nõ moror; imus,quo conſtitutum eſt.Arma primùm vt dedas neceſſe eſt; tu ad nos è præfectis vnus ſe applicabit, is minutim ſingula oſtendet & declarabit, ea volumen peculiare exigerent,quorũ ego recordor,hæc ſunt.Laxa ad læuã domus eſt, duplici cõtignatione:inferior in terna cõclauia diuiſa,in quibus varia arma & corporis tegumẽta naualib⁹ ſociis & remigibus cẽtũ nauiũ armãdis neceſſaria aſſeruantur. ſimilis in ſuperioribus apparatus reconditus;atque è tribus vna admodũ ſpatioſa aula eſt,in qua conuiuari Venetos patres audio, cùm Principes hoſpites ſunt.Iuxtà deſuetorum armorum raceptaculum viſitur,galearum & prægrandium ephippiorum ferratorum, manubiarum item & ſpoliorum inſignium ex hoſtibus Turcis relatorum. Trans riuum qui præter hanc domum labitur, officina fabrorum eſt, qui catenas, coruos, falces, harpagones, clauos atque anchoras cudunt. harum multæ ſub dio velut publicatæ iacent, ſed nemo ſuas facturus eſt, pondus enim terræ affixas tenet. Puteus ibidem ad perpetuum dulcis aquæ vſum ſufficiens ; & tamen ſalſum adeo in propinquo æquor ferunt nec veneno quidem corrumpi poſſe,quod de monocerotis cornu duo fruſta eo lateant. Vicina lignariorum officina, qui remos fabri

Fori S. Marci longitudo, latitudo.

Naualia & armentarium publicum, vulgo *Arſenale*, id eſt arx Senatus interprete Sanſouino, in his primò arma nauali militi neceſſaria, ſpolia item & armaturæ ob vetuſtatem raræ ac ſpectabiles. tum anchoræ & alia id genus nautica ferramenta; aqua dulcis pe-

fabricant & inutiles reficiunt. Circa eam materies,& cella, in qua parati ad quinquaginta maiorum nauium vſum remi continentur. Inde ad dexteram flexus, atque eius lateris prima eſt ædes fuſorum, qui bellicas machinas ex ære conflant;altera nauticorum funium taberna, longa vlnas CC. Stupebam ego nauticæ rei inſolens rudentes eſſe craſſitudinis eius,cuius noſtra colla ſunt;ventorũ incredibilis vis eſſe videbatur;tenuem ſpiritũ adeóne ferocire & illa vincula perrumpere? Tum ad alias nos cellas comes præfectus duxit, intra quas læuigantur mali, cæduntur remi atque antennæ. A ſiniſtris miliariæ porticus, ſubque iis numeroſa velut in ſtatione claſſis; longus enim maiorũ nauiũ ordo eſt,de quibus poſtea dicemus. E regione nitrũ coquitur. Porta in conſpectu eſt,quam ingreſſis obuia ad ſiniſtram fit camera L X. curulia tormenta cum neceſſariis lapideis pilis ſeruans; & contigua altera plurimis, ſed minoribus nec curulibus machinis referta: alia maioribus,quas currus ferunt, interque eas vna ſpectatur ingredientibus obuerſa,ſeptem ſimul pilas(tot ora habet)eiaculans: ponè alia mole maior, ſed triplici modò ore hians, ferenſque hoc diſtichon :

Cerberus hic vomitat triplici de gutture flammas,
Sulphura,ſal Nitrum,fulmina,tela,globos.

Contra hanc camerã alia eſt ærearum machinarũ numeroſo apparatu ſtructa, è quibus

Rẽni fonte manãs, nec venenatu facilis. remi, & ad eos materies.

tormenta bellica ahenea, funes nautici validiſſimi.

Officinæ malis, remis & antenis parandis deſtinatæ, itemque nitro coquendo.

Tormenta ænea innumera.

è quibus primæ ereptæ furcis fuerunt. Hinc ad tres aulas aſcenditur varia armatura refertas; quã L X X.millibus hominum ad terreſtria bella armãdis ſufficere accepimus. Exſtat etiam impiorũ armorum (ita rectè vocauero, quæ ad patriæ exitium cõparata fuere) genus. quadringenti ferrei thoraces ſiniſtra manica carentes, quibus Baiamontius quidã è Tiepolorum gente non iam ſorte ſua contentus, ſed nefario ſpiritu tyrannidem in patria affectans cõiuratorum cateruam inſtruxiſſe dicitur, inſolita amatura, vt ſceleratę cohortis inter nocturnã cędem nota eſſet: ſed eum toties Venetis ſecundum numen in ipſo rei conatu oppreſſit; cùm præter vetulæ cuiuſdam domum volutaret, ea, vt fama eſt, æneum mortarium virili audacia in ipſum excuſſit. ictus latro perfracto capite vni mulierculæ pœnas dedit, quas patrię vniuerſæ debebat. Inde deſcẽdimus, & præterlabentẽ riuũ ligneo põte tranſiuimus Præfectus aliã admodũ laxã aulã recluſit, in qua galearũ armorũque omnis generis apparatus XII. maximis nauibus neceſſarius. Contingit eam aliud cõclaue L. nauibus inſtruẽdis arma, haſtas præcipuè, ſuppeditans. Subtus area eſt, per quam ſparſa iacent XXXII. ænea tormẽta ex hoſtibus Turcis capta. Circa rotę sũt, & ſi quid aliud ad bellicas machinas deuehendas facit; etiã æreũ mortariũ ingens, nota bello machina. Tum fuimus in vicinam cameram intromiſſi, in qua ſigna

Anna legionaria, & eorum copia pænè incredibilis.

Thoraces 400. abſque manicis ſiniſtris, queis armati coniurati, ſed irrito euentu. *Sanjouin. lib. 12. Donat. annot. dial. de Venet. regim. ad fin. paullo aliter.*

Halecæ & arma ad 62. naues armandas. Tormenta 32. Turcis erepta. Rotæ, & quæ alia vehendis machinis bellicis

ſigna militaria Turcis extorta aliquot, & ferreorum globorum LXX.M. Vnde, inquis, tam exactè hic numerus, non equidem ex mea ſupputatione, ſed a præfecti ore, vt cætera: neque ambigo pro cōperto eum dixiſſe Propè ab hac alia cella abeſt clauos ſeu nauium gubernacula aſſeruās, quam egreſſos arbores nonnullæ nos aduertere, inſolita enim earum proceritas, magiſque craſſitudo erat, quamque CCC. *taleris* æſtimabant. Eo quoque in loco nauigia fabricantur ac reficiuntur. Tū naues viſæ, quibus Veneti præ alio noſtrorum Principum pollent. Maiorum (quas Itali à corbitis sūmo in malo galeri inſtar prominentibus *galeras* vocant) in hiſce modo naualibus ſupra ducētas habēt paratas, & quas armamentis nauticiſque inſtrumentis inſtrui tantùm ac deduci neceſſe ſit; quod quidem fieri poteſt ea facilitate ac celeritate, vt quandoque intra decē dies XXX. roſtratarum, & bello contra Emanuelem Græcum, quanquam tāta opibus Reſp. non eſſet, C. triremium claſſis totidem intra dies armata emiſſaque fuerit. Præter has, quadraginta admodum naues ad cuſtodiā Hadriatici ſinus & ſubiectarum inſularum præſidium intentas atque expeditas tenent, quibus mare luſtrant & à prædonum infeſtatione liberum præſtant, graui tamen impendio; etenim in illarum quamque annua quinque milia aureorum nummûm expendunt. Sed recurſat animo ſemper atque obuerſatur ſpecies.

neceſſaria pilæ ferreæ 70000.

Nauium gubernacula, & arbores rariſſimæ vaſtitatis.

Galerę, id eſt naues maiores 200.

& 40. aliæ præſidiariæ.

Theſaur. Poli. in relat. Venet.

ſpecies eius ſanè ingentis nauis, quæ in celebratiſſimo illo ad Echinades inſulas nauali conflictu principē locum tenuit. equidem rebar Troiani equi vterum eſſe, ita vaſta mole & vel legionis capax eſt. Ex aduerſo XII.maximæ naues conſiſtūt. Demū ad Bucentaurum venimus omnis ſpectaculi coronidem. Maxima ea & voluptuoſa maxime nauis eſt, intus exteriuſque tota auro obducta, tota ſculptilis, qua Princeps patréſque Veneti feſto die Chriſti in cælū aſcendētis prouehi in altum & aniuerſaria ſolennique ſponſione Hadriaticū ſibi ſociare pelagus cōſuêrūt, quā ſignificant aureo anulo penitus immerſo, atque ſi arrham darent. Fabricant autē atque expoliunt aliā nauim, quæ illa longè ſuperior quà ſpecie & ornamentis, quà amplitudine futura eſt. Vt quid autem Bucentaurum appellant? ego magnum Centaurū interpretor; credo quod talis imago in prora aliáve qua parte primæ illius nauis fuerit, quæ anno MCCCXI. ex SC. decreta Duci, & facta fuit. Ab eo ſigno nomen hoc natum arbitror. Sic quoque apud Virgilium,

Maſſicus æratâ princeps ſecat æquora Tigri.

Anno 1571. Nonis Octobr.

13. aliæ magnitudine præſtantes. Vna ſpecioſiſſima molis immanis, Bucentaurus vocata;

Vnde Bucentauri nomen natum?

lib. 10.

Sic apud Græcos χρίοι & τράγοι nauium nomina ſunt, quibus ſcilicet hirci aut arietis ſimulacrum eſſet inſculptū. Bucentauri vſus, vt dixi, feſto die Chriſti aſcendentis præcipuus eſt. Adſiſtit propter eū thalamegus minor mole, ſed auro æquè

Nauithalamus

relucens

relucens & ſculpturæ excellentia nõ minùs conſpicienda. Ea quoque Principalis & ad Ducis vſum. In vicinia camera eſt C. nauium remos habens. Vltra riuum deinde laxæ ædes, in quarũ cænaculo ſuperiori aliquot vetulæ aſſiduè reſarciunt vela perrupta ventis aut ſenio fatiſcẽtia. Tum nauticorum funium receptaculũ, ampla ſimiliter domus eiuſmodi inſtrumento CC nauibus neceſſario referta. Prope portum iam ſum & portam, finem non loci magis quàm materiæ. Equidem quod ad inſtruẽdam armandamque claſſem & exercitum faciat, nihil eſt, quod viſum memoratumque non ſit. Abnuis & caput quaſſas; claſſiarij, inquis, vbi? vbi commeatus ſunt? in promptu omnia & in propinquo. ſi ſignum detur, inſtructæ armatæque legiones aderunt. Non ſubitarius is miles, ſed omnes belli artes in pace edoctus. Circiter viginti quinque millia peditum ſub ſignis Veneti habent, numeroſam manũ, nec minùs exercitatam, tutam ac fidam; è prouincia enim ſua aut ſibi parentibus Lõbardiæ locis eos legũt, vt ſcilicet non tã pro dominis, quàm pro patriis aris ac focis decerent. Exteri & ſtipendium velut eſcam ſequentes milites plerumque in bellum corpora tantùm ferunt, animis ambiguis & à pecunia pendentibus. Illos qua mente in aciẽ deſcendere putas, qui non pro alienis opibus & felicitate dimicaturi ſunt, ſed propoſitam ante oculos animóſque patriã, tecta liberóſque

Bucentauro ornamentis, non magnitudine par.

Remi 10. nauium.

Rudentes 200. nauibus inſtruendis ſatis.

Legionarius Venetorum miles optimus, quia indigena & exercitatus.

tóſque & fortunas ſuas omnes habẽt, nec vindicari niſi armis poſſe vident? Itaque ea ſpe in hoſtem eunt, vt reuerti numquã aut redire victores velint; & Venetis, dum ſinguli pro priuata ſua re laborant, publica ſalua atque integra manet. Quapropter is miles non dubius, & non dubiè optimus eſt. Attamen mercenariorum quandoque, præſertim Heluetiorum, magnum numèrum Veneti conducunt, vt tamen Liuium obſeruent, qui id cauendum ſemper ducibus monet eſſe, & exempla illa (proditorum à Celtiberis Romanorum) verè pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, vt non plus ſui roboris ſuarumque propriè viriũ in caſtris habeant. Remigum deinde quod ſatis ſit, carceres ſuppeditant; etiam noſtri nonnullos. Commeatus præparatus ad omnes ſubitos caſus in publicis ædibus alibi ſeruatur, ibidémque quatuor, ac quadraginta fornacibus panes nauticos noſtri piſtores quotidie coquunt. Sed vt quid Germani? etiam Romæ complures obſeruaui, ſiue ars placet Italis; ſiue Germana fide candoréque delectantur; & idcirco forſitã etiam in prætorias cohortes noſtros ſcribunt, vt ſcripſere iã olim Cæſares Romani. Antè tamẽ, quàm armamentariũ linquo, de operis vno verbo loquor. Ad CCCC. aluntur, etiã tũ, cùm per ætatem operari nequeũt. Stipẽdij nomine in hebdomades ſingulas amplius mille ducentos aureos accipiũt. Ad potũ vini abunde eſt

lib. 25.

Remiges Venetis vnde? Panes nautici in promptu veteres & recentes.

Vide Lipſium ad Tac. annal. lib. 13.

Operæ nauales, quantoque eæ ſumptu alantur, & quantæ?

eſt,ſed tẽperari,etiam nimio plus. Heu te miſerum, Bacche, vt vexaris & quãuis retractans inuiſæ Nymphæ, lymphæ, ſociaris: graui nihilominus impenſa. XV. M. aureorum nummũ quotannis erogari audio; quid, ſi meracũ ea copia præbendum eſſet? in cellaria XLV ſanè capaces cados ferreis circulis cinctos vidi, inde promitur vinum & frangitur, vt dixi. Porrò armamentariũ ipſum validis muris clausũ XX. ſtadiorum vix breuiore circuitu eſt, habetque XII. muris inædificatas turres, in quibus dies noctéſque vigiles excubãt. Ij in vniuerſum quinque ſunt & ſeptuaginta. Alluit circũ circa mare, verùm adeo anguſtũ, qua vrbẽ interluit, vt inſulæ ſpeciẽ nullã locus habeat, ſed vrbi ipſi adhærere videatur. Hæ Reip. vires ſunt, hæc arma, quorum neſcio an alia gens copiã tantam præſtantiámque habeat. Et apti tantis inſtrumentorum apparatibus viri ſunt, indigenæ & externi, qui ſtipendio conducuntur. Suprà attigi, quis melior miles, & quo diſcrimine alienigena legatur. Illud nõ attigi, quoniam ferme maximis impẽſis bella tractantur, & militum cauſſa & ceterarũ neceſſariarũ rerũ, vnde affluãt Veneti opes, vnde creſcat creueritque publicũ vrbis ærariũ adeo, vt vulgo omnibus miraculo ſit. ibi numeratæ pecuniæ vis ingens ad manũ eſt, & cui ſi neceſsitas exigat admoueri quoque manus poſsint, celebratiſsimus D. Marci theſaurus, nullo pretio ſatis æſtimandus.

Naualiũ & armamentarij amplitudo ac munimenta cuſtodiæque.

Pecunia gerendis bellis publicíſque aliis impenſis neceſſaria aut in ærario

Sed

prompta, aut facilè parabilis è tributis, quæ pendunt ciues ferme volentes lubentéſque, *Liu. lib. 5. & 24. Valer. Max. lib. 5. cap. 6. Plut. in Camillo.* & ſi nolint, coguntur :

Sed vt has ſacras profanáſque opes non cõtingant, varios conficiendæ pecuniæ modos habẽt Veneti. Primò ſi aut indicãt nouũ, aut nonnihil adaugeant vetus tributũ. nec timendũ, vt aduerſentur ciues, opulenti, & qui cum publica re priuatam quoque, quæ perdita publica nulla eſt, ſtudeant cõſeruare. Romanos legimus in ciuitatis ſuæ difficultatibus certatim omne aurũ argentumque cõtuliſſe ad publicos vſus; tantũ patriæ amor poteſt. quī Venetis quoque Romanorũ illuſtriſſima omnia exẽpla æmulantibus innatus eſt; & ſi cui ciui ſua priuata res magis cordi ſit; quàm publica, meritò cogit eũ patria, & ſibi debitas facultates impio filio eripit vtiturque, quoad opus eſt : ſed in eo ſanè benigna, quòd cùm bella atque aliæ neceſſitates abſceſſere, optima fide cuique ſuas res reſtituit, & adnumerat pecuniæ aliquantũ, vt quàm minimum detrimenti ſentiant ſui ciues. Taceo, quod multi ſtrenui ac fideles nõ fortunas tãtùm, ſed ſanguinẽ etiã impendunt, militant Reip. ſuo ſumptu abſque lucri aut honorũ ſpe, quamquã ferme in optimè inſtituta ciuitate meritos iuſta præmia conſequantur. Hic vnus eſt & expeditus in ſubitis rebus colligẽdæ pecuniæ modus.

parabilis bonis publicis ſortitioni expoſitis. *gluckafen.*

Alter exẽpli inſoliti: publica bona, quorum iactura leuiſſima ſit, ſorti cõmittunt coniectis in vrnã nominibus, quo delinimento capti ciues ferme multos nũmos minimo Reip. dãno profundunt. Tertius vtcũque praui,

atque

atque ideo rari exépli eſt: magiſtratus & honores nõ virtutis,ſed pretij ratione diſtribuunt.Hoc modo quondam ab omnibus pænè Europæ regibus oppugnati ampliùs quingenta aureorũ millia corraſerunt, exhauſto ſcilicet ærario publico; aliàs in vrbe virtuti ſemper maximus honos fuit: ſed ſolent maximæ neceſſitates quãdoque mortales deducere à recta via. Hæ potiſſimùm ſunt rationes, quibus in extremis Reip.anguſtiis pecunia conflatur. Minores impẽſæ publica atque è ſtatis reditibus collecta ſiunt.Annuorũ prouentuũ hanc ſummam eſſe comperio.Ex vrbis vectigalibus ſeptingenta ferme *talerorũ* millia colligũtur: Brixia & Bergomum prædiuitis agri vrbes ſolæ trecenta millia annua pendunt:ceteræ,quas in Italia Veneti poſſidẽt, quingenta millia.Extra Italiã Cretæ regnũ quæque alia ſunt, eã pecuniæ ſummam tribuunt, vt ad binos auri *milliones* accedant annui Venetæ Reip.reditus præter alia tributa, quæ extra ordinem varia colliguntur, nec certo numero definiri queunt. Ergo armis, viris, opibus potens ciuitas legũ diſciplina æquæuã ſuo ortui libertatẽ & virtute partum imperium continet,continebitque tã diu, quàm diu rectam illam diſciplinam ſeruabit.Priuatorum ciuium,quam in vlla alia vrbe,immẽſæ ſunt opes, maximũque hoc ad imperij diuturnitatẽ momẽtum eſt, cùm licet tabeſcentem penuria Rẽp. ipſi diuitiis ſuis recreare poſſint ac conſer

aut venditis magiſtratibus & honoribus vrbanis. *Theſaur. Polit. in relat. Ven.*

Redituũ annuorũ, quos ciues ſubditique ordinariè pendunt, ſumma.

Veneti priuatim locupletes publico bono.

conſeruare.Eas hauriunt ferme è duplici fōte,prædiis annuíſque fructibus & mercatura,magis iſta,quam Hadriatici maris & Turcici fœderis beneficio exercent non in Syria modò atque Ægypto,ſed vltima etiā India.Abinde gemmas,aromata & pretioſiſsimas alias merces importāt in Europam maximo ſuo lucro. Neque deſunt tamen Æthiopes, Syri, Macedones, Græci,Turcæ & remotiſsimi alij populi, qui in vrbem aduehant,quidquid habent apud ſe magnū, apud nos rarū ac carum; cum iis negotiantur Veneti vt nullo periculo,quod ſubeunt magnum peregrinantes mercatores,ita emolumēto propemodū pari.Itaque opulenti Veneti, & vita ipſorū pro opibus ſumptuoſa eſt ac ſplendida. Sed ſuperuacaneum in victu veſtituque luxū, quæ magnis ciuitatibus inuēta peſtis eſt, ſaluberrimo fræno cohibēt leges, ac maximè & iuſtiſsimè in viris:fœminas,effræne animal & quod nullis legū vinculis ſatis coërceri poteſt, luxuriare effuſiùs patiūtur. Neć credo abſque magna cauſa hanc indulgentiā eſſe. At enim quàm laſciuus mulierū habitus, tā grauis virorū & planè virilis eſt. Talaribus togis medij,ciues nigris, sūmates & Senatorij ordinis rubeis, nonnulli violaceis veſtiuntur; pileis Hungaricis caput obtegūt.Dux ipſe & princeps Senatus eodem ferme habitu,ſed auguſtiore vtitur pileo primùm aurato & gēmato accuminatóque ita, vt curuetur apex teretis cornu

quæ ipſis opes maximè ex negotiatione;

In victu lauti, ſed luxus legibus refrænatus.

Quo veſtitu ciues,

quóve Dux vtatur?

nu

nu in modũ, ſub pileo candidũ velamen gerit, cuius limbi ſeu faſciæ dependẽt pone aures & integũt collũ, vt humeros albę armellinorũ pelles; inde promiſſa ad talos toga auro argentóve intertexta aut ſerica dumtaxat, vt maximè placet, ſuper quam induitur pallio itẽ ad talos dependente, atque ita ceu ſtolatus Põtifex eminet inter ſuos velut ſacerdotes. Capillus vulgo flauus ac fluidus ita, vt adhuc iuuenes plerique calui fiant; color cãdidus; ſtatura magis procera, quàm breuis: tacitus inceſſus ac curioſus: ſermo grauis & demiſſus, & qui plus gratiæ ſibi vẽdicet aliqua ex parte adulteratus. Patriciorũ ſtudia aut in republica adminiſtrãda, aut in negotiatione ſita. Philoſophiã nõnulli attingunt, quidã etiã eloquentiæ ſtudia: ac facilis in vtroque profectus. Quo apparet totius gẽtis ingenia nõ minùs ad liberalium artium cultum capeſſendum, quàm ad id, quod curant, natura eſſe comparata. Medius ordo mercaturæ & opificiis vacat: vulgus remigia explet. Victus omnibus nitidus: in ceteris parſimonia & natura & lege quęſita moderatur. Ædificiorũ forma, quod quidem ſciam, nulla conſtitutione eſt præfinita. Itaque hac in parte oſtẽtant Veneti ſuas opes ad ſtuporem, & innumeris Palatiis tanquam quibuſdam ſtellis illuminant velut cæleſtem ſuæ vrbis orbem. Obſeruarunt vt maiores Planetas aliqui emicantia centũ ac quadraginta ſplẽdidiſsima Palatia, & in his non pauca

Veneti quo corporis habitu? *Sabell. lib. 2. de Ven. vrb. ſitu.* & quæ eorum ſtudia, quiſue genius?

Ædificiorum vrbis pulchritudo & pretium.

Palatium Io. Grimani. *Pigh. in Hercule Prodicio. Schott. 1. part. Itin. Ital.*

pauca antiquis monumentis inſtructiſſima. Ioannis Grimani Aquileienſiũ antiſtitis Palatium deprædicant Pighius & Schottus ab eximia vetuſtiſſimarũ ſtatuarum & omnigenæ pretioſæ ſupellectilis copia, quã ipſe maioréſque eius cùm ex Italiæ Græciæque diuerſis locis, tum vel maximè ex Aquileiæ florẽtiſſimæ Romanorũ coloniæ ruinis collegerunt. Sanſouinũ vide, qui toto libro nono Venetiarũ illuſtria domicilia cũ ornamentis quęque ſuis deſcribit, &, quod mihi quidẽ miraculi inſtar eſt, narrat Ludouici Tiepoli

Ædes Ludouici Tiepoli reſtitutæ admirabili artificio.

ædes, cùm ob ſubſtructionis vitia fatiſcerẽt iamque ruinã minitarẽtur, Sanſouini gẽtilis ſui inaudita arte conſeruatas fuiſſe, inſtauratis ſub terra fundamẽtis, ædificio ipſo nihil læſo ac ne quidẽ commoto. Pertinẽt præterea ad vrbis ornatũ ſtatuæ, pedeſtres iuxta atque equeſtres, quas Veneti alias, vt viarũ ornamẽta eſſent, alias, vt ciuiũ ſuorũ bene de Rep. meritorum clarã teſtatamque eiuſmodi monimentis facerẽt virtutẽ, conſpicuis locis erexerũt.

Statuæ publicæ & in publico quot?

Marmoreæ numerantur centũ ſexaginta quinque: æneæ tres ac viginti, celebratiſſimaque inter has heroica equeſtris auro ſuperfuſa, quæ pro ornatiſſimo DD. Ioannis & Pauli templo erecta fuit Bartholomæo Coleono virtutis ergô, cum elogio

inter has equeſtris Bartholomæi Coleoni.

rerũ geſtarũ & titulo iſtiuſmodi: *Bartholomæo Coleono Bergomenſi ob militare imperium optimè geſtum S. C. Ioanne Mauroceno & Marino Venerio curatoribus. Anno*

Salutis

Salutis M. CCCC. XCV. Opus Andreæ Verrochij ſtatuarij Florentini. Iam ſacræ ædes, tẽpla, monaſteria, xenodochia quãquam inter vrbis etiam ornamenta collocari rectè poſſint, exornant enim eã mirum in modũ: tamen quoniam diuinæ rei potiùs, quàm humanæ cauſſa cõdita fuerunt, en produco ea in mediũ, vt religionem pietatémque Venetorum teſtentur. Sunt in vrbe Xenodochia XVIII. Societates ſeu, vt vulgò vocant, Confraternitates & Scholę principes VI. in quas ſcripti ciues primarij haut facilè dictu eſt, quibus pietatis cultuſque generibus obeant rem diuinam, qua beneficentia iuuẽt humanam; ſuppetunt quippe vbertim opes, cùm ex annuis prouentibus amplius XXX. aureorũ nummûm M. colligi haut imperitus taliũ Sãſouinus teſtetur, & pecuniæ eius plurimũ dotandis puellis abſumi, vtique cùm annis ſingulis mille quingentæ admodũ nuptui collocentur. Tẽpla deinde adeo multa ſunt, vt eorum certus iniri numerus haut facilè queat. Parochialia ſeptem ac ſexaginta ferè numerantur: quorũ omnium D. Marci ædes ſine cõtrouerſia ſplẽdidiſſima atque ampliſſima eſt: D. Iacobi vetuſtiſſima: Petri in Caſtello (quæ vrbis éxtima pars eſt) religioſiſſima, vt cui Venetus Patriarcha præſideat, quã DD. Martyrũ Sergij & Bacchi & Laurentij Iuſtiniani cineres, quam Petri apoſtoli marmorea cathedra Antiochia ex dono Michaëlis Palæologi

Quot Venetiis xenodochia & Confraternitates.

quæue harum opes & pietas?

lib. 7. Ven. deſcript.

Templa parochialia quot?

Ædes S. Petri in Caſtello.

C Imp.

S. Ioannis Eleemoſynarij.

Imp. accepta digniſſimam reddant omni veneratione. Fano D. Ioannis Eleemoſynarij haut parũ quoque religionis conciliat ipſius corpus inibi ſepultum, quod è Bragola quadam inſula tranſlatum fuiſſe Venetias, atque inde templo Bragolæ cognomen factũ ſcripſere, quibus Venetorũ templorũ hiſtoriã litteris conſignare curæ fuit. Ii etiã docent me S. Sabæ Cappadocis & Abbatis integerrimi oſſa in æde D. Antonini coli: in Trinitatis corpus Athanaſij Martyris Cõſtãtinopoli aduectum anno MCC. in Mariæ Formoſæ oſſa Nicodemi & Saturnini cũ capite Romani, Huius templi frontẽ Hiſtrico lapide Vincẽtius Capellus exornauit, quis quãtúſque homo, inſculpta elogia indicant. quorũ hoc alterũ: *Vincentius Capellus maritimarũ rerũ peritiſſimus & antiquorũ laudibus par, triremiũ onerariarũ præfectus, ab Henrico VII. Britanniæ rege inſigni donatus, Claſſis Legatus V. Imp. Deſig. ter claſſem deduxit, collapſam naualẽ diſciplinã reſtituit, ad Zacynthũ Auriæ Cæſaris Legato priſcam Venetã virtutẽ oſtendit.* alterum: *In Ambracio ſinu Barbaruſſam Ottomanicæ claſſis Ducẽ incluſit poſtridie ad internecionem deleturus, ni fata Chriſtianis aduerſa vetuiſſent. In Rizonico ſinu Caſtro Nouo expugnato Diui Marci Procur. vniuerſo Reip. cõſenſu creatus in patria moritur, totius ciuitatis mœrore. Anno ætatis LXXII. MDXLI. XIV. Kal. Sept.* D. Marinæ ædes cõſpicua aureo Michaëlis Steni, & marmoreo Nicolai Marcelli

Vide Sabell. lib. 2 de Ven. vrb. ſitu.

Templa S. Antonini. Trinitatis. & Mariæ Formoſæ.

Vincentij Capelli laus.

S. Marinæ templum.

celli principum Reip. necnon Thadæi Vulpij equitũ præfecti de re Veneta præclariſſimè meriti cenotaphiis: veneranda ſacris ipſius Marinæ cineribus, qui Conſtantinopoli tranſlati húcque illati fuerunt. qua de re legendus Aquil. epiſc. in Catal. lib. 6. c. 108. Tẽplum S. Franciſci in Vinea opus Iacobi Sãſouini præſtãtiſſimi architecti, in quo nitidiſſima aliquot ſacella & illuſtriũ heroũ videas monumenta: multa Iuſtinianæ gẽtis, nõ pauca Triuiſanæ, Barbaræ itẽ patriciæ inter Venetos, è qua Hermolaus ille prodiit, quædã: vnũ M. Antonij Mauroceni viri grauiſſimis legationibus bellicíſque muneribus functi, cuius virtute Ludouicus Sfortia principatu exutus, validáque vrbs Cremona fuit expugnata. Quæ aliáque ab eo geſta cùm in epitaphio legeremus, ac cetera quidẽ hiſtoricorũ cõſenſu prædicata agnoſceremus, ſubiit mirari, quid eſſet illud, quod de repreſſa ab eo legatorũ quorundã apud Maximilianũ Imp. temeritate ſcriptũ erat. Poſtea è Petro Iuſtiniano ac Bẽbo didici ita rẽ actã fuiſſe: Florentinis duob. legatis ad Cæſarẽ pergẽtibus obuiũ fortè Maurocenũ multã ſalutẽ dixiſſe, at eos typho quodã Africano tumentes nullam rediddiſſe: poſtridie rurſus obuium iis Venetum loco arctô & lutulẽto, cùm via decedere nollent, præualentem viribus alteri iniecíſſe manum tanto cum impetu, vt in cœnum exciderit, increpantem inſuper, Iret atque ab hoc documento

& corpus.

S. Franciſci in Vinea ædes.

M Antonij Mauroceni monumentum,

& ab eò Florentinorum legatorũ faſtus compreſſus.

Templũ cur in Vinea cognominatum? diſceret *cedere maiori.* Tẽplum hoc, vt dixi, in Vinea cognominãt. Enimuerò ego cùm hùc illùcque circũſpectans vineæ vllius ne veſtigiũ quidem deprehenderem, quæſiui ab vno gymnopodum, quorũ curæ atque cuſtodiæ hic locus concreditus eſt, quã ob cauſam id cognomĩnis gereret? Ille Bernardinũ Senenſem de ſua ſocietate hominẽ ſanctiſſimũ quinto ab vrbe milliari inſulã, cui Vinea nomen erat, habitaſſe reſpondit, poſtea aliquanto receptũ ipſum ſociòſque in vrbẽ nouis ſedibus nomẽ loci, è quo diſceſſerat, impoſuiſſe: vt quondã Troiani patria profugi egreſſique in Veneta litora, quem primũ tenuerant pagũ, Troiam vocaſſent. Hæc Franciſcanus templi iſtius cuſtos. *Liu. lib. 1.* At DD. Ioannis & Pauli auguſtæ ædi Dominicani PP. præſident, quã inter XVI. Venetorũ Ducũ ſepulchra & militares aliquot ſtatuæ ciuibus ac peregrinis de Rep. Veneta bene meritis poſitæ virtutis ergô: extra Colconi ænea equeſtris antè memorata. Templũ SS. Ioannis & Pauli.

Neque hinc lõgè diſſitæ ſunt ornãtiſſimæ ædes, in quibus Marciana ſocietas ſacris operari cõſueuit: vt quinque aliȩ, quas ſuprà nominaui Confraternitates, in ſuis quæque tẽplis obire rẽ diuinã plenõ minùs ac ſplẽdidè ſolent. Ædes cõfraternitatis ſiue Scholæ S. Marc. S. Sepulchri fanum à marmoreo ſepulchro ad ſimilitudinem religioſiſſimi eius, quod Hieroſolymis interuiſitur, effictò nomen habet. S. Sepulchri fanum. In vicinia Franciſcũ Petrarchã: cùm à Mediolani Duce legatus in hanc vrbem veniſſet, habi

habitaſſe fama eſt. idcirco reor hoc in tẽplo potiſſimum fixũ fuiſſe SC. quod poſt acceptã dono eius bibliothecã grati Patres fecerũt. Ædes Laurentiana non ſua quidẽ amplitudine memorãda, ſed veneranda eſt ob conditos inibi DD. Gregoriũ Cappadocũ epiſcopum, Paulum Martyrẽ, Platonẽ, Ligorium, Barbarum & Leonem Bẽbum: quos iuxta ſub angiportu cubat Marcus Polus ille, qui incognitas antehac Orbis regiones nobis primus patefecit. Georgianũ Græcorum tẽplum nõ ſilẽdum vel ob mẽſtroſos ritus ac cæremonias, quibus ex more gẽtis in eo haut ſecus, ac media in Grecia, peragunt rẽ diuinã: nec minùs ob architecturæ elegantiã & Hiſtrici marmoris ornamenta, quæ in fronte haut vulgaria ſpectantur. Græcorum quoque opus eſt, templum D. Zachariæ ſacrum, iuſſu atque impenſis Leonis IV. Imperatoris Greci per Græcos architectores exſtructũ, nec ita pridem à Veneto Senatu in meliorẽ faciem opere & cultu ſplendidiore reſtitutum. Condita in eo ſunt oſſa Prophetæ Zachariæ, Tiraſij eremitæ, Pancratij, Leonis, Sabinæ & aliorum pluriũ Diuorum. Ædes Euangeliſtę Lucę poſita in vrbis vmbilico hominũ cauſſa, qui ibi ſepulti, memorabitur, Ludouici Dulcis inquam. Alphõſi Vlloæ & Dionyſij Athanaſij, qui eodem in tymbo concluſi, noſtris hominibus minùs fortè noti, quia peregrino ſermone ſcripsêre, ab Italis valde celebrantur. Petrus

& in eo monumẽtum Franciſci Petrarchæ.

Templum S. Laurentij,

& Georgij, in quo Græci Græco ritu ſacrificant.

S. Zachariæ templum,

& eius in eo oſſa.

Templum D. Lucæ.

Petri Aretini cineres.

Aretinus ibidem cõditus Satyricus & impensè laſciuus poëta, cui ſumma capita mordere ludus, eóque *flagellum principum* cognomen fuit. Ab hoc templo ad Saluatoris breuiſſimus tranſitus. amplum id atque elegãs eſt, nec nõ Theodori tutelaris Venetorũ Diui ſepulchro venerabile; ſigna & imagines ornatus religioníſque ergò paſſim locata; aræ palla, quã vocant, è puro puto argẽto fabrefacta, ſtatuíſque pedalibus exculta: cenotaphia in primis ſpecioſa Frãciſci Venerij Ducis, Catharinæ Cornaræ Cypri reginę, & trium ex eadem Cornara domo purpuratorum, quos diuerſi Põtifices Max. in ſacrũ Senatum adlegerũt. Ædes, quæ proximæ & periſtyliis ac cænaculis cõſpicuæ ſunt, Canonici eiuſdẽ cum tẽplo nominis habẽt, quorum vitæ ratio à monaſticis inſtitutis parum abhorrẽs, quia tamẽ ſingularibus quibuſdã atque à Gregorio XII. Põt. Max. comprobatis legibus regitur, S. Saluatoris Canonici diuerſum ab aliis religioſorũ ordinẽ cõſtituũt. Hinc paruo viæ interuallo S. Bartholomæi ædes abeſt, nobilitata, inquit Sanſouinus, paucos ante annos à Chriſtophoro Fuccaro Germano, intulit enim ſuper cetera ad ornatũ eius tabulam ab Alberto Durero noſtro depictã admirabili artificio: ſepulchrũ item ſuum celebrium pictorum operibus conueſtiit. D. Iuliani tẽplũ haut procul diſſitũ, Thomæ Philologi Rauẽnatis, vt inſcriptio habet, ære honeſtis laboribus parto erectũ, aut veriùs

Ædes Saluatoris, & eius ornamenta ac ſepulchra illuſtria.

Canonicorum S. Saluatoris ædes.

Templũ S. Bartholomæi.

lib. 7. Ven. deſcript.

Chriſtophori Fuccari ſepulchrum.

Templũ S. Iuliani.

veriùs inſtauratũ,cùm è Venetis annalibus pateat longè ante eius ætatem Balbos Iuliano hoc fanũ conſecraſſe,vt in quod anno quadrageſimo ſupra milleſimũ ducenteſimum Iacobus Lanzolus primi illius ac principis monachorũ Pauli corpus cõdiderit,acephalũ tamẽ,capite ſcilicet antea Romã trãſlato. Exſtat præter id S.Floriani Martyris corpus:& inter veteres picturas celebratur D. Chriſtophori imago,opus Antonelli Mamertini, quem primum imbutis oleo coloribus pinxiſſe memorãt.Iã Protomartyri Stephano ſacra Baſilica inter paucas vrbis numerãda,ſeu amplitudinẽ ſpectes, ſeu colũnarum ſtatuarúmque & tabularũ ornamẽta,ſeu celebriũ virorũ ſepulchra:quorũ in numero nõ ſilendi Ioannes Baptiſta Ferretus IC. Vicetinus, Hercules Bentiuolius inter Etruſcos poëtas à carminis ſuauitate cõmendatus,Nouellus è Carrarienſiũ ſtirpe vltimus Pataui j regulus,Andreas Cõtarenus Venetæ reip.Dux,eiuſdémque Imperator bellicus Bartholomæus Liuianus in Venetorum hiſtoriis creber.Sequitur fanũ D.Luciæ dedicatum poſtea,quàm corpus eius Cõſtantinopoli Henricus Dandolus attulerat in eoque collocarat. In Hieremiæ Magnus Heracleenſiũ epiſcopus notæ in his regionibus ſanctitatis ſepultus eſt:cuius inſtinctu vetina Apoſtolorũ ædes exſtructa à fũdamẽtis,at nuper inſtaurata magnificè admodum fuit.Spectãtur hîc Cornaræ gẽtis monumenta, &

in quo Pauli primi Eremitæ & Martyris Floriani corpora.

Qui primus colores oleo in pictura miſcuit. *Sanſouin. lib. 2. Ven. deſcript.*

Ædes S. Stephani.

& Luciæ, itemque huius oſſa.

Templa Hieremiæ.

Apoſtolorum.

poriſſimum Georgij, qui Catharinæ Cypriorum reginæ frater orando hortandóque ſolus (quod in epitaphio ſcriptum) effecit, vt ea Cyprum florentiſſimam inſulam ſub imperium ditionémque populi Veneti ſubiunxerit. In S. Cantiani Sabina & Maximus Diuorum more honorantur. Fama eſt Chriſtophoro Mauro Patauinam præfecturam curanti D. Bernardinum columen illud Franciſcanorũ prædixiſſe futurum, vt Foſcaro Venetorũ principi vita functo ipſe ſufficeretur, ídque vaticinium euentu comprobatum Mauro cauſſam extitiſſe, quare D. Iobi nomine ædem Bernardini eius memoriæ honoríque conſtrueret, & Franciſcanorũ curæ cõmitteret. Seruitarũ templũ in eadem vrbis regione conſtitutum, ornatiſſimum ſignis, tabulis, ſacellis & clarorum hominũ ſepulchris è marmore quàm affabre exſculptis, inter quæ, iudice Sanſouino, tumulus Andreæ Vendramini Ducis primas fert architectonices, ſtatuarũ & lapidum nomine: ſecundas meretur Ioãnis Emi equitis aurati aureũ monumentum: tertias cenotaphium Franciſci Donati Ducis, aut Viridis Scalanæ, quæ Maſtini Veronenſiũ reguli filia, Nicolai Ateſtini Ferrarienſiũ Ducis cõiunx fuit. Oratoriũ Vultus Sãcti, quod iuxta ſitum, XXXI Lucenſiũ familiæ Guelphicam factionem ſecutæ eóque in exſiliũ eiectæ, poſt conſtitutas hac in vrbe ſedes partáſque ſericario opificio ampliſſimas opes condi

D. Cãtiani, vbi SS. Sabinæ & Maximi reliquiæ.

D. Bernardini vaticinium, & eius gratia constructum Iobi Templum.

Seruitarũ templum.

lib. 3. Ven. deſcript.

Vultus S. Fanum, quamque id ſum ptuoſum.

condiderũt, attribuerúntque neceſſariam ad ſacrificia ſupellectilem impenſis, vt Sãſouinus æſtimat, XXII. millibus aureorum nummûm. Mariam Horti (templi hoc nomẽ eſt) monachi cæruleis indumentis ſpectabiles curant: ornant verò excellentium pictorum ac ſtatuariorum opera: quibus vt magnitudine, ita forma etiam præſtare videtur coloſſeum magni Chriſtophori ſimulacrũ ad ſtaturæ eius exactã ſimilitudinẽ, vt quidẽ fabulatur vulgus, effictum. Laquearia genere pictur.æ, quam perſpectiuã vocãt, veſtita ſuſpicientiũ oculos recreant fallũntque iuxta, nec enim quiſquã ea intuitus eſt, quin ſinuata & retracta introrſus, atque ea re templũ excelſius lõgè, quàm reuera eſt, eſſe putauerit. Mariæ alterã ædem ab hac propè diſtantem Cruciferi PP. habent, cæruleo veſtitu ipſi quoque inſignes: *Crucem*, inquit Sabellicus, *veteri inſtituto præ ſe ferunt, vnde nomen ſortiti. Cletus Petri diſcipulus religionis auctor: ſed Cyriacus Hieroſolymitanus antiſtes, qui Dominicam crucem cum Helena Cõſtantini matre curioſè quæſitam inuenit, circumferendæ Crucis decretum induxit.* Intra ædẽ, cui præſident ſtatuæ atque imagines multæ ac ſpecioſæ ſunt, & Laurẽtij Maſſuli familiæ ſuæ poſtremi ſepulcrũ, quod vxor Iſſabetta Quirina Latino epitaphio non curauit inſcribi, ſed inſcripſit: callebat enim bonas litteras ad miraculum vſque, & cum eruditis plurimis viris familiaritatem habebat non ipſorum, ſed ſcientiæ amore. Mariæ in

Ædes S. Mariæ Horti pictis pulchrè laquearibus ornata.

altera eidem Deiparæ cõſecrata.

lib.2. de Ven. vrb. ſitu.

Cruciferorum religio.

Iſabettæ Quirinæ eruditio.

S. Mariæ Miracu-

lorum ædes & ea quàm ornata.

in hac vrbis regione,cui à canarum copia Cannareũ nomẽ fecerunt, tertia & vltima ædes illa eſt,quę ab admirãdis D.Virginis erga cultores ſuos beneficiis Miraculorum cognomen inuênit exſtructa & ornata,vti vides,è collata ſtipe & piorum donariis, quæ profectò ampliſſimã fuiſſe oportet; incruſta eſt enim politiſſimis marmoribus & frõte tenus ophite Spartanóve lapide ac porphyrite obducta,pauimentata lithoſtroto,intecta auratis laquearibus,exculta pictis tabulis, & è Pario genuino marmore elaboratis induſtriè ſignis aliíſque imaginibus,quas aut materiæ pretiũ aut artificis fama cõmendet, vtpotè cùm puerorum marmorea ſimulachra ſubter Organũ locata nobiliſſimus ſculptor Praxiteles,quantũ Sãſouini verba audio,ſculpſerit. Regio ſequens(in ſex enim Venetiæ diſtribui ſolẽt)S. Pauli dicitur à vetuſta eius æde.Habet tẽpla digna memoratu hæc potiſſimùm:D. Tho. ob vetuſtatem venerabile;D.Virginis cognomẽto Frari ob guttã Chriſti ſãguinis Mariæ Magdalenæ vnguento infusã,quã Melchior Triuaſan' Cõſtãtinopoli attulit.Tẽplũ ipsũ ampliſſimæ molis in plura ſacella diſcretũ eſt,excultúmq; picturę ac ſtatuariæ artis rariſſimis operib⁹,quę crebra videas in marmoreis ſepulchris illuſtrium virorũ Franciſci Foſcari, Nicolai Throni principũ Reip. Melchioris Triuiſani,Iacobi Marcelli, Pauli Sabelli bonorũ militiã ducũ,Iacobi Piſaurij claſſici

Praxitelis lana opera.

lib.3. de ſcript. Ven in fine.

Templa SS. Pauli, Thomæ & Mariæ cognomento Frari.

Impera

Imperatoris, cùm aduerſus Turcas Alexand. VI. Pont. Max. belligeraret. Humatus etiam hoc in templo Titianus eſt, magnæ famæ & ętatis ſuæ longè primus pingendi artifex. Aliorum nomina ac monumenta apud Sanſouinum miraculorum vrbis huius accuratiſſimum ſcriptorem tute legas.

Titiani pictoris ſepulchrum.

lib 4.

Ioannis Euangeliſtę fanũ Baduariæ familiæ munificentiâ extructum vt inter inſignia regionis huius numerem, Ioannis Andreæ Baduarij ornatiſſimũ ſepulchrũ, imò iſte ipſe facit, vir vtili inuento clarã ad poſteros famã cõſecũtus; excogitauit enim rationẽ, quâ vaſtiſſimę & mole ſuâ tardæ naues remorũ alis cõcitarentur, ac maritimis prœliis antea inutiles in poſterũ vſui eſſent, quæ veteribus incognita ars Venetis non vno in certamine ſalutaris extitit. D. Rochi ædes quæ magnopere celebrem, nõ habet, præterquam corpus ipſius è Germania à mercatoribus noſtris apportatũ. Porrò S. Crucis regio amplo admodũ cõplexu nõ vrbis modò partẽ, ſed vicinas etiã inſulas cõprehẽdit. Nomẽ à fano S. Crucis dicato accepit; fanũ ante annos ampliùs quingẽtos exſtructũ, religione nobile, & Dominicî Mauroceni Ducis ſepulcro memorabile eſt. Memoranda nõ minùs illa ædes eſt, quã Magni Simeonis indigitant, quia ipſiuſmet & Hermolai prœterea Martyris condita inibi oſſa ſunt. Illa, quam Iacobi Orij vulgus nuncupat, marmorum

S. Ioannis Euangeliſtę templum.

Maiores naues qui primus remigio ad prælia, inſtruxerit?

S. Rochi templum.

Regio & ædes S. Crucis.

Templũ Magni Simeonis, & Iacobi Orij.

& pictarũ tabularum ornamentis egregiè exculta. Illa, quæ Matris Domini dicitur à ſimili cultu reſplẽdet, atque ab altari vel maximè, quod è puriſſimo argento fabrefactũ ſupplicia Chriſti, quæcũque pertulit, operis Græcanici ſimulacris expreſſa refert: tabula verò, ſuper qua ſacris operatur ſacerdos, rufi marmoris quondam ſepulchralis fuit, vt arbitror indicantque hæc verba: ARIÆ Q.F. SERENAI APOLLONIVS LIB. ET SIBI. D. Caſſiani illud tẽplum celebriũ pictorum labore & piorũ impenſa ornatum perbellè fuit. Spectatur alias inter imagines opus Antonelli Mamertini, quem primum colores oleo miſcuiſſe retuli ſuprà. Celebratur item Organum, quod vocant, dignum ſanè artificis fama, Fratris Vrbani aio, qui peritorũ omnium iudicio Muſica eiuſmodi inſtrumẽta optimè cõſtruxit. Sexta ac poſtrema Venetiarũ regio Dorſi duri nomẽ habet; ſcopuloſum quippe inſulæ dorsũ fuerat, antequam Vrſus Particjpatius Dux intra pomœrium ſiue vrbis complexum recepiſſet. Ædium ſacrarum, quæ in ea ſunt, facilè antiquiſſima eſt D. Raphaëlis, ab Hadriana ex voto erecta; ferunt quippe Genutium Patauinorum regulum tẽpore, quo Attila Italiam ingreſſus Aquileiã expugnauerat, iamque Patauium versùs ſigna promouebat, victoriæ ambiguum liberos cum vxore Hadriana hanc in inſulã miſiſſe Hadriana viri ſortem anxia, qua vna re opem ferre poterat, ſuperum pacem.

& Matris Domini,

& S. Caſſiani.

in quo organum nobile.

Regio Dorſi duri.

Templum S. Raphaëlis, & quare ſonditum?

pacem aſsiduis precibus expoſcebat vouebatque pro mariti ſalute archangelo Raphaëli ædem. Audiit ſupplicem Deus; Genutius Barbarorum manus incolumis euaſit, vxor voti compos templum fecit, quod monimẽto eſſet poſteris S. Raphaëlis præſenti ope virum ſeruatum fuiſſe. Exſtat in eo Nicetæ Antiocheni marmoreum ſepulchrum: nec minus ſpectandũ eſt Muſicum peruetuſtum inſtrumentũ; Rigabellum vocant, cuius vſum illa tempeſtate, vt noſtra Organorum, in templis frequentem fuiſſe Sanſouinus ſcribit: poſtea verò, quàm nouum melici inſtrumenti genus, Torſellum nomine, Germanus excogitaſſet, deſiiſſe illud hocque clauis quibuſdam ceu plectris pulſatum diu fuiſſe: quia autem ea quoque incondita harmonia eſſet, Ninfala à neſcio quo reperta, cupidè accepta intérque rẽ diuinã vſurpata fuiſſe; quorum figuram videas licebit in magni Concilij aula. Poſtea aliquanto antiquatis Ninfalis Organa, quibus hodiéque vtimur, cœpere, ſuauiſſima certè & Harmonicorum omnium longè prima. Inuentor eorum Bulæus quidam Angelorum epiſcopus patria Signius fuit, de quo Baptiſta Mantuanus:

Rigabellũ Muſicum Organum olim vſurpatũ.
lib. 6. Ven. deſcript.
quo poſterius Torſellũ: Ninfala inſtrumẽta melica.
& Organa hæc noſtra, à quò & quando inuenta?

Signius adiunxit molli conflata metallo
Organa, quæ feſtis reſonant ad ſacra diebus.

Platina in Vitaliano. Volater. l. 22. Cranz. l. 3. metrop.

Alij ſcriptores Organorũ in tẽplis vſum à Vitaliano Pont. Max. cùm annus poſt natum Chriſtum ſexageſimus ſupra ſexcenteſi

centeſimũ ageretur, inſtitutum fuiſſe: Caietanus Card. & Nauarrus haut ita vetuſtum eſſe, cùm D. Thomæ Aquinatis ætate, plurimis poſt Vitalianum ſæculis, nullus fuerit, cœperitque poſterioribus primùm annis: Auẽtinus atque Aimonus anno ſupra vigeſimũ octauum octingenteſimo Georgium quemdã ſacerdotũ Organa in Franciã è Græcia intuliſſe prodiderũt; in Græcia autẽ Michaëlem Imperatorem aurea habuiſſe Zonaras auctor eſt. alabaſtrina Mantuę, Murani vitrea ſpectaſſe ſe Leander Albertus teſtatur. Copronymus ipſe etiã Græcus Imperator Pipino regi Organa dono miſit annis ſeptuaginta antè, quàm eorũ vſum Francis Georgius ille ſacerdos oſtendiſſet, vt iidẽ Auentinus & Aimonus referũt. Polydorus Virgilius extremo libro tertio operis eius, quod de omnium rerum inuentione compoſuit, inſtrumẽti huius auctorẽ neſciri ſcripſit. Vt vt eſt, Venetiis Organa ſerò viſa; priùs Rigabella, Torſeila & Ninfala in vſu fuêre: atqui vt eorum præſtãtia innotuit, cœpta ſunt in omnibus paullò amplioribus templis erigi, vt ſatis ſciam non pauciora CXLIII. hodie in vrbe Organa eſſe, & bina præcipuè in Marciana baſilica à peritiſſimis Muſicis pulſari ſolita, quorũ concentu vel ἄμουσος & barbarus quiſpiam delectetur neceſſe eſt; vtique cùm belluas etiam harmonici ſoni dulcedine deliniri cognitum atque expertum ſit. Quò feror autẽ? hercle me Muſicę amor ab inſtituto abripuit:

Caiet. 2. 2. q. 91. art. 1. ad 4. Nauar. de horis Canon. c. 16. n. 46. Auent. lib. 4. annal. Aimon. lib 4. de geſtis Franc. c. 114. tomo 3.

In Ital. deſcrip.

Auent. l. 3. Aimon. lib. 4. cap. 64. ambo & Marian. Scot. l. 3. referunt ad annum 758. Genebr. ad an. 997.

Organa Muſica in Venetis templis quot?

abripuit: inſtitueram verò percenſere tẽpla,quę in ſexta vrbis ac poſtremâ regione cũ primis ſpectanda ſunt, & de S.Raphaëlis æde narrauerã aliqua.pergo atque ad S.Sebaſtiani templũ trãſeo nuperâ eaque pulcherrimâ ſtructurâ cõſpicuũ, nec minùs ſacrariis ac monumẽtis clarorum hominũ pictis,aut è marmore exſculptis; quo ornamentorũ genere ſcatent quoque Carmelitarũ & Mariæ Caritatis tẽpla.Sed hoc ſupra elegãtiã Alexãdri III. Põtificis Max. hoſpitio celebre eſt, pulſus enim à Friderico Cæſare cùm Venetias migraſſet,in Caritatis hac æde occultus delituit antè,quàm Veneti eũ hoſpitis cuiuſdã indicio agnoſcerent ac defendendum ſuſciperent. Celebre item hoc templum eſt ſepulchro D. Aniani, qui Alexandrinorum antiſtes & Marci Euangeliſtę diſcipulus fuit. Iam in Iudecam tranſmitto, ſextæ regionis inſulam, à Iudæorum incolentium turba nomen adeptam, lunatã theatri in ſpeciem,nec perinde ædificiis, ac pratis & hortis frequentem. Nouem tamen in ea ſacras ædes reperio,quarum me iudice auguſtiſſima illa eſt, quã parẽtum memoria ab atrociſſimæ peſtilentiæ lue liberata ac ſeruata ciuitas ſeruatori Chriſto ex voto conſtruxit ac dedicauit. Proxima amplitudine & magnificẽtia S. Crucis ædes eſt,ſacrarũ Virginũ curæ cõmiſſa,vt illa PP. Cappucinorum. Neque ignobilia DD.Ioãnis Baptiſtæ, & Coſmæ ac Damiani templa ſunt;vtiliſſimę autem

S. Sebaſtiani Templũ.

Ædes Carmelitarum, S. Mariæ Caritatis.

D. Aniani reliquiæ.

Iudeca inſula in qua templa Cappucinorum. *Anno* *1576.*

S. Crucis Ioannis Baptiſtæ itemque Coſmæ ac Damiani.

Conder

& Conuerſarum ædes. Conuerſarũ, quas vocant, ædes; aluntur enim in iis puellæ, quæ meretriciam vitã aliquando ſecutæ pœnitendo corrigunt errorem, illæque potiſſimũ, quas formæ præſtantia & vigor iuuentæ magis opportunas libidini faciunt. Tandem Blaſij & Catoldi fanũ extimo inſulę huius loco poſitũ, à D. Iuliana Patauina familiaque eius curatum olim & ornatum, vt vides, fuit. Narrant, quibus Venetorum téplorum hiſtoriam litteris tradere curæ fuit, Iulianam hanc anno poſt natum Chriſtũ milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto mortuã, inque cœmeterio humatam fuiſſe; eo mirandum eſt magis exſtare corpus eius integrũ planè, neque aut terræ acrimonia aut tanti temporis vi corrũpi potuiſſe. Hæ Venetiarũ ſacræ ædes, hæcque de iis memorãda mihi viſa ſunt. multa ſilui, quia leuia vel ab inſtituto meo aliena: templa quædam nec nominaui quidem, quia non adnumeranda præcipuis, quibus dũtaxat percẽſendis operam meã impenſam volui; minutias omnes tantillo libro cõplecti non potui. Vt tamen quotã partẽ omiſerim ſciatur, parochiália in vrbe tẽpla ad ſeptem & ſexaginta numerantur: monaſteria Virginũ, quæ Virginia Sabellicus nominat, viginti ſex: virorum quatuor & quinquaginta. Neque hæc in vrbe tantũmodò, ſed ſexaginta inſulas, quę toto Hadriatico ſtágno circumiacent in vrbis cõſpectu, Monachi inhabitãt. illã primò, quæ contra forũ D. Marci quingẽtos ad mo

&-Blaſij ac Catoldi.

vbi S. Iulianę corpus incorruptũ.

Numerus templorũ & monaſteriorum, quæ Venetiis.

admodũm paſſus diſsita conſpicitur, & S. Georgij Maioris dicitur, Benedictini incolũt, vix pauciores quinque & ſeptuaginta. Locus ſuopte ingenio amœniſsimus Patrũ ſumptibus (ſuppetunt namque vbertim opes,) ad miraculum excultus eſt. Taceo monaſterij ornamẽta, bibliothecã nobilem Coſmi Medicæi, dum apud Venetos exſularet, liberalitate conſtitutam, cænacula amplitudine pictíſque tabulis cõſpicua, cetera conclauia haut ſecus ornata, porticus atque atria ſpatioſa, & elegantias id genus plures. Templum vide quàm auguſtũ ſit, quàm pretioſum. vaſtæ & affabre exſculptæ colũnæ fulciũnt decorántque molẽ, tegunt plũbeæ laminæ; pauimentum vario marmore ſtratum eſt; ſacerdotũ ſedilia bellè exſculpta ſunt. altaria deinde, tabulæ, ſtatuæ, ſepulchra Diuorum hominúmque, monumenta alia & donaria haut facile dictu eſt quãta ſint ab arte pretioque. Quibus viſis ſi porrò ductum meum ſequeris, hoſpes, conſcendimus cymbulam, inſuláſque medio inter hanc & Methamaucum æquore interiacentes inuiſimus, quarum vna S. Spiritus nomine, ſuperbo tẽplo inſignis eſt. Hinc Noſocomiũ & D. Lazari ac Seruuli tẽpla præteruecti, quid enim perluſtrandis iis tẽpus teramus? tranſabeamus & recto curſu Helenæ inſulã petamus, paruo hinc ab vrbe, inde ab incuruo litore, quod exſtans alto in mari & vndique prætẽtũ adſpicis, diſtantẽ. Templum in ea ſplendidiſſimũ

S. Georgij Maioris Inſula eiúſque cultus multiplex.

S. Georgij Maioris templum.

Methamaucum ſeu Portus Meduacus, hodie Malamoco.

Noſocomium ædeſque DD. Lazari & Seruuli.

Inſula S. Helenæ.

& Oliuetanorũ PP. ampliſſimas ædes viſuri ſumus:in tẽplo Helenę Auguſtæ annis abhinc quingentis Venetias è filij vrbe trãslatæ monumentum;vt ſileã Bonromeios fratres conditores,Thomã Talentum inſtauratorem templi,Victorem Capellum apud Patraſim non certè victorẽ, cùm dolore infeliciter geſtæ rei contabuit: Lauredanos tres genere & factis illuſtres, omnes hos ac plures alios in conſpicuis ſepulchris ſitos.Viden'inſulã?ipſa eſt;appellimus,exſcendimus,ingredimur ædem,quæque dixi veneramur aut miramur,ſacrariũ deinde vermiculatis emblematis pictũ ac pauimẽtatũ pulcherrimè, armaria verſicoloribus ſcãdulis teſſelata, in tẽpli intimis penetralibus ſedilia ipſa quoque variis teſſerulis picturata,& inciſas multarum vrbium exactiſſimas icones parergis iucundiſſimis circũueſtitas obſtupeſcimus. Perluſtramus monachium quoque haut impar ceteris,quæ Olivetana ſocietas è Senẽſibus alpibus egreſſa, vt dicã poſtea , & per Italiã feliciter diffuſa in plurimis vrbibus magnificentiſſima poſſidet.Regreſſi in cymbulã pergimus ad Carthuſianorũ propinquã ſedẽ mari item circumfluam,vbi S.Andreæ fanũ cœmeterium Venetæ nobilitatis eſt.Quidni ita appellẽ? tot enim patriciorum ſepulchra in eo ſunt , vt in vllo alio plura eſſe non exiſtimem.Sabellicus, *viſitur*, inquit, *hic Vrſati Iuſtiniani ex Pario marmore ſepulchrũ affabre cælatum. templum ab imo hodie inſtauratum*

[Margin notes: & eius in ea corpus. — Templi ornamenta. — Iuxta monaſterium ordinis Oliuetani: nec procul Carthuſianorum. — S. Andreæ tẽplum. — *lib. 3. de Ven vrb. ſitu.*]

ſtauratũ nobiliorũ lapidũ apparatu pœne incredibili. Subiecta eſt oculis nuper mihi & Antonio Cronio ſcribæ tãta inibi eiuſmodi lapidũ copia in præſentẽ vsũ quæſita, vt vix dimidiũ Italia tãtumdẽ habere crederetur ; & quod magis omnino miretur aliquis, vari⁹ in illis & numeroſus color, Laconici hic lapidis æmulus, ille Sinadici aut Thaſij, alij Numidicũ, alij Auguſteũ imitãtur. nõnulli etiã ophitẽ & alia pleraque genera à veteribus lõgè celebrata. Et ne exoticã materiã arbitretur quiſquã, indigenas lapides eos eſſe cõſtitit, circáque alpes, qua illa in Italiã reſupinãtur, temerè à locorũ incolis recentiſſimè repertos.* Hinc caſtellũ faucib⁹ interrupti litoris impoſitũ, haut paruũ vrbis ab alto mari munimẽtũ præteruecti, nã peregrinos Veneti iuxtà atq; alij populi in arces ſuas nõ facilè admittũt; præteruecti ergo caſtellũ cõſpicatíque medio in pelago frequẽtẽ ædificiis inſulá, cũ Muranũ dici accepiſſemus, direximus eò curſũ, perque vitreas oppidi plateas inuecti ad diuerſoriũ curãdi corporis gratiâ exſcẽdimus. Ibi nos caupo tumultuario quidẽ, lauto tamen epulo excepit, cuius, vt cũ Agellio loquar, fundus ac fũdamẽtũ erat in patina vna perquã capaci ſuauiſſimarũ oſtrearũ, qualiũ capturâ locus iſte excellit. Illis paſti tũ porrò ad paſcẽdos iucũdiſſimarũ rerũ contẽplatione animos oculóſque cõtẽdimus, & pauimus probè admodũ. Eſt enim Muranum pulcherrimũ quà ſitu quà ędificiis opidũ, deliciæ & voluptas ciuium Venetorum, imò gloria

lapidũ ex quibus id exſtructũ, copia & ſpecies.

* *ſpiſſus.*

Arx litorí propter fauces impoſita.

Muranũ oppidum.

oſtrearũ piſcatio.

gloria Venetiarũ:nã quibus aliis nominibꝰ Venetiæ notæ nõ ſunt,innotuerunt ob vitreos calices crebro vſu notiſſimos in ſympoſiis, quos Venetos vulgus nominat:nec verò Venetiis fōrmātur, ſed Murani è cãdidis ſilicibus rotæ à bobus circumactæ opera minutiſſimè contuſis,quẽ ſiliceũ puluerẽ vitrarij cùm probè in fornacibus coxerint atque in ductilis ignis ſpeciẽ cõuerterint,deprom̃űt perque ferreas fiſtulas inflant,& ceu bullam diſtendunt laxiùs ſtrictiuſque, vt forma vaſis, quod fingũt,poſtulat: tũ pictores cælatoréſque admouent manũ auro atque argẽto & coloribus variis & encauſticis emblematis nitidã cryſtallũ diſcriminantes, quorũ aſpectu nihil hoſpiti taliũque inſueto iucũdius accidere poteſt.Satiatus,ſi tamen in tanta rerũ varietate & pulchritudine ſatietas poteſt exiſtere, certè vel inſatiatus ſpectator,me duce, excedet vitrarias officinas & Murani reliqua ſpectacula viſũ ibit,quę & multa & præclara cùm ſint,ſtrictim adſpici nõ debẽt,exactè autem perluſtrari niſi longo tẽpore non poſſunt. Proinde apud vitrarios ne nimis magna mora trahatur,viſantur deinde tẽpla,palatia Venetorũ,viridaria, horti inque his ambulacra, xyſti, ſcenæ frondibus concameratæ, fructuum florumque multiplici colore diſtinctæ,parietes malorum Punicorum tapetibus veſtiti, periſtylia & exedrę picturis ſigniſq; ornatę; fontes poſtremò & piſcinæ, & cauernoſi

Vitrariæ officinæ, quæque vitri fingendi ratio.

Hortorũ, qui Murani, amœnitas deſcripta.

ſi receſſus coraliis conchyliiſque elegantem in modum exculti. In ædibus ſpectāda atria amplis ſpatiis patentia; cænacula menſis politiſſimis,ęneis,marmoreis aliáue ex materia fictis pictiſque imaginibus, nec non pretioſis periſtromatis & mūdis ac læuigatis pauimentis nitentia: cubicula lectis & omnigenâ ſupellectile inſtructa, lecti ſericis peripetaſmatis & textilibus picturis incincti. Neque hęc in vna alteráve domo duntaxat, in pluribus imò videnda ſunt lōgè pulchriora, quàm deſcribi, longè plura, quàm recenſeri queant; vt non verear Muranū oppidum (ita enim vocant) anteferre compluribus, quę ob tectorū multitudinē & habitatorū turbā inuenêre ſpecioſum vrbis nomē, ad elegantiam verò & magnificentiam eius hautquaquā accedunt. Antè autem, quàm Muranum appellas, geminas inſulas prætérnauiges neceſſe eſt. Priorem D. Chriſtophori indigitant, vlteriorē Michaëlis. Caue hanc prætereas, hoſpes, exſcende & templum inuiſe. Friget religio, faſtidis preces? pauculas ſaltē fūde, ita facto opus eſt; homines rogandi ſunt, quando Deo ſupplicare recuſas; Monachos, inquā, ſub quorū cura templum eſt, adeas oportet & ores, vt recludant ſacellū. Intelligent quid petas, annuent, reſerabunt fores. Tum te haut quaquā pœnitebit operæ & petitionis tuæ, adeo ſplendidum eſt, elegans, dignū denique ſpectatu ſacellum, marmorū præcipuè verſicolorum gratiâ. Condidit Marga

indicata ędium ornamenta.

Inſulæ S. Chriſtophori & Michaëlis.

ſacellum in iſta ſpectabile.

Margareta Æmiliana Veronenſis, cùm prius corpore quæſtum feciſſet, corrogatis ampliſſimis opibus denique rediit ad frugẽ, vitamque quàm priùs laſciuam ac ſolutã tã poſtea caſtam ac rigidam inſtituit, & malè partas opes bene impendit; quanquã ſcribant alij Mianã patricij ſanguinis integræque pudicitiæ matronam ſacellum iſtud ſuo ſumptu faciundũ locaſſe. Hęc cis Muranum: vltra inſula S. Iacobi, cui paluſtri cognomentũ ob breuia vadoſi maris; itemque inſula D. Nicolao ſacra, cuius honori Dominicus Contarenus Venetorũ princeps in litore illo, quod antea prætervecti ſumus, dũ S. Andreę inſulã luſtraremus tẽplum exſtruxit, ornauitque ſuo eximio ſepulchro. Cœnobiũ adſtructũ Benedictini habent, de quorum ſocietate Nicolaus Iuſtinianus fuit ille gẽtis clariſſimæ reparator: deletis enim ad vnũ omnibus Iuſtinianis, qui pro patria aduerſus Emanuelẽ Imp. arma ceperant, Nicolaus hàc in inſula monaſticã vitam degẽs Venetorum rogatu, Põtificis Max. permiſſu vxorẽ duxit Michaëlis principis filiam, procreatiſque liberis, per quos ſtirps propagaretur, repetiit cœnobiũ, & vitæ reliquũ religioſiſſimè peregit. Vxor Anna idẽ vitæ inſtitutum amplexa haut procul Torcello opido in honorẽ D. Hadriani cœnobiũ condidit incoluitque viuẽs, mortua iuxta maritum ſepulta eſt in hoc S. Nicolai tẽplo, cui nomẽ indidit & auget religionẽ corpus Smyrnæi Epiſcopi

Inſula S. Iacobi.

S. Nicolai.

Templũ S. Nicolai in litore.

Nicolaus Iuſtinianæ familiæ conſeruator.

pi Nicolai. Litus ipſum Portu ſpectabile, ac quãquã vndis marinis circumfluũ, habet tamen miraculi inſtar puteũ dulci & perenni aqua manantẽ,è quo cã triremes, roſtratæ, onerariæ,actuariæ, vno verbo, naues omnes hauriunt,exhauriunt numquã. Hæc de præcipuis circa Venetias inſulis. Reſtãt modò,quæ de vrbis ſitu prædicẽtur. Aër primò non,vt ſolet eſſe paluſtrib. in locis,noxius & grauis,ſed purus, limpidus ac ſalutaris,quẽ peregrini; ſiue illi dẽſo,ſiue ſubtili cœlo aſſueuerũt,perinde gratũ ſalubremque ſentiunt;quippe placidi identidẽ vẽti æſtuaria vrbemque peruagãtur,& lacunarũ graueolentes halitus illico diſiiciũt:maritimas verò fæces ſtati vndarũ refluxus egerunt. Rerũ deinde ad victũ neceſſariarũ immenſa copia, quæ licet aliũde petendæ ſint,quàm minimâ impẽſa peti poſſunt:nã vt alias regiones ſileam,Ciſalpinæ Galliç principes fluuij Padus atque Atheſis & Medoacus in propinqua vrbi ſtagna illabuntur,quibus ſecundis caſeum,butyrũ,pecus & quaſuis opimæ prouinciæ opes Veneti accipiunt. Illud Bacchi operũ omnium longè præſtantiſſimum Creticum, quod Maluaticũ vinum nominamus, magno maris compendio,impendio paruo inuehunt in vrbẽ,ac porrò ad bibulos accolas non ſanè exiguo cũ lucro tranſmittunt. Quid ſuauiſſimas oſtreas & piſciũ ſexcenta genera memorẽ,qui per ſuburbia circumquaque capiuntur? equidem verè Politici Theſauri

Puteus dulcis aquæ inexhauſtus.

Venetus aër à ſalubritate commendatus. *Vid. Bernard. Sac. lib. 1. Ticin. hiſtor. c. 11. & ſeqq.*

Laudata commeatus omnigeni affluentia,

& vini dulciſſimi,

itemque oſtrearũ & piſciũ,

ſauri auctor inſcripta retulit menſtruas Venetorũ piſcationes vberiores eſſe, quã annuas Neapolitanorũ, qui præ reliquis Italiæ populis piſciũ diuites exiſtimãtur. Quid aquatiliũ volucrum greges Venetis ſtagnis innatantes? dignus fide Sãſouinus eſt, qui primo eorũ librorum, quibus præclariſſimæ huius vrbis hiſtoriã cõplexus eſt, teſtatur vidiſſe ſe ampliùs ducẽtas variarũ auium ſpecies, quas Venetę paludes alunt: mactari autem in vrbanis macellis ſingulis hebdomadis boues quingentos, vitulos ducentos & quinquaginta, vt taceãtur gallinarum, columbarum, anſerum ſimiliumque volucrũ myriades, quæ opulentorũ ciuium quotidianę cupediæ ſunt. Verbo vno dicã nihil eſſe humanæ vitæ neceſſarium, nihil iucundum ac voluptarium, quo hæc vrbs ſit deſtituta, cùm in proximo ſuppetant plurima, cetera vel ab vltimis mundi finibus maris atque amnium beneficio facilè importentur.

& aquatilium volucrũ.

Carnium Venetis ad victum ſuppetentium copia.

Deſcriptis, quantũ mei propoſiti eſt, Venetiis, etſi in ipſo adhuc principio & veluti portis Italię verſor, magna tamẽ parte operis defunctũ me eſſe credo, perfecta eius vrbis deſcriptione, quæ vna tantum decoris ſplendoriſque habere videtur, quantũ reliquæ etiam ſimul iunctæ Italiæ vrbes, ſi Romam, vnamque præterea, alterámve excipias. Habent nihilominus ſingulę magnũ quidpiam & excelſum & rarũ, cuius deſideriũ à remotiſſimis regionibus exteros attrahit. Nec ego diffiteor

ſummam

ſummam me ex inſolitarum rerum contemplatione cepiſſe voluptatem, & haut multò minorem, dum tacitus eas mecum mẽte recolerem. Id vtique affirmat ſpem, quæ ego mei oblectandi gratia, vt diutius in memoria eſſent, conſcripſi, tantumdem effectura in animis legentium, pariturque admirationem apud eos, qui Italiam numquam viderunt, voluptatem apud illos, qui eadem quæ luſtrârunt oculis, propoſita hîc animo & commemorata eſſe deprehendent. Et meretur certè ipſarum rerum dignitas vtraque, niſi res per ſe maximas extenuabit aliquod meum in narrãdo vitium; quod etſi vitem ſummopere, an euitaturus ſim, neſcio. Iam ad rem.

Quo conſilio auctor lib. hunc ſcripſerit.

Quarto ab vrbe milliari ad oram maris Auſtralem villa *La Zaffuſina* eſt, à Sabellico & aliis Latinè Officina leuca appellata. Hic Medoacus fluuius in Hadriaticum mare ſe exonerat, de quo ita Strabo in Patauij deſcriptione, *A mari*, inquit, *ſurſum habet nauigationem fluuio per paludes delato CC L. ſtad. à Magno portu, portus autem ipſe eodem, quo fluuius, nomine vocatur Medoacus.* Cùm verò Plinius aliique ſcriptores Medoacos duos celebrent, Strabonem de maiori locutum, minorem autem Vicetia delapſum per Patauium, hodie Bacchilionem vocatum, haut procul Clodiâ foſsâ Hadriaticis ſtagnis miſceri palam eſt. Palam item eſt Timauum vltra Aquileiam Venetæ regionis extimos

La Zaffuſina villa. Medoacus fluuius. *lib. 5.* iſque duplex.

D

ex his neuter Timauus

mos fines abluere; falſos proinde, qui Medoacum hunc à Strabone memoratum, vulgò Brẽtám, eſſe Timauum illum à Virgilio Latiniſque aliis nominatum cenſuerunt, quos erroris ſatis ſuperque redarguit M. Antonius Sabellicus poſtremo eorũ librorum, quibus vrbis agrique Veneti ſitum deſcripſit. Illum cupidus talium lector cum Leandro, Bembo & aliis in Italiæ topographia verſatis conſulat: mihi viator ad Medoaci ſeu Brentæ oſtiũ conſtitutus videat impoſitam fluuio molem, quâ impeditur, ne recto curſu influat in mare ac deferat ſecum arenam: torquetur ergo nonnihil ad dexterã perque oſtium humana induſtria elaboratũ in Hadriatica æſtuaria effunditur. quare naues, quæ Patauium tendunt aduerſo flumine aut inde ſecundo deuehuntur, neceſſe eſt transferri per aliquod terræ ſpatium, quod fit arte ſingulari: ipſe autem ille agger, qui coërcet fluuium, aperiri pro libito poteſt, quo aperto nautæ emiſſas aquas ſuppoſitis ſcaphis excipiũt & Venetiis diuendunt: tanta eſt in vrbe dulcis aquæ penuria. Hoc ſupra litus Abraham Ortelius Troiam pagum locat, illum ſcilicet, quem, vt narrat libro primo Liuius, Antenor cum multitudine Henetûm tenuit pulſis Euganeis, qui inter alpes & Hadriatici maris hunc ſinum incolebant. A *Zaffuſina* Patauium vſque paluſtres campi occupant: læti nihilominus, & frequentibus Prætoriis exculti.

Brentæ fl. oſtium aggere de induſtria clauſum;

aqua venalis.

Troiæ pagi ſitus.

PATA

PATAVIVM.

VRbs vetuſta ac nobilis, in qua Fortuna vires ſuas exercere voluiſſe videtur, ita variis cladibus modo ad interitum data, iterum inde emerſit: rurſus depreſſã, ſemper tamen amplior exſurrexit. Alia hodie ab Antenorea illa eſt, in iiſdẽ tamen fundamentis aut certè ſolo ædificata, vt non immerito illum Troem conditorem vrbis ſuæ Patauini etiam hodie ferant. Vnde inſcriptio ad portam Portelli: *Hanc antiquiſſimam vrbem litterarũ omnium aſylum, cuius agrum ſterilitatis lumen natura eſſe voluit, Antenor condidit Anno ante Chriſtum natum MCXVIII. Senatus autem Venetus his belli propugnaculis ornauit.* Et Maro:

Situs Vrbis, & Conditor Autenor.

Antenor potuit mediis elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timaui,
Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis
It mare proruptum & pelago premit arua ſonanti.
Hic tamen ille vrbem PatauI ſedéſque locauit
Teucrorum, & genti nomeñ dedit, armaque fixit.

lib. 1 Æneid. Solin. cap. 9. Mela l. 2. c. 4. Martian. Capella l. 6. Ælia. hiſto. ani. l. 14. c. 8. Seneca Conſol. ad Heluc. cap. 7. Serui. ad Virg. ub.

Exſtat & marmor in quodã pariete tem-

pli S. Laurentij ita inſcriptum:

Antenoris epitaphium.

Inclytus Antenor, poſt eruta Pergama bello
Tranſtulit huc Henetûm Dardanidumque fugas,
Expulit Euganeos, Patavi nam condidit vrbem,
Quem tegit hic humili marmore cæſa domus.

Pataui j nomen à Pado.

Ornamẽta eius & munimẽta.

Proditæ Maximiliano Imp. vrbis hiſtoria ſeu fabula.

Condita ergo vrbs ab Antenore, & à Pado, vt quibuſdam placet, qui quondam propter eam fluxerat, Patauium eſt nominata. Imperium eius varium ſemper fuit ac mutabile, vt licet Iouem dare Orbis atque vrbium imperia exiſtimauerint Poëtæ veteres, huius principatus in manu vagæ alicuius & inconſtantis deæ fuiſſe videatur. Venetis iam paret, filiæ ſuæ mater; nam Venetiæ Patauinorum colonia ſunt. Retuliſſe tamen parẽ gratiam videntur Veneti genitrici ſuæ, inſtaurando eam atque exornando ſumptuoſiſſimis ædificiis (inter quæ Palatium ſeu Curia ſpectatur) & mœnibus validis, turribus ac foſſis deriuatoque in foſſas Medoaco fluuio tegendo ita, vt hoſtiles inſultus ferre facilè queat, vt tulit ab ingentibus quondam Maximiani Imp. copiis obſeſſa. Nõ poſſum obliuiſci rei fortaſſis vanæ, vulgo tamen confirmatæ. Inquiunt odio Venetorum primores ciuitatis ad tradendam Maximiliano vrbem coniuratos, quò Cæſarianus miles intromitti poſſet, paraſſe ex induſtria ludos, è

quorum

quorum apparatu reliquum eſſe aiunt illum equum Troianum in Palatio Capiliſtarum; & quod coniurati claram rem atque exſpectatam facerent, conueniſſe videndi ſtudio omnem ciuium multitudinem: cumque deditæ ſpectaculo mẽtes cum oculis eſſent, irruiſſe ex compoſito milites & ſpectantium ingentem cædem feciſſe. ita partam Cæſari fuiſſe vrbem. Quam tamẽ XLII. duntaxat dies tenuit; receptaque à Venetis ſimili pænè arte fuit. Vnde potuit ab imperita plebe malè intellecta res, vt aſſolet, augeri & ex nominum confuſione, cùm ab vna parte factum alteri adſcriberetur, hiſtoria iſtæc exiſtere.

Vtut eſt, hodie quoque ſingulis diebus circa primam horam noctis triginta nouem pulſus campanæ curialis audiuntur, quærentique mihi, quid ea res indicaret, reſponſum eſt totidem fuiſſe coniuratos, ſignarique iis ſignis. Et de his accipio ego vulgatum hoc diſtichõ tumulo Antenoris quondam, vt aiunt, inſcriptum: *Nocturnus campanæ curialis pulſus quid & quos notet?*

Hic iacet Antenor Patauinæ cõditor vrbis.
Proditor ipſe fuit, hique ſequuntur eum.

Palatium ſeu Curia, quam dixi, primitus ab Henrico Imp. excitata fuit: incendio autem deformata in hanc formam à Venetis eſt refecta. Aulam ampliſſimam habet longam paſſus CLXXX. C, alij ſcribũt CXIXↃ. latam X L. quam tegit ligneus fornix plumbeis laminis coopertus, ac quod ſtupendum videtur eſſe, ſuſtinet *Curia, & eius aula amplitudine ac fornice ſpectabilis.*

ipſe cùm columnas,quibus inſiſtat,planè habeat nullas Eſt in fronte eius aulæ T. Liuij Patauini iconicum ſimulacrũ, ſunt & cineres, vt volunt quidam; vulgus inſuper ædes monſtrat in Via D. Ioannis: Blondus autem ad veſtibulum templi S. Iuſtinæ Patauij teſtatur vidiſſe ſe tumulum elegantibus literis ita inſcriptum: VIVENS FECIT T. LIVIVS LIVIÆ T.F. QVARTÆ LEGIONIS ALIS CONCORDIALIS (ſcribunt quidam *Halys concordatus* & *Halys concordialis*) PATAVII SIBI ET SVIS OMNIBVS. Simile aut fortè illud ipſum eſt, quòd in aula legitur ſub Liuij imagine. Ad latus huius ſimulacri aliud candidum marmor parieti ſimiliter incluſum, in quo inciſa hæc: *Sperono Speronio ſapientiſſimo, eloquentiſſimo, optimo, & viro, cuius virtutem meritáque acta vita, ſapientiam, eloquentiam declarant ſcripta, publico decreto vrbis IV. Viri P. Anno à Chriſto nato M.D. XCIV. Ab V. C. M.CC. XII.* Ad poſticum aulæ ſitus eſt, *Lapis vituperij ceſſioniſque bonorũ.* Tribus eiuſdem aulæ ianuis grati ciues trium illuſtrium Patauinorum imagines impoſuêre, Petri videlicet Aponi Medici & Philoſophi admirandi, qui *Conciliator* in Scholis nominatur, *quémque palàm eſt*, ait Cardanus, *gloriam æternam necromantiæ auxilio conſecutum fuiſſe*; Alberti item Eremitani: Iul. Pauli I C. qui Alexandri Mammeæ Imperat. temporibus Prætor

T. Liuij ſimulacrum ac fortè ſepulchrũ, itémque ædes.

Vide ſis Iac. Cuiacium lib. 5. hiſtor. D. Iuſtinæ Patau.

Speroni Speronij monumẽtum.

Effigies Petri Aponi,

lib. 19. de ſubtil.

Alberti Eremitani & Iul. Paulli I. C.

l. poſſideri § Neratius n. 6. ff. de acquir. her.

Prætor, Præfectus, Cos. floruit, σκοτεινὸς vulgò, à Zaſio *horribilis* appellatus, cuius receptarum ſententiarum libri quinque exſtant. quêis adnumerare poſſis C. Valerium Flaccum, L. Aſinũ Stellam. Q. Aſconiũ Pædianum, decora Patauinæ vrbis. Curiã iuxta habitat magnificè Prætor: In fori angulo prope ædes Comitũ Collaltinorũ loculus marmoreus quaternis columnis ſuſtinetur; in eo Antenoris cineres ſeruari, vt puto, fabulãtur. Sunt verò præter id forũ alia in vrbe quattuor; quocirca etſi Patauium Venetis amplius eſſe videatur, ſi quidquid murorũ ambitu ſpatij includitur, metiaris, vaſtum tamen eſt & tam numero, quàm pulchritudine ædificiorum Venetiis multò inferius. Attamen fulgent in eo quædam, quæ etiam illud Venetiarum lumen illuſtrare poſſe videãtur. Academia primò à Friderico II. Imp. conſtituta, vt Bononienſis gymnaſij gloriæ officeret; certè æquata fuit ditatáque priuilegiis iiſdem, quibus antea inter Italicas Bonõieſis ſola excellebat. Neque deſunt gloriæ eius Veneti, ſed graui impenſo ſumptu præſtantiſſimos optimarum artium magiſtros conductos habent, aliáque adminicula ſtudioſis liberaliter ſuppeditant; Medicæ rei ſtudioſis in primis fauent: præſtant hortum exoticis herbis conſitum quanto ipſorum commodo, tanto ſuo ſumptu, quem ſanè grauem requirere eiuſcemodi horti culturam prudens qui-

Antenoris ſepulchrũ creditum.

Academia Patauina. *Vide Middendorp. lib. 3 Acad. Georg. Fabricius Ænobarbum Patauini Lycæi conditorem ſcribit: non nemo Carolũ Magnũ apud Ant. Riccobonum lib. 1. de Gymnaſ. Patau. c. 1.*

Hortus Medicorum.

Academia deſenſa. libet intelligit. Scio nihilominus Patauinam Academiam deriſui apud aliquos haberi, quod faciunt certè per quàm exiguo eius merito: licentiam incuſant, ſed ipſa ea tanta eſt, quantam ſibi quiſque facit: qui ad litteras animum aduertunt, non negabunt profectò ij ſupereſſe cupido animo, quæ addiſcat. Templum pontificale. E templis Cathedrale, quod vocant, iure primum nomino: id à fundamentis Fridericus II. eius nominis, aut, quod alij tradunt, Henricus IV. Imp. excitauit. Coniugem certè huius Bertam auxiſſe plurimùm opes eius, datis dono prædiis, ex vetuſta inſcriptione apparet. Monumenta inibi compiura; præcipua Fr. Zabarellæ Card. & Iacobi Dondi monumenta. ſunt marmoreum Fräciſci Zabarellæ Card. & epiſcopi Florentini: alterum Iacobi Dondi hoc epitaphio ornatum.

Ortus eram Patauî Iacobus, terraque rependo,
Quod dedit, & calidos cineres breuis occulit vrna:
Vtilis officio patriæ: ſat cognitus orbi.
Ars medicinæ mihi, calúmque & ſidera noſſe,
Quò nunc corporeo reſolutus carcere pergo.
Vtraque nempe meis manet ars ornata libellis.
Quin procul excelſæ monitus de vertice turris.
Tempus & inſtabiles numero quòd colligis horas,
Inuentum cognoſce meum, gratiſſime lector,
Et pacem mihi vel veniä tacitúſque precare.

Hactenus de Cathedrali, cui proximum digni

dignitate, ornamentis etiam ſuperius eſt templum S. Antonij, qui ex Luſitania Patauium vênit,& admirandis geſtis inclytus ex hac ad altêram vitam migrauit. Patauinum eum eſſe vulgus prædicat perperam natalis ſoli reſpectu: ſed vulgo ſermonis ſui hanc arbitror eſſe cauſſam, quòd Antonius ſanctiſſimæ vitæ partem poſteriorem Pataui exegerit, & beati eius cineres in hoc templo repoſiti ſint; cuius tectum plumbeum eſt. *Templum S. Antonij de Padua.*

Chorus vltra medium verſicolore marmore cingitur, incluſæque in id ſunt plures tabellæ æreæ eleganter elaboratæ. Subſellia in Choro lignea, opere tamen cõſpicua. Ara marmorea æneis imaginibus exôrnatur. Propè conſiſtit æreũ candelabrum pulcherrimè cælatum, baſi marmoreæ inſiſtens. Andreæ Riccij Brioſci nobilis ſtatuarij opus. *& quæ in eo inſignia.*

Exteriùs, ad ſiniſtrum templi latus S. Antonij tumulus viſitur è candido totus marmore. Paries circumcirca veſtitur nobiliſſimis trium ſculptorum operibus, Tullij Lombardi, Iacobi Sanſouini, Hieronymi Cõpagnæ, qui mirifica eius Diui, dum inter homines verſaretur, edita opera ingeniosè in candido marmore expreſſerunt. *Sepulchrũ S. Antonij.*

Nec negligenda in hoc templo epitaphia clariſſimorum aliquot hominum, Iacobi Aluarotti Patauini I C. qui feudorum materiam omnem egregiis commentationibus illuſtrauit: Raphaelis Fulgoſi nobilis item I C. Rainerij, quo *Iac. Aluarotij, Raph. Fulgoſi, Rainerij ICC. & Bythinæ ſepulchra.*

D 5 præce

præceptore Bartolus vſus fuit,& Bythine tantos inter viros connumerãdæ patris & mariti gratia,pater enim Ioannes de Bononia *archidoctor De retorum* cognominatus;maritus Ioannes de S. Georgio fuit magni quoque nominis I C. Cottoneum Anglicum pleriſque notum arbitror, aut ſi me fallat opinio mea, innoteſcet ex verſibus iſtis, qui ſepulchro inſcripti;

Cortoneus Anglicus Dux, & eius epitaphium.

Anglia quem genuit fuerátque habituræ patronum,
Cottoneum celſa hac continet arca Ducẽ.
Credita cauſa necis regni affectata cupido,
Reginæ optatum tum quoque connubiũ.
Cui regni proceres non conſenſere, Philippo.
Reginam Regi iungere poſſe rati.
Europam vnde fuit iuueni peragrare neceſſe,
Ex quo mors miſero contigit ante diẽ, &c.

Gatta Melata Venetĩ exercitus imperator etiam in hoc templo conditus iacet, bonus militia vir: ſed metuo ne nomen eius apud quoſdam in obſcuro ſit; age ſanè, inclareſcat ex ſuo epitaphio,& loquatur ipſe quis ſit,aut potiùs quis fuerit:

Gattæ Melatæ Veneti ducis epitaphium,

Dux bello inſignis, dux & victricibus armis
Inclytus atque animis Gatta Melata fui.
Narnia me genuit Media de gente,meoque
Imperio Venetûm ſceptra ſuperba tuli.
Munere me digno & ſtatua decorauit equeſtri
Ordo Senatorum, noſtráque pura fides.

& ſtatua equeſtris.

Statuam hanc equeſtrem pro templo D. Antonij fixam hodiéque videas licebit.

Quæ

Quæ verò illa Media gens, de qua Epitaphium? an nobilis inter Narnienſes? non ſanè, ſi vera ex Egnatio ſcriptores, qui memorant Gattam hunc piſtoris filium, cùm lignatum miſſus falcem amiſiſſet, patris iras metuentem ac domo profugum Marti nomen dediſſe; feliciter quidem & magno ſuo honore, & Reip. Venetæ bono. Abeo, & ad D. Auguſt. ædem pergo Carrarienſiũ principum monumẽta ſpectaturus, quæ multa, ſplendida, ſuperba & verè monimẽta ſunt ampliſſimi eorũ dominatus, quem Patauina in vrbe multos annos tenuerunt. Carmina, quæ tumulis inſcripta, conſuitò prætereo: at legere, ſi libido eſt, apud Laurentium Schraderum poſſit. Iam D. Iuſtinæ templum, & ampliſſimas PP. Benedictinorum ædes adiacentes templo memoremus. Ampliùs D paſſus quoquo verſus patent, & clauſæ ſunt foſſis caſtelli in modum. Blondus auctor eſt intra id locorum ſpatium T. Liuij ſepulchrum fuiſſe, & Iouis templum, cuius meminit Liuius decimo libro. Capugnanus Iunonis fanum vocat ex mente Liuij, qui Iunonis ædem, non Iouis, ſcribit; niſi forſitan librarij lapſu immutatum in Liuio aut Blondo nomen fuit. At D. Iuſtinæ auguſtiſſimum templũ ampliſſimo campo, quod *Pratum Vallis* dicitur, imminens non multò ante noſtram ætatẽ extructum fuit. In eo auream cernes aram: circa pauimentũ vario marmore teſſellatum.

Templum S. Auguſtini.

lib. 1. monum. Ital.

Templum & monaſterium S. Iuſtinæ.

vbi Iunonis fanum olim.

Pratum Vallis.

Templi ſpectacula nobiliora.

tum; ſedilia ſacerdotum lignea quidem, ſed adeo raro artificio biblicæ imagines inciſæ ſunt, vt vel marmora faſtidire poſſit ad illa admiſſus ſpectator. Veneraberis lapidem, ſuper quo mactari quidam Martyrum fuere. vnde inſcriptio:

Saxum Martyrũ cæde, aliud S. Proſdocimi ſacrificiis venerabile.

Quàm lapis hic pretioſus, vbi tot colla piorum
Martyrij titulo depoſuere caput.

itemque è regione alium rubeum cum hoc diſticho:

Hac ſuper inſigni petra Proſdocimus olim
Obtulit ô quoties munera ſacra Deo.

De quibus diſputat Criſcius ſuprà nominatus. adde Baron. in Martyrol. 9 Maij Inſcriptionẽ deſcripſit Schrader à quo eam ſumas licebit.

Æ.des Frãciſcanorũ, in qua ſepulti Hieronymus Cagnolus & Longolius.

Verùm multò maxima digna ſunt veneratione illuſtrium Diuorum quæ in hoc tẽplo defoſſa iacent, corpora: Lucæ Euangeliſtæ in primis condita in alabaſtrino & peruetuſto tymbo oſſa: inde trium innocentium puellorum: ad hæc DD. Maximi & Proſdocimi corpora, & præſidis templi Iuſtinæ; quæ Pataui nata atque à S. Proſdocimo Chriſtianam religionem edocta Maximiani temporibus martyriũ pertulit. Memoranda amplius PP. Franciſcanorum ædes eſt, duplici nomine: altero Hieronymi Cagnoli IC. qui pereruditо ad titulum Pandectarum de regulis iuris, deque origine eius commentario inclaruit, hoc in templo ſepultus: altero Chriſtophori Longolij ibidem humati, cui hanc næniam Bembus cecinit:

Te iuuenem rapuere deæ fatalia nentes
Stami-

Stamina, cùm ſcirent moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi ſi canos ſeniumque dediſſent.

Leonico Thomeo ibidem ſepulto idem Bembus hoc epitaphium poſuit:
Leonico Thomeo Veneto mitioribus in litteris pangendiſque carminibus ingenio amabili, Philoſophiæ verò in ſtudiis & Academica Peripateticaque diſciplina longè præſtanti; nam & Ariſtotelicos libros Græcóque ſermone primus Patauij omnium mortalium publicè docuit, ſcholamque illam à malis Latinis interpretibus inculcatam perpoliuit, & Platonis maieſtatem noſtris hominibus iam propè abolitam reſtituit. Multa præterea ſcripſit, multa interpretatus eſt, multos claros erudiit viros, præter virtutem bonaſque artes tota in vita nullius rei appetens. Vixit autem ann. LXXV. M. DXXVII. Petrus Bembus amico incomparabili P. C. adſcripto carmine, quod ſibi viuus fecerat:

Νῦν ὄντως ἀδεὴς καὶ ἄελπις, ὑπὸ πλακὶ τῇδε.
ὕπνον ἐκοιμήθην πᾶσιν ὀφειλόμενον.

Latinè:

Nunc verè ſecurus & omni ſpe exſolutus
ſub marmorea hac tabula
Somnum dormiui omnibus dormiendum.

Etiam in hac D. Franciſci æde Franciſcus Curtius Ticinenſis cubat, ſui ius temporis, vt habet epitaphium, auaritia exſtinctus, cùm iura Ticini atque Patauij plures annos docuiſſet, vixiſſet LXX. Porrò non ſilendũ eſt PP. Eremitanorũ tẽplum conſpi

& Franc. Curtius IC

Templum Eremitanorum, in quo ſepulti

conſpicuum cùm illuſtribus ornamentis,tum monumentis haut paucis, vnóque ſingulari M. Mantuæ Benauidi IC. non ignobilis, qui L V. annos in Patauinæ Academiæ gymnaſio doctorem egit, vixit X C I I.obiit anno poſt C.N. octogeſimo ſecundo ſupra M. D. Benedictus Plumbinus non longè ab eo ſitus,priſcus, ceterùm eximius Iuriſperitus. At Paulus Venetus, cuius ibidem monumentum, Theologicis ac Philoſophicis ſtudiis, quantum Eremitanorum quiſquam, excelluit;natus Vtini, ſed quia puer Venetias migrauerat, Veneti cognomentum tulit Seruorum deinde ædes viſenda item eſt vel Pauli Caſtrenſis præſtantiſſimi L L. interpretis gratia, cuius ibi ſepulchrum. Hæc maximè Patauij viſuntur magna & rara. Nec verò inficior eſſe alia quædam non ſpernenda; verùm ſumma ſector, humiliora aut vulgo nota vix tango. Sunt enim Patauij templa parochialia X X V I. Xenodochia præcipua I V. Monaſteria virorum X X I I I. virginum X V I I I. quibus deſcribendis ne volumen quidem ſatis ſit. De ſitu vrbis reſtat,vt dicam. Sita eſt in latiſſima & opimi vini feraciſſima planitie: vineta tamen in propinquo nulla habet,ſeu vitio ſoli ſeu hoſtium metu, ne ſcilicet tecti ſub iis periculum vrbi creent. Hac certè de cauſſa, cùm Maximilianus Cæſar ingrueret, ſublata è medio ſuburbia fuêre, in quibus domus priuatæ ter mille, monaſteria

M. Mãtua Benauidus IC.

Benedictus Plũbinus IC.

Paulus Venetus.

Templum Seruorũ, in quo Pauli de Caſtro IC.ſepulchrum.

Ædium ſacrarum & religioſarũ, qua Patauij numerus.

Patauij ſitus, & ſuburbanus ager laudatus.

naſteria X. templa VI. Xenodochia VII. numerabantur.

A meridie quidem impendent ardui montes, ſed extra teli iactum, ideóque vrbi haut incômodi, quin potiùs vtiles; vinum enim oleumque magna copia producunt. Duo in primis excelſa iuga ſunt: Gēmula alterum, alterũ Venda nominatur ab incolis. In hoc habitant Monachi Oliuetani: in illo Beatrix Ateſtina, nobiliſſimo genere virgo, cœnobium inſigne erexit, remotáque à conuictu hominum ſanctiſſimè Deo famulata eſt. Hos montes aliqui cum Euganeis collibus permiſcét, cùm tamen diuerſi ſint, etſi ab inuicem non longè diſtantes; id, opinor, vt errarent, in cauſſa fuit.

Deſcripti montes, qui à meridie.

Vid. Leãd. Albert. in deſcript. Ital.

Patauio Ferrariam proficiſcentibus ad vndecimum milliare Conſelua pagus occurrit, & diuerſorium eiuſdem nominis: ad quartum decimum deinde Rhodigium opidum, patria eruditi Ludouici Cœlij, quem ad D. Franciſci neſcio quis hoc epitaphio ornauit: *Decus & ſplendor vrbis Rhodiginæ Hic iacet Ludouicus Cœlius.* Rhodiginum agrum paludes pœnè totum occupant, quas confluentes efficiunt; ideoque Poleſinam, ceu peninſulã quidquid terrarum Rhodigium circa eſt, indigenæ appellant.

Conſelua pagus. Rhodigiũ op. Lud. Cœlij Rhodigini epitaphium.

Arquada deinde pagus Franciſci Petrarchæ ſtudiis illuſtratus, vbi, vt Capugnani vtar verbis, *ſtatim in principio pro templi*

Arquada pagus. *1. libr. Itin. Ital.*

a. part. Itiner. Ital. *templi foribus eius ſepulchrum quattuor columnis è rubro marmore ſuſtentatum eſt oculis obuium. in editiore vici parte eiuſdem ſatis lauta ædes cum abaco & fel:a inſignis opificij. adhac bibliotheca cum impolitis quibuſdam ſedilibus cumque murilega oſſibus ita compactis, vt ſpirare videatur.* Quoniam verò Petrarchæ eruditiſſimi viri hic me locus admonuit, age ſanè decedam nonnihil itinere, atque ad Aponum vſque vicum Patauini agri excurram, vbi extare ædes eius fama eſt: ſimulacrum certe, quod ſatis ſcio, ex ære iconicum viſitur & cenotaphij luculẽta inſcriptio, quam, cùm eruditioni eius inſigne præbeat teſtimonium, haut grauatè adſcribam, vt viator, dum ſepulchrum eius ſpectat, quis & quantus fuerit, velut ex epitaphio ſimul intelligat. *Franciſco Petrarchæ archidiacono Parmenſi, Canonico Patauino, vita, moribus, doctrina & eloquio ita claro, vt exemplum deſit. Is primus omnium Latinam linguam à barbarica prauitatis mendis inculpatam reſtituit, ac vndique laceram exornauit. Quantũ autẽ Italico noſtro idiomate valuerit, rhithmi ob amorem Lauræ compoſiti ſatis teſtantur, vt ob eos nemo vnquam, niſi ipſe ſolus (pace omnium dixerim) non modo primus, verũ etiam vltimus meritò ab eruditis omni ætate habendus ſit. Idcirco ob eximias eius tam animi, quàm corporis dotes primæ aliarum totius orbis ciuitates, Roma ſcilicet & Pariſij vna eademque die inuicem certantes (quod mirum*

Fr. Petrarchæ ſepulchrum, domus & bibliotheca.

Aponus vicus vulgo *Abano.*

Franciſci Petrarchæ elogium.

mirum eſt) ad percipiendam lauream poeticam nuntiis ac literis eum euocarunt. Quo facto Anno Domini M.CCC.XLI. Idib. Aprilis in Reſurrectionis feſto amicorum conſilio ſolemniter Romano in Capitolio maxima tam Romanorum, quàm aduenarum procerum & aliorum adſtantium frequentia ab Vrſo Anguillaria Comite Romanoque Senatore laurea corona inſignitus eſt. Quapropter Regum & Principum fauoribus & nobilium amicitiis vſque ad inuidiam fortunatus extitit, & ita cum quibuſdam fuit, vt ipſi quodammodo cum illo eſſent. Poſtremò vt finis erat, eius anima terrena exuta ſpolia (vti credendum eſt) cælum petit anno Domini M. CCC. LXXIII. die XVIII. Iulij, cum iam grato in corpore LXX. annorum ſpatio vnâ minus die abſque tædio permanſiſſet. Corpus verò ingenti funere depoſitum tumulatur Arquadæ in collibus Euganeis ſub dio in ſepulchro rubri marmoreis, cui inciſum:

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarchæ.
Suſcipe Virgo parens animam, ſate Virgine parce,
Feſſaque iam terris cæli requieſcat in arce.

Hæc de Petrarcha ne neſcires, viator, dum ſepulchro eius perluſtrando immoraris, Aponum petij atque ibi exſcripta attuli, breuiſſimum intra tempus; Mercurius quippe ſum, alarum remigio terras omnes citiſſimè permeare ſolitus. Ceterùm

terùm quam pius in hunc vatem, tam iniurius in Æſculapium geminæ mecum diuinitatis ſim, ſi quibus apud Aponum viribus polleat, reticeam, aquarum inprimis medicarum præſtantiâ; vnde Apono fonti iam olim apud ſcriptores celebre nomen, Claudianum maximè & Caſſiodorum, vbi Theoderici Gottorum regis de eo inſtaurando reſcriptum, habitumque miraculi inſtar, quod quadam veluti continentiæ diſciplinâ ſi in lauacrum, quo viri vtebantur, mulier deſcendiſſet, aqua incenderetur; alio quippe non minùs ſalutari ad mulierum vſum à natura deſtinato lauacro. Viſum & hoc eidem Regi ſupra naturæ vires, quòd calida vehementer aqua cùm ſit, tamen ſi quis pecus furtim abactum pilis natiuis exuere, vt ſolet, conaretur, quamquam vndis ardentibus frequenter immerſum citiùs decoquere, quàm emundare valeret. Nec minùs admirabile hodiéque hoſpitibus videtur, quòd vbi maximè aqua feruet, ibi paſſim luxurient herbæ, integra viriditate. Quod præter Claudianum etiam Plinius obſeruauit: *Patauinorum*, inquit, *aquis calidis herbæ virentes innaſcuntur.* Hæc de Apono in Petrarchæ & Æſculapij mei gratiam obiter. Arquadæ porrò cur longiorem moram trahamus, nihil cauſſæ eſt. Diſcedimus ergo; atque ecce Atheſim fluuium ſuprà Tridenti viſum, hîc pontone traiiciendum. Mox & Padus occurret, quem Eridanum

Margin notes: Aponi fontis mira. — *Epigr. 8. Caßiod. l. 2. Var. epiſt. 39.* — *l. 2. c. 103.* — Atheſis fluuius. Padus fl. eiuſque

Eridanũ poëtæ in Phaetontis fabula nominare conſuêrunt: Ligures ab immenſa profunditate Bodincum dixere, principẽ omnium confeſſione fluuium Italiæ;imò, audent quidam dicere, Europæ, vt Danubium tamen præponant;Virgilius poëtarum more fluuiorum regem, Plinius nulli amnium claritate inferiorem & auriferũ celebrat. Naſcitur Padus, vt dixi ſuperiùs, inter Liguſticas alpes è gremio Veſuli motis, ibi vt ſe exiguis fontibus collegit, ſubterraneo cuniculo hauritur; nec multò poſt propter Vibi forũ exſilit, atque vbi terrarum ingens ſpatiũ * emenſis vndique & vndique ingruẽtem aquarum vim vno alueo vix continet, ſupra Ferrariam in duos veluti ramos ſcinditur:quorũ alterum, viator, mox pontone traiicies, alterum Ferrariæ mœnibus circumfuſam ponte. Iã olim Polybius Padi in duas, vt vocat, partes digreſſum obſeruauit, apud Trigabulos eum bifariam ſcindi ſcribẽs, tumque duobus oſtiis euolui in mare, quorum alteri nomen Padua (lego *Paduſa*) alteri Olana, vbi portus ſit ad ſecuritatẽ appellentibus prçſtandã nulli inferior. Olana Plinij temporibus Volane dici cœpit, quod ipſe teſtatur libro III. cap. XVI. hocque nomẽ etiam hodie Padi citerioris oſtiũ ſeruat, vulgò *Portus Volante* appellatus. Alter atque vlterior Padus noſtra ætate Argentanus nominatur, quia Argentam opidum alluit;olim & ipſe, & circumiacentes ripæ vtriuſque paluſtres margines,

origo & incremẽta notata: tum & oſtia eius ſeptena.

Georg. l. 1. *l.* 3. *c.* 16. *& l.* 33 *c.* 4.

* *Plinius* CCC. LXXX. VIII. *millia paſſuum memorat.*

Portus Volane.

margines, & oſtium (quod *Primarium* Paduſa. *Portum* vulgò vocant) vniuerſim Paduſæ nomen geſſerunt: alueus verò fluminis, quod Auguſta foſſa Rauennam tractum fuiſſe idē Plinius memorat, quondam Meſſanicus vocitatus fuit; foſſæ autem ab Auguſto Cæſ. cognomen, de qua itemque altera è Pado Rauennã deducta ita Iornãdes in huius vrbis deſcriptione: *à Septemtrionali quoque plaga ramus ille ex Pado eſt, qui Foſſa vocatur Aſconis: à meridie idē ipſe Padus, cognomento Eridanus, ab Auguſto Imperatore altiſſima foſſa demiſſus, ſeptima ſui aluei parte mediam influit ciuitatem, qui ad oſtia ſua amœniſſimum portū prabens, claſſem CCL. Dione referente, tutiſſima dudum credebatur recipere ſtatione.* Aſconis iſtam foſſam illam exiſtimante eſſe, quæ Italis à propinquo S. Alberti vico *Il Canal de S. Alberto* aut *del Nauilio* dicitur: atque ex hac foſſa Auguſtus alteram in Portum Nouum à ſe exſtructum ad oſtium Candiani amnis deduxit, Claſſis maritimæ apud Rauennam locatæ commodo; quam Auguſti foſſionem hodie Flumen vetus nominant. Producta autem ſeu ipſa, ſeu nomen certè latiſſimè fuit; ita vt Auguſta opidum hodieque in Comaclenſi ſtagno extans à Cæſaris illa foſſa acceperit nomen.

[Margin: Meſſanicus. Foſſa Auguſti. Aſconis.]

Ceterùm cùm apud Plinium, Melam, Herodianum alióſque ſcriptores legamus Padū non binis modò oſtiis, de quibus Polybius, ſed ſeptem omnino in Ha-

[Margin: *l. 3. c. 16. Mela l. 2. c. 4. Herod. l. 8.*]

driaticum mare effundi, iiſque adeo amplis ac patentibus, vt dictus ſit Septem maria efficere: ex aduerſo Ptolomæus vnum dumtaxat flumen oſtiumque faciat;ita accipienda ſunt eorum verba, vt antiquiſſimis temporibus Padus vnus ac ſimplex per vnum oſtium effluxerit, quod Paduſam appellauimus, Græci quoque Spineticum & fluuium ipſum Spinetem nominarunt à Spina celebri ſuper oſtium quondam ſita vrbe: Plinius etiam Vatreni Portum vocauit à Vatreno ſeu Saterno amne,qui ex Forocornelienſi agro profluens in Padum,magis,quàm alij amnes hac regione, eum exauget. Poſtea demum cùm Tuſci hæc loca tenerent,Volane alter alueus Polybio memoratus, poſtque iſtum reliquæ quinque foſſiones totidem oſtiis in mare deſinentes factæ fuerunt.Ex quibus Plinius oſtiũ Capraſiæ proximum Portui Vatreni conſtituit, quod noſtri geographi cenſent eſſe illud, quod vulgo *Bocca di bell occhio* dicitur:alueus autem Capraſiarum *Verginese* hodie vocatus à vico cognomine propè ſito, in Comaclenſe ſtagnum per Auguſtam foſſam illabitur. Idemmet Plinius oſtium Sagis poſt Capraſias proximè ſubiungit,quem *Portum Magnauacca* nominant;& exſtat indicio iuxta foſſam, quę olim alueus Sagis, Vicus *Foſſagge*, ceu Foſſa Sagis. Subdit Plinius oſtium ſeu foſſam Carbonariam, quæ Italis à propinquo Hadriano Padus Ariani:oſtiũ verò

Septem maria.

Portus Vatreni.

l. 3. c. 16. Capraſiæ.

Sagis.

Carbonaria.

verò à Goro itidem propinquo vico Portus Gori appellatur. Ex hoc Padi alueo ducta fuit Neroniana foſſa, quæ ab Hadriano ad Caput Gori nauigatur præter Corniculanum, vulgo *Mezzo Gorro.* Vltimum Padi alueum oſtiumque idem ſcriptor Foſſiones Philiſtinas facit, quod ait alios Tartarum vocaſſe: nec malè, Tartarus enim fluuius (Ptolomæo Atrianus, aliis Hadria dictus) hodiéque in Padi iſtas foſſiones, aut ipſe in illum deriuatæ vltimum, quod dixi, oſtium efficiunt; quod Portum Fornacum & Magni Padi os nuncupant, quia hic fluminis alueus nunc temporis omnium maximus eſt. Facilè autem poterat pati ſe in tot partes diduci primus ac maximus Padus, cum vehendis tot aquis vnus alueus vix par eſſet; multi enim & ampli lacus ſeſe in eum exonerant, flumina non pauciora XXX. quorum aquis tumidus tanto cum impetu Hadriatico mari incidit, vt fluctus cedant rapidoque eius curſui viam præbeant; vnde illi inter marinas aquas dulcium hauſtus, qui Padi oſtia prætern auigantibus ſolent miraculo eſſe. Ceterùm ramus, quem iam obuium habebis, Venetorum imperij ab hac parte terminus eſt. Situs in vlteriori ripa Francolino pagus Ferrariæ quondam Ducibus, hodie Pontifici Max. paret; & exſtructus ab Aretinis dicitur, vt arx eſſet præſidiumque

agro

Foſſa Neroniana.

Foſſiones Philiſtinæ.

Padi in mare deſinentis impetus.

Idem Veneti imperij limes, Frãcolino pagus.

agro Ferrarienſi. Vaſtus hodie eſt, & arcis vix aliquam ſpeciem retinuit. A quo paruo viæ interuallo Ferraria abeſt.

FERRARIA.

CAPVT omnis eius agri, amœniſſimi ob arborum frequentiam, fertiliſſimi quoque & quantum ſatis eſt (aut forſitan nimio plus) Padi aquis irrigui. Lambit hic fluuius vrbis latus, quod maximum eſt, atque eam partem ab hoſtium incurſu tutatur; quam tegit etiam vltra fluuium in ipſa ripa excitatus validiſſimus agger. Alias partes vrbs fortiſſimis muris, turribus, propugnaculis, latis ac præaltis aquarumque plenis foſſis ita munita eſt, vt quibuſcumque hoſtium viribus obſiſtere facilè poſſe videatur. Cuius operis auctorem inuenio Herculem II. Ferrariæ Ducem: quamquam ſcribant alij auctores multò antea Smaragdum Exarchum mœnia adoleſcenti tunc Ferrariæ circumdediſſe. Circa primam autem vrbis nominiſque originem plurima commenti ſunt rerum ſcriptores, quæ vt hîc interſeram, propoſiti non patitur ratio mei Breuiter dico, quod dici vero ſimillimè poteſt: deſertâ Ferrariolâ colonos migraſſe trans Padum Theodoſij II. Imp. præcepto, condi

Vrbis munimēta inprimis agger Tranſpadanus.

Blond. Volater.

Vrbis nominiſque eius origo.

conditiſque ibi nouis ſedibus in imponendo nomine prioris domicilij rationem habuiſſe: permotos tamen & eâ hominum multitudine, quæ tunc confluxerat, & ſpe fore eam multò maiorem, mutaſſe exile nomen in manus omnino conueniens magnæ vrbi, qualem futuram eſſe animis præceperant: ita à Ferrariola opidulo nominatam fuiſſe vrbem Ferrariam. quo nomine iam inde à Caroli Magni principatu floruit, teſte Paulo Diacono, qui Ducatus Ferrariæ meminit. At integro Romano imperio Forum Allieni Tacito memoratum hoc loci ſitu ſtetiſſe, & accoluiſſe Trigabulos Polybio nominatos multi cenſent. Imperârunt Ferrariæ ab anno Chriſti MCXXII. Principes Aeſtini, quorum ſtirps quia his annis tota interiit, ad Romanam Eccleſiam, vnde Pontificum dono ad Aeſtinos Principes abierat, rediit vrbs & ager Ferrarienſis. Illuſtrârunt ij Principes ſplendiſſimis ædificiis maximè vmbilicum, vt ſic dicam ciuitatis. Ibi Caſtrum præſidium atque ornamentum vrbis maximum. Non nimis ingens eſt, quò defenſio eius facilior; & aulica turba, maximam partem, extrà habitat. ipſi præſidiarij Germani excluſi ſeparata, in proximo tamen, ſtatiua habent. Proximum item armamentarium eſt, in quo bellicæ machinæ aſſeruantur; & è regione arcis horti amœniſſimi, deliciæ quondam Ferrarienſium Ducûm,

Aeſtinis olim hodie Pontifici Max. ſubdita Ferraria.

Arx Aulicorum domicilium.

Præſidiariorum ſtatiua.

Armamẽtarium

Ducum, quos impenſè deditos fuiſſe huiuſmodi oblectationum generibus indicat viuarium (*Beluedere* Italico, Calopſida Græco nomine vocant) quod in Padi inſula vrbem iuxta conditum ab Hercule II. ac muris circumcinctum, longitudine D. paſſuum, latitudine breuiori, peregrina quædam animantia ſeruabat; ornatũ Palatio pulchritudinis ſummæ, cuius laudes Iulius Cæſar Scaliger (ſeu Burdo) fuit, pleno poëmate celebrauit. Incluſi etiam ſunt intra ipſa vrbis mœnia lætiſſimi & crebris arboribus veſtiti colles; nemus in vrbe, aut in nemore vrbem diceres eſſe.

Horti vrbani. Viuarium ſuburbanum. *Leand. Albert. in Ital.*

Tantum ab arce euagatus redeo. Quadrata ea eſt, & ad angulos quattuor fortiſſimis turribus munitur. Circumducta lata & perennibus aquis referta foſſa. Intrinſecus area patet figura quadrata. in parietibus depicta Ateſtinorum gẽs tota cum inſignibus, curante Alphonſo II. vltimo Ferrariæ Duce. Conclauia hodie pleraque non habitata, eoque neglecta iacent abſque aliquo cultu: attamen ſtructuræ ea dignitas eſt, vt habeas, quæ admireris: præcipuè bina Ducis cubicula, parum illa quidem ampla, ſed pretioſorum ac diuerſicolorum marmorum, quibus incruſtati parietes ſunt, & aureorum laquearium ſpecie omnino magna & admiranda. Ab arce exiguo diſtat interuallo Palatium Nobilium, vt vocant, ante quod area ſpatioſa, &

Arcis ſpecies, munimenta & ornamenta deſcripta.

Palatium Nobiliũ.

Herculis II. ſtatua equeſtris, & circa aſylum. Curia. Templũ Cathedrale. Porticus ſutorum Forum, locus ſuppliciorũ capitaliũ.

equeſtris ex ære ſtatua Herculi II. Duci cum ſuperbo titulo rerum geſtarum poſita, decretumque SC. vt noxij circum eam P. XX. quoquouerſus aſyli ius habeant: qui vim intulerint, læſæ majeſtatis crimine tenenatur. Curia inde; hinc templum Cathedrale: media ſutorum, quam vocant, porticus interiacet. Forum inter hæc longè latéque patens, in quo capitales pœnæ ſumuntur ante carceres ipſos; vt ſcilicet per ferreos cancellos proſpiciant cuſtodiæ, atque, vt ait Calp. Flaccus, *alienum ſupplicium aſpectando ſuũ diſcant.*

Templa vrbis nullo ordine recenſeri poſſunt, ſparſa enim ſunt hîc & illic; nec niſi magnæ viæ ambages fiant, perluſtrari queunt. Proſpicio ego animo feſſum viatorem potiùs, quàm tantum iter conficiat, inaccesſis iis abiturum. Moneo etiam atque etiam, ne faciat; magna in iis quædam & alibi non videnda, litterato prorſus videnda. Non colũnæ ſigna, marmora; quorũ alibi affatim reperias licet: monumenta ſunt, quales viri, quibus poſita ſunt, talia ipſa, id eſt erudita. Si te Muſæ amant, ſi tu litteras litteratóſque amas, habe mortuis iſtum honorẽ, inuiſe cineres, diſce qui fuerint. Ad D. Dominici Nicolaus Leonicenus quieſcit, Petri Bembi præceptor, pereruditus vir, dignus laudibus, quas à laudatiſſimis viuus pariter mortuuſque tulit. Pauculis verſibus ſarcophago inſculptis habes vitam eius omnem. digni verſus, quos tute legas: exſcribas,

Templũ S. Dominici,

exſcribas, vt legant alij quoque. Hoc conſilio exſcripſi eos, & ſcribo iterum. *D.M. Nicolao Leoniceno Vicentino, qui ſibi Ferrariam patriam maluit, vbi annos XL. Italos & prouinciales magna celebritate Græce, & Latinè inſtituit, continua ſerie apud Principes Eſtenſes magno in honore habitus, vnus omnium magis pectore, quàm lingua Philoſophiam profeſſus, rerum naturæ abditiſſimarum experientiſſimus, qui primus herbariam pæne deſitam & ſiluam rei Medicæ iniuria temporum negligenter habitam in diſquiſitionem magna ope mortalium reuocauit. in barbaros conditores pertinaciter ſtylum ſtrinxit, & ſtudio veritatis cum omni antiquitate acerrimè depugnauit. Annos natus ſex & nonaginta, cùm iam æternis monumentis in arcem immortalitatis ſibi gradum feciſſet, homo eſſe deſiit. Alphonſus Eſtenſis Dux Tertius & S. P. Q. F. bene merenti poſuere VI. Id. Iunij. M.D.XXIV. Bonauentura Piſtophilo grato ipſius diſcipulo procurante.* Propè abeſt Franciſci Cornæi celebris IC. monumentum: & Cælij Calcagnini in bibliotheca ſpectatur iſtis adſcriptis verſibus: *Cùm Cælius Calcagninus nihil magis optauerit, quàm de omnibus pro fortuna caſu optimè mereri, decedens bibliothecam, in qua multò maximã ætatis partẽ egit, in ſuorũ ciuiũ gratiã publicauit, & in ea ſe cõdi mãdauit. Tu quiſquis es, rogo, vt hominis B.M. manibus Deũ propicium preceris. Ex diuturno ſtudio hoc in primis didicit, Mortalia contemnere, & ſuam ignorantiam non*

in quo Nicolai Leoniceni cineres, & hoc epitaphium.

Franciſci Cornei IC. & Cælii Calcagnini monumenta.

Tēplum D. Benedicti, vbi humatus Ludouicus Arioſtus Poëta nobilis.

ignorare. Ad D. Benedicti ſitus eſt Arioſtus, pereruditus item vir, & quem vel vulgus Italorum nouit Italicum Maronem. Lubet audire epitaphium eius gemi-num. D.O.M. *Ludouico Arioſto Poetæ Patricio Ferrarienſi Auguſtinus Muſtus tanto viro ac de ſe bene merito tumulum & effigiem marmoream ære proprio P.C. Anno Salutis M.D. LXXIII. Alp. II. duce. Vixit annos LIX. Obiit anno Salutis M.D.XXXIII. Id. Iun.* Alterum hoc eſt:

Hic Arioſtus eſt ſitus, qui Comico
Aures theatri ſparſit vrbanas ſale
Satyraque mores ſtrinxit acer improbos,
*Heroa culto qui furentem * carmine*
Ducúmque curas cecinit atque prælia,
Vates corona dignus vnus triplici,
Cuitrina conſtant, quæ fuere vatibus
Graiis, Latinis vixque Etruſcis ſingula.

* *Orlandune pu-ſa.*

Ludouici Arioſti humantur oſſa
Sub hoc marmore, ſeu ſub hac humo, ſeu
Sub quidquid voluit benignus heres,
Siue herede benignior comes: ſeu
Opportunus incidens viator.
Nam ſcire haud potuit futura: ſed nec
Tanti erat vacuum ſibi cadauer,
Vt vrnam cuperet parare viuens,
Viuens iſta ſibi tamen parauit,
Quæ ſcribi voluit ſuo ſepulchro,
Olim ſi quod haberet is ſepulchrum,
Ne cùm ſpiritus hoc breui peracto
Præſcripto ſpatio miſellus artus,
Quos ægrè antè reliquerat, repoſcet,

Hæc

Hac & hac, cinerem hunc & hunc refellens,
Dum noſcat proprium, diu vagetur.

In æde D. Mariæ Vadi hoc tibi ænigma mulier proponit: *Ego illa Philippa Camerina muliebri corpore viri animum gerens in lubrico conſtiti, tum deſpiciendo, tum aggrediendo omnium in me oculos contuli, illos admiratione ſtupentes, hos hæſitantes ſciens reliqui: duos acerrima pugna tyrannos deſtruxi. Et quoniam nihil ſine hac mihi ita ſimilitudine iuncta, vt cum ea vel ex nata videar, agendum conſtitui, ex principiis futura perſpiciens hoc præparaui.* Depictæ infrà imagines Iuſtitiæ, Mortis, Fortitudinis, & adſcripti hi verſus, quos nec OEdipus explicauerit: S. Mariæ Vadi tẽplum. Philippæ Cameri- næ monumentum.

Quæ ſunt pro his, quæ non ſunt, quæ ſi eſſent
Pro his, quæ cùm ſint non ſunt, quæ videntur
Eſſe pro his, quæ clam ſunt, in cauſa ſunt, vt
Quod eſtis ſitis.

M. D. XVIII.

Audio: compellat Mercurium hoſpes, vt quia principio ſpectacula Italiæ & indicaturum & explicaturum me profeſſus ſim, euoluam ænigma hoc ex inuolucris. Ariſtippus ille Cyrenaicus Philoſophus cuidam ſimile quid proponẽti, & vt ſolueret, importunè flagitanti, Quid, inquit, inepte, vis vt illud ſoluam, quod nunc etiam ligatum nobis negotiũ facit? Scio dudum homines doctos ſuper hoc ænigmate interrogatos iudicaſſe id nullo cõſilio iudicióque temerè ſcriptum, nec di-

gnum,ob quod viri litterati ingenia torqueant:auctor nãque eſt Ludouicus Caſtęluitreus Mutinenſis eo anno, qui in Epitaphio memoratur, Alexandrũ Guerinum id ſuo ex cerebro finxiſſe adſcripſiſſeque Philippæ Camerinæ:quod quidem nec ipſe ſciuerit explicare.Erat enim illa ætate Ferrarienſibus quaſi omnibus, qui humaniores litteras tractabãt,hoc cõmune vitiũ,vt magno conatu magnas nugas agerent:id eſt,prolixa licet & ornata oratione nihil dicerẽt.In contrariũ alij ſcriptores cenſent ænigmaticam hãc epigraphen conſultò Philippæ illius ſepulchro inſcriptã:fuiſſe enim fœminã Borſani cuiuſdẽ Mutinenſis mercatoris ditiſſimi filiã,quæ ob dotis amplitudinem a Ioanne de Varano,Camerini domino, tũc exſule, ducta in matrimoniũ ac poſthac Camerina nominata, pulchra itẽ magis, quàm pudica, tandẽ ex impotenti amore verſa fuerit in furorẽ,ita,vt ſæpiùs Ferrarię per compita diſcurrerit nuda.itaque voluiſſe hominẽ Philoſophũ, Epitaphij auctorẽ, iſtud fortunæ ludibriũ gnomis illis ænigmaticis poſteritati commendare. Non ſanè viri complures eruditi ſcrupũ hunc pro nihilo habuerunt, ſed conati ſunt laborioſa inueſtigatione eruere illa reconditæ ſapientiæ myſteria,quæ inibi latere putabant. Ita ſudarunt in hoc genere, Gaudentius Merula, & Theodorus Zuingerus: ſed placet maximè omnium Cælij Secundi Curionis explicatio, tria

l. 1. memor. c. 8. Zuing. in Theat. vol. 26.

bono

bonorum genera ſignificari aſſerentis, quorum bonorũ alia in vulgi ſenſu exiſtimationéque conſiſtant, alia ſint reuera talia; bona vulgi iudicio eſſe diuitias (quæ ſunt, quia per ſe quidem durabiles) voluptates(quæ quaſi ſunt, quia fluxæ & breui tranſeunt) honores(quæ videntur eſſe)his opponi totidem alia bona:animi nempe veras diuitias, honeſta voluptate puras,& honore perpetuo ſtabiles:ita autem intelligenda eſſe iſtæc oppoſita, vt priora in ſingulis membris deteriora ſint; poſteriora meliora: hincque euenire, vt mortalium quidã miſeri ſint & inglorij, quia caduca præ perennibus ſectantur: alij è diuerſo felices & clari, quia virtutem,verum hominis bonum,colunt. Sed de ænigmate hactenus.

Porrò ædes D.Mariæ Angelorum haut quaquã ſilẽda,& vt ſileatur ipſa,memorãdi profectò heroes ſunt inibi ſepulti: Aloyſius inquã Bancratius,qui ſuper cetera militaria decora ſæpius extra ordinem in hoſtẽ pugnauit, ſemper victor. Hieronymus Silua & ipſe ſingulari certamini hoſtibus ter fortiter feliciterque cõgreſſus, Mirandulæ propugnator,Salutiarũ oppugnator,ampliſſimis poſtremò militaribus honoribus functus. Annibal Bentiuolus Bononienſiũ princeps: pòſt dominatu & patria pulſus Florentinis militauit,Sarzanã cepit:dein Ludouici Sfortiæ ſigna ſecutus Bartholomæum Liuianum aperto Marte deuicit. Nicolaus Ferrarienſium dux

S.Mariæ Angelorũ templũ, in quo ſepulti, Aloyſius Bancratius, Hieronymus Silua; Annibal Bentiuolus, Nic olaus dux,

& munitor vrbis, conditor monaſterij huius; dux in templi vmbilico ſitus XLII. annis imperium moderatè laudabilitérque geſſit; vrbem, quà Pado alluitur, nouis mœniis clauſit, vias ampliores reddidit & lateritio ſtrato muniuit, cœnobium templo adſtruxit. præmium ob has aliáſque res geſtas à ciuibus tulit equeſtrem ſtatuam æneam, quæ in foro propter Curiæ fores ſtatuta. Horum virorum monumenta in D. Virginis Angelorum templo præcipuè ſpectanda. Nec prætereundi Carthuſiani ſunt. Habitant ad herbidi collis radices, angulum vrbis, Borſi Ateſtini beneficio. hic enim cœnobium templúmque, in quo conditus, condidit maximo ſumptu, vt operis ſpecies indicio eſt. Academiam Ferraria habet, quam Fridericus II. Imp. Bononienſium odio, vt Patauinam quoque, conſtituiſſe memoratur. Aliter apud Middendorpium Volaterranus, *Bartholomaus*, inquit, *Salicetus anno MCCCXVI. ab Alberto Ferrariæ Principe accerſitus, vti nouam in ea ciuitate ſcholam auſpicaretur.* A quocumque cœperit, conſtat & teſtatur Leander ad id faſtigij eam pertigiſſe, vt inter Italiæ clariſſimus haberetur. Nec mirum, cùm illa lumina fulſerint & irradiarint ipſam: Angelus Aretinus, Felinus Sandeus, Andreas Alciatus, Guarinus Veronenſis, Theodorus Gaza, Cælius Calcagninus, Nicolaus Leonicenus, quos vtroſque mors à Ferrarienſi Academia diuulſit: ita affixæ ei ſtellę erãt. At è noſtro orbe errans ſidus Rodolphus Agricola eam

Eius in foro ſtatua equeſtris.

Carthuſianorum ædes.

Academia Ferrarienſis.

lib. 3. Academ.

Clari viri, qui Ferrariæ litteras docuerũt.

eam illuſtrauit: docuit humaniores litteras mirè Italis acceptus, vt quidam vitæ eius ſcriptor prodidit. Strozzæ inſuper maior minórque, clari Poëtæ, Ferrariæ claruerunt; alter etiam occidit, graui caſu. *Ioan Saxo.*

Ab vrbe Ferraria Bononiam vſque inculta via eſt, abſque opidis & pagis, vile tantummodò medio itinere diuerſorium, quod ad ſcalam nominant; & tamen triginta millibus paſſuum vna ab altera vrbs diſtat. *Iter Ferrariâ Bononiam.*

BONONIA.

VRBS clariſſima, quæ Felſina olim dicta fuit. quando autem & quomodo condita fuerit, variant maximè ſcriptores. Ioannes Garzo narrat. Ferrũ quendam è Scythia profectum habitaſſe eo loci cum vxore. Apoſa & filia Felſina, monimentum eius rei ad poſteros eſſe pontem Ferrum, qui ab eo ita nominatus ſit, quod quidem etiam nunc ſeruat. vxorem filiámque ſua quoque nomina reliquiſſe; illam amni, quem incolæ corruptè *Aufſam* vocant: hanc omni ei agro. Alij, & propiùs vero, vt exiſtimo, nomen vrbis originemque ad Etruſcos trahunt: hos XII. vltra Apenninum opida incoluiſſe, principem inter ea hanc vrbem fuiſſe, ideoque à principe gentis Felſino habitatam, aut, vt ſcribunt alij, extructam; Fel- *In hiſtor. Bonon. Vid. Morand. de orig. Bonon. Borſet. annal. & Lean. Alb. Hiſtor. Bonon. Pons Ferrus. Apoſa ſeu Auſa'8.*

Bononiæ nomen à Bono Tuſco,

ſino in principatu ſucceſſiſſe Bonum, ab hoc deinceps Bononiam eſſe dictam. Ambigua hæc ſunt: illud certum eſt è Polybio Liuioque & aliis, Etruſcos multas vltra Appenninum ciuitates habuiſſe; quibus pulſis victores Boios ea loca tenuiſſe. Hinc aliud circa vrbis principia

aut Boiis

Volater. lib. 4. comm. Rerum Boicar. lib. 1.

aut Latinis colonis ominis gratiâ hoc nomen præ alio amplexis.

commentum, à Boiis aiunt nonnulli Boionam fuiſſe appellatam, deinde tranſpoſitis adiectiſque quibuſdam litteris, vt ſuauior vox eſſet, Bononiam. quam *coniecturam*, ait V.CL. Marcus Velſerus, *quà ſitus, quà fluuius ibi Rheni nomine iuuat. ſed nobis vera præ ſpecioſis ſint; Bononia appellata cùm hæc vrbs, tum aliæ alibi terrarum, Latinâ origine à bene ominantibus colonis, vti Placentia, Pollentia, Valentia, Florentia, Beneuentum & eius generis pleraque.* Boii, vt dixi, vrbem tenuêre, etiamſi nomen aliunde ſit; quibus quoque eie-

Bononia quando & à quibus Colonia deducta.

lib. 37. Vel. Paterc. l. 1.

ctis Coloniam eam Romani fecerunt, annis CLXXXX. ante Chriſti ortum. Qua de re ita Liuius: *Eodem anno ante diem III. Kal. Ian. Bononiam Latinam Coloniam S C. L. Val. Flaccus, M. Attilius Serranus, L. Val. Tappo Triumuiri deduxerunt. Tria millia hominum ſunt deducta. Equitibus ſeptuaginta iugera, cæteris colonis quinquaginta sũt data. Ager captus de Boiis fuerat; Galli Tuſcos expulerunt.* Ita nata vrbs,

Bononienſis Reip administratio vetus

auctaque ſucceſſu temporis ad hanc magnificentiam, quâ à paucis ſuperatur, excreuit. Potentiâ fuit etiam aliquãdo maiori; atque an aduerſante fortunâ fuerint

amiſſa,

amiſſa,quæ eâdem propitia ſunt acquiſita,haut ſatis liquet. Certè conſtat quandoque ſuæmet felicitati ciues obſtitiſſe, dum veteres nouoſque pariter exoſi dominos nec libertatem ferre ſcirent, nec ſeruitutem.Scilicet ea natura multitudinis eſt,aut ſeruit humiliter, aut ſuperbè dominatur: libertatem, quæ media eſt, nec ſpernere modicè, nec habere ſciunt. Bononienſes quoties,vt taceam alia, Pōtificio ſe iugo ſubmiſerunt? Quoties illud vix acceptum rurſus excuſſerunt? variæ ac mutabilis plebeculæ vitio id eueniſſe cenſendum eſt, quæ aliam ſemper ex alia legendo ſortem, vt fit plerumque, deteriorem habuit: nec aut ad bonam retinendam ſatis illi ingenij, aut ad malam perferēdā ſatis animi patientiæque fuit. Rectè quidam, *ſuâ ſe ſponte*, inquit, *fortuna voluit, quid impellere opus eſt? ſi bona diſplicent, ne abii e, ipſa auferet; mala etiam inuito te, dabit & multiplicabit.*

non probata, quia mutata ſæpiùs.

Liuius lib. 24.

Vulg. in imperiis ingeniũ.

Fortunam contra non nitendum.

Conſtans & tacitus ventum exſpecta meliorem,

Nauita ſic prudens facit. ————

Appoſitè admonet verſus; Bononiam vulgò naui ſimilem faciunt, non ob figuram duntaxat, ſed ob aliam, vt arbitror, ſimilitudinem arcani myſterij. Equidem nauis eſt atque hæc ciuitas dum aſpirantibus placidè auris malè regitur, dum contra ſæuientē tēpeſtatē temerè propellitur, naufragium factum eſt magni illius imperij atque potentiæ. Videor ego quo-

Bononia naui cōparata.

que inconſideratè extra portum, vt ſic dicam, inſtituti mei longiùs eſſe prouectus; itaque recipio memet, & ad ordines, intermiſſâ excurſione, conſiſto.

Bononiæ vrbis ſitus deſcriptus.

Bononia celeberrima Ciſalpinæ Galliæ vrbs, ſita eſt ad radices Apennini mõtis, qui à meridie circumfunditur: alias partes cingitur latiſſimis & lætiſſimis campis. Illi omnia, quæ neceſſaria ſuſtẽtationi hominum ſunt, quæ vtilia ac iucunda, eâ copiâ atque excellentiâ proferunt, vt nõ iniuriâ pinguis & opima Bononia vulgò nuncupetur. In ambitu murorum portas duodecim habet, muris ita clauditur, vt longior aliquanto ſit, quàm largior; in longitudinem enim per duo pænè milliaria protenditur: in latitudinẽ paullo plus vno. circuitus V. Mill. eſt Extimam vrbis partem perluit Apoſa fluuius, frangitúrq; intra ipſam vrbem ita, vt cùm vno intrauerit, tribus oſtiis effluat. alluit alius amnis, quem Silius paruum Rhenum vocat, vt diſtingueret nẽpe à magno noſtro. Centrũ vrbis deſignat altiſſima & ſcãlilis CCCCXLVII. gradibus turris, *de gl' Aſinelli* ab Aſinellis conditoribus nominata; quam proximè inclinatur alia, *Gariſenda* dicta, vt minari ruinam videatur, veritóſque eam ciues aiunt depoſuiſſe faſtigium. itaque hodie XL. vlnas alta eſt, cum antea CXXX. fuiſſet, par videlicet Aſinellinæ.

agri fertilitas commendata.

Bologna graſſa.

Vrbis amplitudo quanta?

Apoſa & Rhenus fl. intra circáque vrbem. *l. 8.*

Torre de gl' Aſinelli, Torre Gariſenda, & hæc incurua.

Templum S. Petronij.

Paruo ab his turribus diſtat S. Petronij tutelaris Bononienſium Diui Baſilica;

imper

imperfecta tamen, quoniam immenſo cœpta ſumptu ac magnificentiâ exhauſit forſitan opes conditorum ita, vt in deſperationem venerint operis finiendi. Dabit tamen veniam, atque auſos fuiſſe quid ſupra vires fatebitur, quæ ex ea, quæ perfecta eſt ſtructura colliget, quantis impenſis opus foret ad vniuerſæ fabricæ complementum. Solo huius templi inſculpti ſunt menſium dies, quos, vt memorant, per faſtigij foramen immiſſi ſolares radij certo ordine & exactè notârunt indicaruntque. Spectanda ibidē ſeſe offerunt monumenta Ioannis Bauariæ Ducis; Andreæ Barbatiæ, Gratiani Cluſini; quorum primus, vt tumulo inſcriptū, Pontificum Rom. & imperatorum res bene proſperéque geſſit: alter gente Siculus, dignitate auratus eques, legum ſcientiâ tantâ fuit, vt I V. Monarcha ſit appellatus. tertius Pontificij Cæſareique iuris item peritiſſimus, & in æde SS. Martyrum Felicis & Naboris monachus, Decretorum opus ibidem, vt extans inſcriptio teſtatur, concinnauit anno Salutis M. C. L I.

In pauimento ſolarium.

Monumenta Io. Ducis Bauariæ. Andreæ Barbatiæ, Gratiani, qui Decretorum volumen congeſſit.

Circa hanc D. Petronij Baſilicam Palatium eſt ampliſſimum atque pulcherrimum, in quo liberales diſciplinæ docentur. Habet enim hæc vrbs *ſtudiorum mater* Academiam totius Italiæ celeberrimam, quam Theodoſius Iunior Bononienſis vrbis alter velut conditor excitauit donauitq; eximiis priuilegiis, quæ in

Scholæ. Academia Bononienſis à Theodoſio Iuniore Aug.

constituta. Middend. lib. 3. Acad. Schrad. mon. Ital. 1.

gymnaſij quadam aula deſcripta, ſed & apud Middendorpium & Schraderum legas licebit. In alia videas monumentum Gaſpari Taliacotio viuenti honoris ergo poſitum. Inaudita is vir medendi ratione præſtabat: labra, nares, aures hominibus, quibus deeſſent, reponebat adeo ſolerter, vt proximè miraculum ars eſſet.

Gaſp Taliacotius labrorum, narium auriumque reparator

Subſequitur Academiæ hoc gymnaſium S. Dominici templum, vbi huius Diui ſacrata oſſa pretioſo in tymbo recondita, ad quem per plures gradus aſcenditur. Opus eſt affabrè è Pario marmore elaboratum; & exſtruitur ibidem ſacellum rariſſimæ futurum pulchritudinis, ſi quidem primis vltima, vt debent, paria fient.

D. Dominici templum & tumulus.

In choro templi ſubſellia ſunt lignea opere ſegmentato; arte eâ, vt particularum coniunctiones planè nullæ animaduertantur. Itaque aiunt Carolum V. Imperatorem arbitratum picturam eam colorum eſſe, quæ lignearum ſcandularũ & teſſellarum verſicolorum ſuiſque locis aptiſſimè commiſſarum eſt, pugione exſecuiſſe fruſtula aliquot; quæ adhuc abſunt. Imagines autem Biblicæ ſunt; operiſque eius ſanè nobiliſſimi artificem ferunt Franciſcum Damianum Bergomatem è Dominicanorum familia virum.

In Choro ſubſellia teſſellata operis rariſſimi.

Aſſeruantur in eodem templo duo libri Eſdræ, vt memorant, ipſiuſmet manu conſcripti, & in voluminis modum circumuoluti. Alij auctores nõ Eſdrã ipſum, ſed Eforam ſcribam Cyro regnante id

Eſdræ bini libri ab Efora olim deſcripti.

opus

opus deſcripſiſſe: nos vt ſequar, inclinat animus. Aſſeruatur item aculeus ſpineæ Chriſti coronæ, præter innumera alia cultu ac veneratione digniſſima: quibus, ſi liceat, adnumero plurium clariſſimorum hominum oſſa, quæ in hoc poſita ſunt templo templique cœmiterio: Bartholomæi Saliceti videlicet, Franciſci Philelphi, Petri Ancharani, Floriani, Dyni Mugellani, Cyni Piſtorienſis, Ioannis Imolenſis, Alexandri Tartagni eadem ex vrbe oriundi, Ioannis Lignagi, Socini Iunioris, Martini Sulimanni, Hippolyti Marſilij, Ludouici Bolognini, Auguſtini Beroi maximorum Iuriſconſultorum, &, qui nemine minor, Ioannis Andreæ. Epitaphium loquitur, quantus ſit, hunc in modum:

ICti. aliique clari litteris viri qui in D. Dominici ſepulti.

Io Andreæ ICmonumentum.

Hic iacet Andreas notiſſimus orbe Ioannes,
Primo qui Sextum Clementis atque Nouellas
Hieronymi laudes Speculique iura peregit,
Rabbi Doctorum, lux, auctor normaque morum,
Occubuit fato per dira peſtis in anno
MCCCXLVIII.

Spectare etiam in templo licet cenotaphium Henrico, quem Hentium aliqui nominant, publicè erectum. Henrici II. Imperatoris filius fuit, dũ temerè in hoſtili agro vagatur, exceptus à Bononienſibus,

& Henrici regis Sardiniæ Corſicæque qui Henrici II. Imp. filius.

ſibus, & belli iure habitus in cuſtodia, quoad vixit. Exſtat in Prætorio conclaue ferreis cancellis munitum, vbi inclusus mœrore animi tædioque captiuitatis longinquæ, vt veriſimile eſt, contabuit. qua viri vltima calamitate placati hoſtes funeris honorem ampliſſimum ei habuerunt, poſueruntque publicè illuſtre ex ære monumentum iſthoc cum titulo:

Henrici huius Epitaphium.

Viator quiſquis es, ſiſte gradum, & quod ſcriptum eſt, perlege, vbi perlegeris, penſita. hoc is, cuius cauſſa ſcriptum eſt, fieri rogat. Orto inter Bononienſes & Mutinenſes bello Cæſar Henricus Secundus Rom. Imp. filium Henricum Sardiniæ & Corſicæ inſularum regem Mutinenſibus ſuppetias ferre iubet, qui inito apud D. Ambroſij pontem certamine à Bononienſibus capitur, nullaque re, vt dimittatur, impetrat, cùm pater minis, deinde precibus & precio deprecatoribus vteretur, cùm tantum auri pro redimendo filio polliceretur, quantum ad mœnia Bononiæ circulo aureo cingenda ſufficeret. Sic captiuus XXII. annos, menſes IX. dies XVI. tenetur alitur que regio more, publica Bononienſium impenſa; ſic, defunctus munificentiſſimè ac pientiſſimè funeratus hic tumulatur. Præterea ſimulacrum hoc in perpetuum & hoſti & captiuo monumentum S. P. Q. Bononienſis poſuit Anno Salutis MCCLXXII. II. Id. Martij. Hoc volebam vt ſcires; abi ac vale. Poſitum ære publico, Ioanne Franciſco Aldrouando Dictatore.

Monaſterium PP. Dominicanorum lautũ in primis.

Cœnobium Dominicanorum pulcherrimo

rimo templo non impar adiacet, in quo CXX.monachi ferme conuiuunt.In eius ima contignatione colitur cellula,in qua S. Dominicus vixiſſe vltimum atque exſpiraſſe memoratur. Viſitur etiã area cupreſſis conſita, quas inter ingens vna atque annoſa, quam D.Dominicus plantauit.Miraberis biblio-& οἰνοthecam: nec abs re quæſieris cum illo:

Capreſſus à D. Dominico plantata ante annos ampliùs trecẽtos.

———*tantum vini vnde? & tantum vnde librorum?*

neque deerunt ſolitæ ſuæ humanitati religioſi:ni caues,

————————*guſtando onerabere Bacco.*

Tum, vbi feſſum via refeceris corpus,redire te velim ad ſuprà memoratam D.Petronij Baſilicam;pone quam ſitum eſt Palatium Gubernatoris,qui Pontificio nomine præſidet vrbi.Ampliſſimum eſt,nec abs re Maius appellatum. Ad aulam aſcenditur per gradus paullulũ accliues,vt euehi etiam equo poſſis. ibi ingens Pauli IV.Pont.Max.ſimulacrum. Par magnitudine ſupra Palatij portam conſpicitur, quod Gregorio XIII.ciui ſuo S.P.Q. Bononienſis poſuit. Tertiũ Bonifacij VIII. Pont.Max.oculato quidem & ipſum loco ſitum,ſed ſpecie longè inferius eſt.Exſtat quoque haut indignum ſpectatu monumentum memoriæ Diui Caroli V. Imp. à S.P.Q.B.poſitum,è quo, vt cũ Pontifice Max. Clemente VII. congreſſus quaque pompa in vrbẽ acceptus fuerit, ſcies:aut ſi ſcire iã mauis,Schraderum indicem do,

Palatium Gubernatoris ſiue Legati Pontificij.

Statuæ Pauli IV. Gregorij XIII. Bonifacij VIII. PP.

Monimẽtum coronationis Caroli V. Imp.

qui

quæ Bononiæ celebrata anno 1529.

qui ex autographo rem omnem ordine fideque bona deſcripſit; deſcripſiſſem & ego: ſed acta agere quid opus fuit?

Forum,& fons in eo ſcitiſſimus.

Forum ante Palatium patet, cuius ornamentum haut leue fons ſaliens eſt,pulcherrimis ſignis coloſſeoque vno Neptuni decoratus. auctor huius operis Belga ſcribitur, Ioannes Strada Brugenſis.

Templa S.Petri.

Paruo ab hinc diſſita eſt pontificalis ædes,ſacra principi Apoſtolorum; vbi ſepulchra illuſtrium Iuriſperitorum Tancredi Archidiaconi Bononienſis,& Baſiani,qui Azonis præceptor fuit. Cetera vrbis maximè inſignia templa hæç ſunt: S.

S.Saluatoris lectiſſima bibliotheca.

Saluatoris, vbi ornatiſſima bibliotheca manuſcriptorum voluminum referta, quam deſcripſit multis Angelus Roccha in libro de bibliothecis exſtantibus. Sequitur augusta D.Franciſci ædes, nobilis

D. Franciſci vbi ſepulchra.

tum ſuamet elegantia architecturæ; tum pretioſiſſimo, quod noſtras quidam ſtatuarius exſculpſit,altari;tum ſplendidiſſimis,Bentiuolorum maximè, monumentis atque ſacellis; tum denique conditis inibi clariſſimorum hominum cineribus:

Accurſij IC. & Alexandri V. Papæ; Alexandri huius elogium.

Alexandri Butrigarij, Odofredi IC. Accurſij eius,qui primus recentiorum ciuiles leges doctiori commentario illuſtrauit; Alexandri V.Pont.Max.cuius epitaphij hæc forma:*Petro Filardo Cretenſi viro inſigni,oratori gentium, concionatori facundiſſimo,conſiliario Ducum, diſputatori acerrimo, Pariſiis publicè Theologiam profitenti, in quatuor Sententiarum libros ſcriptori* *lucu'en*

luculentiſſimo, qui ex ordine Minorum ad Epiſcopatum Nouariæ, Archiepiſcopatum Mediolanenſem, Cardinalatum & tandem ad ſummi Pontificatus apicem euectus, & Alexander V. appellatus. Sileo cetera, nec poſſum enim, quin exclamem: Proh viri fortunam, fortunam aio cæcam & iniquam, ſed erga hunc æquam & oculatam; quæ virum in omni diſciplinæ genere præſtantem, per omnes quoque honorum gradus traductum denique in ſummo conſtituit. Sequitur Virginum monaſterium titulo Corporis Chriſti: ibi obſeruat Capugnanus coli Catharinam quandam eximiæ ſanctitatis virginem, corpore adeo integro, vt vngues cottidie promittat. Tum D. Proculi Martyris têplum, & in templo veneranda oſſa. Non repeto S. Dominici ædem, dixi quippe de ea, quæ dici cumque debebant. Illud templum D. Ioannis in Monte indigitatur, Caroli Ruini IC. ſepulchro memorabile: ſubque hoc, D. Stephani vetuſtiſſimum; vt quod poſt conditam vrbem ſecundum, & Iſidi ac Serapidi ſacrum fuerit, auxit id D. Petronius ingenti ſacratarũ reliquiarum theſauro. Paucos ab hoc paſſus Seruitarũ templum atque cœnobiũ abeſt, in quo cineres Ludouici Gozadini IC. Inde D. Cæciliæ fanum; & latè patens campus, quem ſuperbiſſimæ Bentiuolorum, cùm Bononiæ imperitarent, ędes occupabant exiſtimo dirutas fuiſſe ex SC. vt monimento area eſſet tyrannidis ipſo

Corporis Chriſti cœnobiũ. *In deſcript. Bonon.*

Ædes S. Proculi.

S. Ioannis in Monte.

S. Stephani, olim Iſidis & Serapidis.

Templum & monaſterium Seruitarum.

Cæciliæ fanum, iuxtaque campus.

Carmelitarum ædes. ipſorum. Propè abeſt Carmelitarum ædes D. Martino dedicata: nec ſilenda Eremitarum, vel ob ſacellum Ioannis ſecundi Bentiuoli, regio ſplendore ſumptuque exſtructum. Poëtarum hortum, quia in vltima vrbe ſitus eſt, vltimo loco reſeruaui: ſitus verò eſt peropportunè. oderunt turbas & ſtrepitus Muſæ, amant ſecretum nemus, frondium vmbra, herbarum ſpecie, florum fragrantia delectantur; ita affecta finguntur, quotquot in terris loca habitari à Muſis finguntur: ita affectus eſt iſte, qui Muſis ſacer, hortus.

Hortus Poëtarũ.

Extra vrbem D. Michaëlis *in boſco* cœnobiũ à ſitu or natuque multiplici laudatum.

Suburbani agri ſpectacula nec pauca, nec parua Sit omnium inſtar inſtans vrbi collis. quem ab auguſtiſſimo Archangeli templo S. Michaëlis nominant, cognominantque *in boſco* ſeu nemore ab arborum frequentia, quibus veſtitur. Audeo dicere connixam omnibus viribus naturam, quęcumque habuerit inſignia, ad ornamentum huius loci contuliſſe, æmulamque naturæ artem humanam oſtentaſſe item, quantopere polleat: quæ architecturæ vires ſint, quid ſculptura poſſit, quid pictura, portentoſis editis operibus demonſtrauit. Multa in templo, multa in cœnobio artis miracula, columnæ, tabulæ, ſigna & alia, quæ non ad imitationem naturalium rerum efficta ab ingenio humano, ſed à magna rerum parente, natura ipſa, formata eſſe videantur. Quin artes ipſas certare inter ſeſe, & aliam alterius opera imitari videas; ſculpturam

facere,

facere, quod picturæ proprium ſit, pingere tabulas nec oblinere coloribus, vt pictores ſolent: ſed inſectis verſicoloribus teſſerulis efformare animalium, plantarum, regionum imagines adeo iconicas, vt penicillo depictæ: imò nec imagines rerum, ſed res ipſæmet eſſe cenſeantur. Inſpice ſacerdotum in templo ſedilia; intelliges quæ ego tam ſpeciosè & magnificè dicere videor, verè & infra verum dici. Nec ſilendum eſt tot inter naturæ artiſque miracula ſepulchrum Antonij Butrij præſtantiſſimi Iuriſperiti; cùm hoc in ſe habeant præclara virtus atque eruditio, vt bonorum & literatorum hominum cineres memorari celebrarique debeant non minùs, atque ea, quæ vulgus mortalium in ſummis & pretioſiſſimis rebus habet. Inter ſuburbana agri Bononienſis ſpectacula ſcribo quoque Montem Guardiæ haut plus duobus millibus ab vrbe diſtantem, ea regione, qua Apenninus Bononiæ, vt dicam poſtea, imminens Aquilonem reſpicit, alluiturque ſecundum radices Rheno fluuio. Guardiæ nomen ad impoſita ſpecula traxit, quam Bononienſes cum Mutinenſibus bellum gerentes, ne ſubitis incurſionibus opprimerentur, in Montis iugo conſtituerunt. Ceterùm Mons non hoc admodum nomine, ſed potiùs extructi in eo templi; nec templum ipſum per ſe tantopere, quantum Imaginis DEIparæ inibi repoſitæ & ab Euangeliſta

Antonij Butrij IC. ſepulchrū.

Mons Guardiæ.

Imago D. Virginis à S. Luca picta.

ſta Luca depictæ religione ac miraculis celebrandum eſt. Imaginis huius hiſtoriam quia nuper Aſcanius Perſius vulgauit, neque luculentiùs ego, neque breuiùs, quàm ipſiuſmet verbis complecti poſſum: *Quo* inquit, *tempore Orientis imperium Comnenus Manuel: Occidentalē Fridericus cognomento Ahenobarbus obtinebat, Vir quidam in Græcia fuit vitæ innocētia ac religione cum primis venerandus, quippe qui, vt diuinum numen ſanctius colere, vitamque ab omni noxiæ labe puram exigere poſſet, cùm in ſola ac deſerta ſeceſſiſſet loca, ibi diu auſterè admodum, ac duriter vixerat. Hic aliquando Conſtantinopolim profectus, vbi ipſam iniit vrbem, rectâ in fanum Sophiæ tetendit; in quo veneratus Deum, luſtrare inde templum oculis, quæque in eo digna viſu cernebantur, contemplari cœpit. ibi inter multas Tabula viſebatur, in qua Imago inerat Virginis Deiparæ, in vlna puerum gerentis, vmbilico tenus picta. Subtus autem huiuſcemodi legebatur inſcriptio:*

TABVLA. HÆC. LVCÆ. EVANGELISTÆ. MANV PICTA. IN. FANVM. EIVS. MONTI. GVARDIÆ INÆDIFICATVM. FERENDA. IBIQVE. SVPRA. ALTARE. LOCATA. SANCTISSIME COLENDA.

In hac ergo defixis oculis vir ſolitarius, miraque imaginis eius reuerentia, ac religione ipſius animum ſubeunte commotus, eã pronus adorauit: dein litteras legit. Quæ vbi hominem

hominem mira incenderunt cupiditate cognoſcendi, quis nam ille foret locus, in quem transferri Imaginem iubebant, eius fani Sacerdotes de ea re continuò adit, à quibus ita reſponſum; ſe à parentibus accepiſſe eam Tabulam, ſumma ſemper religione habitam, eaſque litteras ibi diutiſſimè fuiſſe: nec dum tamen, cùm de Monte Guardiæ perquiſitum ſedulò foret, compertum eſſe quidquam. Tum ille iis pollicetur, ſi ſibi Tabulam concredere velint, terrarum ſe vſque eo peragraturum orbem, donec ad eam ignoratum diem reperiat locum, vbi ipſam deponat. Mirum ſanè, & vix dignum fide. Sed quid non facilè credas euenire poſſe auctore Deo? Impetrat continuo hiſce dictis homo ignotus, ignaruſque loci Tabulam eam ne notiſſimo quidem gnaróque loci tam facilè committendam. Etſi vti gnarus necne ille fuerit, haud nobis ſatis conſtat: ſic contrà, cognitum fuiſſe iis, præclara vitæ ſanctimonia, Græcum præſertim Græcis, longè vero ſimilius nonnulli putant. Ergo ferunda illi creditur Tabula, quam in perula, quæ ipſi ſub ala pendebat, reconditam, diligentérque prius obuolutam, conſalutatis iis, latus inde auehit. Tum alias atque alias errabundus regiones obit, locum percontando fruſtra inquirens. Tandem feſſus quæritando, ſpe propemodum abiecta inueniundi loci, Romam petere decreuit, vt ſi neque ibi, quò ex omni orbe concurſus mortalium fieri ſolet, de Monte Guardiæ certi aliquid didiciſſet, Tabulam ibidem in æde S. Petri relinque

linqueret,vel (quod magis vt credam inclinat animus) in Graciam remeans, vnde illam acceperat, eo referret. Ad vrbem ergo conuertit ille iter. Quò vbi peruenit,dum recta ad S. Petri adoratum ſe confert, ipſum fortè vir Bononienſis prætereuntem de feneſtra conſpicatur. Nomen illi Paſcipouero fuit, è nobili prognato genere Paſcipauerorum. qui tum in vrbe Senatoris Romani munere fungebatur. Hic vbi poſt humeros Eremitæ nonnihil de perula extantem videt Tabulam, miratus quid illud foret, accerſito ad ſe homine, rem ab eo percontatur. Ille omnia enarrat ordine, quid geſtet,vnde, & quò ferat. ex quo Montem Diuique Lucæ templum nominatim memorat. Senator vbi eum locum nominari audit, hæc fieri diuinitus coniiciens, ideóque ſibi iniectam cælitus curam,quid ille ferret, obortis gaudio lacrymis,Bono,inquit, lætóque animo es, Peregrine:nón te enim ad me,vt video, tam noſtra, quàm diuini vox Spiritus vocauit. Quem tu Guardiæ Montem,quod in eo Monte S. Lucæ fanum tantopere quæris, neutrum amplius (vtroque nimirum iam nunc abs te inuento) quæres. In agro noſtro Bononienſi Mons ille, illudque fanum eſt: altero haut longiùs lapide ab vrbe diſtant. Hæc vbi vir ſanctus accepit,cùm indagatum tam diu locum inuentum iam eſſe,quod ferè deſperauerat, ac propiùs adeſſe, quàm exiſtimaſſet, intelligeret ſumma perfuſus lætitia fuit. ita dignum eius, quo Senatorem affecerat, gaudij fructum continuo cepit. Ergo detracta ſibi ex

humeris

humeris pera depromptam inde Imaginem ab inuolucris vindicat, ac Senatori contemplandam offert. Quam ille non ſemel exoſculatus, atque intimis ſenſibus deueneratus, per liberaliter acceptum Eremitã, qua conſecuta eſt, nocte apud ſe retinuit. Cumque ei nihil quidquã fieret longiùs, quàm tanto Patriã munere collocupletari, poſtridie eius diei iuſſum Eremitam, quem ei parari mandauerat, equum conſcendere, cum famulo, quẽ ipſi ducem viæ addidit, cumque Imagine lætum atque alacrem Bononiam mittit. litteras ei ad magiſtratus dat, quibus ipſe aduentus eius cauſam docet: ſimul vt tantum Theſaurum ab eo inuectum, qua decet, reuerentia ſuſcipiãt, atque in præfinita à Diuino numine ſede collocatum ſanctè aſſeruent, & tanquam maxima DEI Opt. Max. in eam ciuitatem beneuolentiæ monumentum ſemper colant, adhortatur. Vbi Eremita Bononiam venit, literis Magiſtratibus ſtatim redditis ac perlectis, dicendi ipſi poteſtas fit. tum ille peregrinationem ſuam omnem, repetito altiùs initio, commemorat: inde detectam Imaginem in conſpectum iis dat. Commoti mirum in modum eo Spectaculo fuere cunctorum animi queis vna ſacrum quemdam horrorem, miſtamque lætitiæ reuerentiam incuſſit: vniuerſámque ex templo vrbem eius rei peruaſit rumor. Quippe omnium ordinum ciues pictam Tabulam, non vt ab homine oblatam, ſed tanquam de cœlo cernentibus ipſis delapſam veneralũdi atque exultantes excipiunt. Indicta mox tridui ſuppli-

cationes, quas ampliſſima pompa, religione ſumma obiere, caleſte illud donum per vrbem circumlatum feſto cantu ac pſalmate concelebrantes. Tertiò in veſperum inclinante die frequentiſſimus populus, perpetratis ſupplicationibus, Tabulam vſque ad montẽ Guardia profecutus eſt. Quam in templo, quod in ipſo montis cacumine Sancti Lucæ titulo poſitum extat, ſupra arã, vt ſcripto monebantur, ritè collocarunt Eremitæ, quem ſingulari humanitate publicè & priuatim exceperũt, ſi hîc, quod ſupererat vitæ traducere vellet, vbi haud ipſe minus, quàm in Græcia ſi ita videretur, ſolitudinem colere, atque ipſam etiam accolere Imaginem poſſet, in eodem Monte domum, qualem optaſſet ſibi, inædificaturos polliciti. At ille, cum iis egiſſet grates, re, quam ſanctè ſuſceperat, perfecta familiarem ſuum Græciæ ſeceſſum, forſaſſe eodem diuinitus vocatus, repetiuit. Ipſi curam Imaginis mulieri ciui, quæ Angelica vocabatur, eandem hunc cum ſociis mulieribus, religionis ſtudio, incolenti locum permiſerunt.
Hæc Aſcanius Perſius, qui deinceps exſequitur miracula, teſtantia huic Imagini diuinæ aliquid virtutis adeſſe. Ego hoc perfunctus indicio, cùm ſatis me Bononiæ moratum arbitrarer, ſtatueram vrbe agróque eius excedere: ſed enim illud vbique prædicatũ ænigma, quod in ſuburbano quodam prædio templi muro affixum exſtat, præterire non potui, non debui. Argutum eſt, in quo enodãdo multi neſcio an fruſtra deſudarunt. Alexan-

dro aliquo opus eſſe exiſtimo, qui indiſſolubilem nodum non tentet ſoluere, ſed rumpat. En lectitandum, non explicandum: *D. M. Ælia Lælia Criſpis, nec vir, nec mulier, nec androgyna, nec puella, nec iuuenis, nec anus, nec caſta, nec meretrix, nec pudica, Sed Omnia: Sublata neque fame, neque ferro, neque veneno, Sed Omnibus: Nec cœlo, nec aquis, nec terris, Sed vbique iacet. Lucius Agatho Priſcius nec maritus, nec amator, nec neceſſarius, neque mœrens, neque gaudens, neque flens, Hanc nec molem, nec pyramidem, nec ſepulchrum, Sed Omnia, Scit & neſcit, cui poſuerit. Hoc eſt Sepulchrum intus cadauer non habens. Hoc eſt cadauer extrà ſepulchrum non habens, Sed cadauer idem eſt & ſepulchrum ſibi.* Quid ais hoſpes? Dauus es, an OEdipus? Mercurius ego indicans explicanſque omnia, qualem me initio profeſſus ſum, hîc, fateor, agere partes meas non poſſum: cetera vrbis atque agri Bononienſis ſpectacula fide officioque meo expoſui: ita & exponam reliqua, quæ ſequuntur.

Ænigma obſcurum iuxta atque elegans.

Vide Guglielm. Alabeſt. apparit. in reuelat. Chriſti c. 11. Ricard. Vitus libro ſing. de Niobe in ſaxū conuerſa, tum & de Idæa Platonica & Anima interpretatur: Barnaud. de lapide Philoſoph. Turrius de Materia prima. Mar. Mich. Angelus de aqua pluuia.

Bononia, vt dixi antea, ab Auſtro Apennini alpes habet, quas inter Florentia Etruriæ metropolis iacet. Apenninus, vt volunt plurimi ſcriptores, ab Api antiquiſſimo duce & debellatore Italię denominatus, vt ſpina dorſi, Italiæ totius continentem roborat ac firmat. Enimuerò ad Ligurum alpes exſurgens Anconiam vſque protenditur: inde ſecundum Hadriaticum mare flectitur, atque vbi con-

Apenninus mōs.

tinuis iugis Venuſium attigit, in duo cornua abit: quorum vno Siculum fretum contingit, altero Ionium ſinum. Latitudinis eſt alibi alius, tranſitu autem quàm difficillimus; aſperant enim cum ardua ac prærupta iuga, in quæ debent euadere iter facientes, tum è ſummis culminibus in imas valles demittere ſeſe, iterum inde ſcandere, iterum deſcendere; quod cùm moleſtum eſt, tum maximè periculoſum: pluuio præſertim tempore, quòd glabris alioqui & latis lapidibus aqua, vt fit, expolitis difficulter equi hæreant ac ſuſtineant ſeſe. Primi maximè poſt Bononiam montes aſperrimi ſunt, quò verò receſſerint longiùs, laxant ſe magis atque dilatant: tum & coli ſe ſinunt, atque nobiliſſimos fructus copia excellentiáque incredibili producũt. Radices harum alpium ſub ipſa ſe vrbis mœnia ferunt: modicè tamen accliues ſunt & faciles Planorium vſque. ibi arduus cælo ſe infert mons, atque ex alio alius veluti [enaſcens] perpetuat vltra Scenas, & diſtendit Apenninum.

Planoriũ vicus. Planorium autem ſiue Bianora pagus eſt, ita vocatus ab Etruſco quodam duce, à quo omnem circumquaque regionem nominatam Bianorã fuiſſe quidam ſcribunt; & memini in exordio operis huius. alluſit Georgius Fabricius in itinere Patauino, his verſibus:

Iãque Brianoreo retinens cognomen ab Ocno
Oppidulum apparet: qui Tuſci filius amnis

Cognato

Cognato poſitos defendit litore muros
Ænea veniens comes ad Laurentia bella.

Qui Planorium malũt dicere, etymon ad regionis faciem referunt, quòd ſcilicet ex Etruria venientibus ibi loci prima poſt alpes planities occurrat. In eo pago munitiſſima quondam arx fuit, cuius hodie veſtigia quædam reliqua ſunt, diſiecta eſt à Bononienſibus, itaque vindicata eorum populorum defectio, anno Chriſti MCCCLXXVII.

Planorio Loianum iter ducit, firmiſſimum quondam caſtellum: at nunc temporis paucula ædes exſtant; aliæ à Bononienſibus eodem illo anno àtque eadem de cauſſa euerſæ fuerunt. Adiacet hîc pagus vertici pænè alpium: quà verò Occidentem ſpectat, propendet in vallẽ. Loiano Florentiolam pergentibus tranſeunda eſt ſilua caſtanearũ. Mox arduus in conſpectu mons erit: Petram Malam nominãt, aiuntque æternos intra viſcera ignes alere, & eiaculari interdum; fumare vt plurimùm, & vehementiſſimè, cùm pluuium tempus ſit. Florentiola, ſi vera memorant, Fidentia fuit; imò, ſententia mea, non fuit, & falſa illi falſi, vt opinor, ſimilitudine nominis cum illis ſubſcripſerim potiùs, qui Florentiolam agri Placentini cognominem huic pagum Fidentiæ, aut certè Fidentiolæ nomen antiquitus habuiſſe ſentiũt. Vtut eſt, diſtat Etruſca hæc Florentiola Loiano XIV. M. P. ſitáque eſt in ima valle, circumiacentibus altiſſi-

Loianũ.

Petra Mala.

Florentiola.

mis, & alicubi fumum atque ignem ſpirantibus Apennini jugis. Muris opidi in modum cingitur, parétque Sereniſſimo Etruriæ Duci. Poſt Florentiolam Scarparia eſt, opidulum à Florentinis anno MCCCXIII. ex ruderibus Actiani municipij exſtructum. Hoc atque illud inter altiſſimus & tranſitu difficillimus mons; ad cuius calcem quoniam ſitum eſt Mugellanam intra vallem, Scarpariæ nomen obtinuit. Laudantur cultri & forficulæ ibi fabricatæ. Vlteriùs progreſſi ad hoſpitium nomine reque nouum diuertimus; fuit enim ante annos non ita multos ab Etruriæ Duce peregrinantium commodo lautè exſtructum & inſtructum, in ſummo apice montis eius, qui ſenſim inde per magnum loci interuallum inclinans ſe, pedem ad ipſa Florentiæ mœnia ponit. E regione eius atque adeo regiæ viæ Pratolinum, ſplendidiſſimum Palatium, ab alto ſe oſtentat.

Scarparia.

PRATO

PRATOLINVM.

STRVCTVRÆ quadratæ eſt, & rariſſimæ pulchritudinis. Deſcripſerunt laudaruntque alij plurimi, Franciſcus Vierius peculiari libello: ambigo tamen in omnibus ne & tantum, quantum ſatis foret. Itaque nec ego aggrediar narrare, quæ narrando minora facio: tantum dico villam eam Magni Etruriæ Ducis eſſe, in qua ruſticari ſoleat, qui animum, qui opes potentiſſimi Principis nouit, non niſi magna, pulchra, voluptuoſa eſſe in conſecrato voluptati loco ipſe iudicabit: iuuabit tamen repræſentando antè viſa, quibus quondam oculos paui, pauiſſe iam animũ, atque obiectaſſe lectorem. Quadratum, vt dixi, ædificium eſt, ſuntque in vniuſcuiuſque contignationis quolibet latere quaterna conclauia, auratis & argentatis veſtita tapetibus. ornata ſignis & pictis tabulis, inſtructáque omnigena pretioſiſſima ſupellectile, lectis ac mẽſis marmoreis vel alabaſtrinis pulcherrimè laboratis. Cellæ etiam ſiue ſpecus ſubterraneæ monſtrantur irriguæ ſalientibus aquis, quarum vi ludicra multa exhibẽtur. Ita aquarum impulſu Pan paſtorũ deus præ ſe pecus agit, fiſtulamque ori admotam aquoſo ſpiritu inflat; cui accinunt ab arboribus auiculæ. Hercules etiam cernitur claua Hydram

Ferdinãdi Medicei laus.

Cubiculorum ornamenta.

Aquarũm luſus multiplices.

aquarum aduerſus ſe nimbum iaculãtem repellens: & delphinus aquis innatãs nudámque mulierculam vehens. Alio in antro Vulcani familiam videas operi deditam: iuxta gradus verò, quibus in has ſpecus deſcenditur, ſtupebis Pana accedentibus aſſurgere, & calamis ori admotis melos ſonare. Ceterùm parietes ſpecuũ marinis lapidibus ad rupium faciem aſperati, inſertíſque frequẽtibus margaritis, coraliis & conchyliis exculti; vt ſileam æris & marmorum ornamenta, ſigna atque effigies animalium ſua ſe vi mouentium: pauimenta verſicoloribus lapillis pictu-rata incredibile eſt, qua voluptate afficiãt ſpectatorem. Beati nobis eſſe videbamur eas inter delicias, cùm ecce denſus affunditur imber per occultos meatus artificiosè emiſſus. Fugimus tempeſtatem eam aquarum, & bene madidi, atque execrantes inhoſpitalem Neptunum egredimur in ſtadium, quingentos longum paſſus. Saliunt hinc atque inde luxuriãtes aquulæ. Aſcendimus inde Parnaſſum montem, vbi cum Apolline nouenæ ſorores hydraulicis organis colludunt. Concinunt haut procul aues, & velut inuitant hoſpites garritu ſuo, quamuis clauſæ ferreo in carcere: lætæ tamen & luce & ſpatio loci à viuido nemore vix diſtãtis. Hinc ad Palatium hortus occupat, amœno inprimis arearum ſeu porcarum, quas Hermolaus Barbarus vocat, ordine conſitus. Hæc ſiniſtra regione è multis

Parnaſſus. *Auiariũ.* *Hortus.*

pauca:dextrâ piſcinæ plures & Cupidinis circa eas ſpelæum; ita id ab æreo ſigno nominat.Herclè igneum Deum humido ac perfrigido loco condidêre, abſque flamma, abſque luce fax eſt, quin aquâ ſtillabat; & nos cum ſiccari oporteret etiam tum à priori pluuia madidos, exſiliens velut ex inſidiis imber infeſtánſque omnibus locis in fugam coniecit, quâ proximum fuit, ad ſacellum contendimus. Nec religio deeſt medio in luco, nec ornatus vtique ſacræ ædi; omnis enim magnificentiæ, quæ ad humanorum cultum ſplendorémque confertur, aut maximam aut non minimam partem iure merito diuina ſibi vendicant. Cæterùm aquarum tantam in tot loca molem diſtribuit ſaxeus quidam Deus, in antro creberrimis aquarum venis irriguo reſidens partem monti, partem aliam homini ſimilis. Apenninus eſt, vt mea fert coniectura; is quas fundit aquas, è circumiacētibus alpibus haurit, & ſuo omnes corpore receptas diuidit inde æquâ quibuſque locis portione. A tergo eius ſcitiſſimus fons, & ſubterrannea ſpecus eſt conſpicua ludibris illis & ornamētis, quæ ſuprà memoraui. Sequitur Labyrinthus; vltráq; eũ editiſſimo in loco marmoreus Iupiter omnem infrà veluti proſpectat molem, vibrátq; propitius ridentibus herbîs fulmineum imbrem. Ad finem tunc huius microcoſmi (ita ab ornatu locum rectè fortaſſis appellauero)

Cupido imbrifer.

Sacellum.

Colonus Apenninum negans

Labyrinthus Iouis coloſſus.

eramus, & ſol ad finem noſtri orbis. Itaque ergo ſalutato hoſpite profecti, ſub nocte Florentiam iniuimus.

FLORENTIA.

Vrbis ſitus: ETRVRIÆ princeps, ſita ad radices excelſi montis, quem à ſeptemtrione habet, & ſimilem aliũ à meridie: ab oriente claudunt aprici & vtrumque humiles colles feraces fructuum omnis generis. Itaque diſpoſita in iis videas innumera prædia & villas ciuium Florentinorũ. ad MDC. quidam numerârunt, non quidẽ in exotica regione eas omnes, ſed in toto circuitu; qui, vt dixi, à tribus partib⁹ mõtanus eſt, theatri in modum: à quarta Occidentali lata & campeſtris planities Piſas vſque protenditur, laborans quandoq; copiâ aquarũ, quas crebrò effundit intumeſcẽs Arnus. Notus hic fluuius eſt, atque ex Appennino ad Falteronam prodit perquàm exiguus: creſcit autem acceſſione fluuiorũ aquarúmq; ex alpibus defluẽtiũ, quas magnâ copiâ trahens Florentiã medius illabitur; inde Occidentalem, quam dixi vallem & Piſarum vrbẽ ſimiliter percurrens, haut procul Ligurno portu influit in mare Tyrrhenum. Florentiæ duas partes, in quas permeans Arnus vrbem ſecat, quattuor pontes coniungunt, atque ex his duo inſignes: Nouus alter, Vetus alter ex re nuncupati. Hinc plurimæ opificum

Suburbiorum frequentia.

Arni fons.

& oſtium.

Pons Nouus. Pons Vetus.

ficúm tabernæ inædificatæ ſunt. Ad noui caput pro templo SS. Trinitatis Coſmus Medicæus columnam ex ophite, cui rubea Iuſtitia inſiſtit, excitauit, quòd ibi loci nuntium accepiſſet deuictorum Senenſium. Mirum quãtum hoc ſigno ſculptor eius inclaruit; neque enim admirabilis modò elegãtia eſt, ſed multo maximè noua excogitata ratio cædendi porphyritis. Deſierat hic lapis in vſu mortalium eſſe, cum Coſmus Medicæus, immortalibus operibus Florentiam exornaturus inter alia magna ac rara eum procul petitum aduexit. Sed enim ſculptori marmoribus aliiſque humanæ manus patientibus ſaxis ad id aſſueto inſuperabilis primò eius durities viſa eſt; ſcalpella hebeſcebant, ferri fortiſſimi metalli naturales vires non ſufficiebant, addi ab arte robur oportebat. artifex tale quid cõminiſcitur: herbas, quarum vires apprime callebat, aliquot ſeligit, ac coquit, inde expreſſo liquore candens ferreum reſtinguit. quid ego? adeò inualuit ferrum, vt ad cædendũ porphyritem ſufficeret; itaq; victus humano ingenio lapis Iuſtitiæ formã accepit. A columna paruo diſtat Strozzarum Palatium, ex immanibus ſaxis ad Ruſticę architecturæ normam fronte tenus euectũ; inter ora nãque, & periſtylũ præſertim, ad Doricæ ac Corinthiæ regulas formata eſſe vidētur. Verùm enimuerò antè, quàm intimã vrbem perluſtrẽ, placet obiter & originem eius, & rationẽ nominis

Porphyritis ſculpēdis ars reſtaurata.

Palatium Strozzanum.

indagare. Primò certum eſt, quò minor de hodiernis eius opibus præſtantiáque inter omnes quidem Etruſcas ciuitates, elegantiâ autem nulli forſitan vrbium Europæ inferioris dubitatio eſt, eò tanti operis primos conditores magis eſſe in incerto. Sunt ſcriptorum nonnulli, qui memorent veteranos de Sullæ legionibus præmium militiæ exantlatæ accepiſſe agrum Fæſulanum: ſed pertæſos moleſti per montana itineris confluxiſſe ad imam vallam, & quia opportunior habitationi regio erat, certas ibi ſedes conſtituiſſe, vocaſſéq; Fluentiam à confluentibus Arno & Mugnone; quorum ille, vt dixi, perfluit, iſte alluit vrbem. Sunt alij auctores Florentiam à III. Viris C. Iulio Cæſare, M. Antonio & M. Lepido Coloniam fuiſſe deductam. Hæc ſententia, patet, quam ancipitem faciat priorem: quare ſugillat eam Volaterranus. Tertij ſunt, qui Fæſulanos eâdem de cauſsâ, quâ Sullanos milites, deſcendiſſe è patria, atque ad confluentes, quos dixi, habitaſſe ferãt. Nonnullis nouæ opinionis Cato auctor fuit ob hæc verba; *Ianus fundauit duas Colonias ad confluenta Arni, videlicet Fæſulas & Arin Iani*; hãc volũt ipſi à Totila Gotho vaſtatã, à Carolo Magno inſtauratam, atque à poſteris nominatam Florentiam fuiſſe, ſeu quia floris inſtar ſubitis augmentis excreuerit, ſeu quia ſit veluti quidam Italiæ flos. Equidẽ ab hodierno vrbis ſtatu non abhorret hæc ratio:

Florentiæ origo:

Frontin. li. de colon.

Vide Chriſt. Landinus comment. in Dantem.

etymon.

ratio:floret enim clariſſimi ſideris (Medicæorum principum) grato lumine recreata erectáque à languore eo, quo per inteſtinas ciuium diſſenſiones fuerat afflicta. Tum ſi maturo iudicio perpendas elegantiam ædificiorum, atque eorũdem inter ſe abſolutiſſimã ſymmetriã, agnoſces non falli vulgus, cùm *bellam* Florentiam & Italiæ florem nominat? quæ ego ſi membratim omnia deſcripſerim, operæ pretiumne aut conuenienter inſtituto facturus ſim, neſcio: nõ quod indigna relatu res ſit, ſed quod tanta tam varia ac multiplex, vt peculiare volumen expoſcat; cuiuſmodi Franciſcus Bochus accuratè perſcripſit. Illis ego paucis, quæ dicturus ſum, præmitto tenuem fore omnẽ verborum copiam ad illam rerum maximarũ rariſſimarum, pulcherrimarũ: earũ, vt paucis complectar, quæ faciunt, ex nobiliſſimis aliis ac plurimis Italię vrbibus, vt vna hæc *bella* vulgò appelletur. Ex iis obuium primò trans Arnum Pittorum Palatium; ita vocant, quòd ab ea familia extſui cœptũ, dein Coſmo Medicæo venditum fuit. Situm eſt humili in colle, cõſtátque è quadratis atque ingentibus ſaxis aptè inuicem concinnatis, infimâ ſui parte Doricam ſtructuram repræſentans, mediâ Ioniam, tertiâ ac ſupremâ Corinthiã. Exornantur tria eius latera venuſtis columnis & laxo periſtylio: quartũ horto amœniſſimo, quem Romano *Beluedere* comparare queas. Fontes in eo aliquod ſunt,

Forma.

Palatium Pittorum.

& ponè hortus.

ſunt admirandi ob magnitudinem lapidum,& elegantiam marmorearum æ rearumque ſtatuarum; paradromides & hypæthræ ambulationes ſpatioſæ veſtitæque topiariis iucundiſſimis. tum & nemus viſitur frequentium cupreſſorum;& ſpecus ruenti atque hianti ſimili,inſidioſa aquarum aſpergine hoſpitem excipiēs. Sed ædes potius admiremur,laxis conclauibus patentes,aulæis lucentes,marmoribus nitentes, picturis ridentes , auro radiantes,ſaxorum immanitate, ſi dicere licet , terribiles: admiremur nos quoque, quam alij ſuſpexerunt, ſcalam ad ſumma Palatij pertingentem , cochlidem , lapideam. An miranda ergo?& quæ principis viri domus ſcala eiuſmodi caret? inquis. Audi,quid in ea miraculi eſſe cēſeam acephali gradus ſunt , carent , inquam, intimo capite ſiue orbe illo, cui ad columnæ ſpeciem erecto omnes inniti ſolent: at ſcalæ iſtius architector fulcrum ac fundamentum , quo ſine vulgus architectorum negat cochlidē ſcalam fieri poſſe,capita intelligo & intimos graduū orbes,ſuſtulit, muroque molem totam cōcredidit. Itaque poſſis in ſummo eius cōſiſtens per medium inane ſpatium (quod columna in aliis ſolet explere) deſpicere ad imum vſque ſolum; quemadmodū qui in puteum introſpiciunt,niſi tenebræ intercipiant viſum, liquidam infrà cryſtallum vident. Magnum hoc profectò artis opus eſt,neque inter pulcherrima Palatij huius

Scala operis & artificij inſoliti.

huius ornamenta, imò miracula poſtremum:ſed vnicum ne ſit, faciunt geminæ iſti ſcalæ Ticini in Pontificio ſeminario ſpectandæ. Porrò ex hiſce Principis ædibus datur tranſitus ad alteras, quas in foro cis Arnanæ, vt dicunt, vrbis Coſmus Medices ædificauit, per obtectam & à terra eleuatam porticum, vt vitrò citróque cõmeantium nemo videri poſſit. At ego non antè tranſeo, quàm de S. Spiritus templo, quod item in trans Arnana regione ſitum eſt, narrauero, quæ vix ſine flagitio taceri poſſent. Quæ ergo illa? ſine ambagibus dicam. Altare eſt cum appoſitis ornamentis, pia Io. Baptiſtæ Michelocij Senatoris & ciuis opulentiſſimi, quod hoc opus abunde teſtatur, munificentia exſtructum. Non marmora ibi miror, ſolita paſſim in Italia & vſu vulgata: ſed gẽmas ac lapides peregrinos æſtimo. quî poſſim verò æſtimare, cùm pretij inæſtimabilis ſint? minùs aſſequor animo artificium, ſuperat enim omnem cogitationem, omnia encomia. Videre eſt è variorum colorum gemmis, vitri inſtar reſplendentibus & pulcherrima ratione teſſellatis, vrceorum flores continentium alia rúmque rerum formatas imagines. Superiorem ædiculam, in qua SS. Euchariſtia reponi ſolet, plures columellæ è cæruleo pretioſiſſimo lapide exſculptę, aureis epiſtyliis inſignes cõplectuntur; ad latera altaris quaternæ ſtant è viridi lapide colũnæ: ambit & claudit ipſum paries è variis politiſſimis

Templum S. Spiritus.

vbi altare pretioſiſſimum.

tiſſimis marmoribus conſtructus; cui ſuperſtat columellarum ordo ferreis inauratis cancellis variatus. At templum vaſtæ è petra Serena, vt Bocchus nominat, columnæ ſuſtentant. In vicinia Carmelitatum ædes item viſenda eſt. Tum tranſeas Arnum licet & forum petas, vbi Principis alterum Palatium externa quidem ſpecie tenus inferius illo, quod deſcribebam. Portæ adſiſtunt Hercules cum Caco, & Dauid è candido marmore artificioſè efficti: illi à Baccio Bandinello, hic à Michaële Angelo Bonarota nominatiſſimo & ſculptore & pictore. Intus atrium Corinthiis ſeptum columnis. Supra aulæ multæ ſunt ac ſpacioſæ: ea præſertim, in qua die ſacro S. Ioanni Baptiſtæ, quem ex omnibus Diuis peculiari cultu Florentini venerantur, agreſtium turba mixta è iuuenibus ac puellis formoſioribus choreas ducere ſolet, inſpectante Magno Duce & victorem ludi conſtituto præmio liberaliter donante. Lacunaria cænaculi eius inaurata ſplendidè ſunt; parietes picti ſumma arte referunt inſignes res à Rep Florentina ac deinceps principe eius Coſmo Medice bello geſtas. Ibidem poſita compluria è marmore ſimulacra: duo inſignia, alterum Leonis X. alterum Clementis VII. ſummorum Pontificum, & è Medicæa gente. Magna hæc atque illuſtria ſunt: ſed ab humanis paulliſper auerte animum oculóſque, & in ſacellum ducentem ſequere, in quo Euangelium

In deſcript. Florent.

Templum Carmelitarum

Palatium M. Ducis & eius elegantiæ variæ.

gelium D. Ioannis ab ipſomet ſcriptum ſeruatur; teſtem illum, teſtes eas litteras fidei noſtræ reuerere. Licebit inde Pandectas etiam, quæ in alio conclaui conditæ ſunt, perluſtrare: profanum quidem opus, ſed vtile ac neceſſarium moribus noſtris, nec prorſus expers diuinitatis, ſi credimus iis, qui leges è cælo demiſſas volunt. Licebit vna Magni Ducis epitrapezia ſpectare, id eſt vaſa auro, argentó, gemmis ſolida; ad hæc ſigna materiæ eiuſdem, & innumera alia pretij immenſi in XII. capaciſſimis condita armariis. Quod verò maximè in huius Palatij ſtructura mirantur, turris eſt è ſuperiore eius parte in forum pænè tota propendens, penſilem idcirco & aëream vocant, quòd cum leuia atque inania infra circaque eam conclauia ſint, fundamenta, quibus inſiſtat, habeat nulla, & ab vno tantùm latere muro Palatij inſerta ſit; tota alia moles velut pendere vacuo aëre videatur. quo eam nomine mirantur, & meritò. Contiguum huic Palatio aliud eſt, publicorum magiſtratuum ſedes comitialis, in cuius ſuprema contignatione theſaurus Magni Ducis repoſitus eſt: penus rerum pretioſiſſimarum ac rariſſimarum, quarum apprime ſtudioſi conquiſitores cultoréſque ſemper fuere Principes Medicæi. Quid collegiſſe putas, cùm ij, qui potuerunt ſuperabundantibus opibus, voluerunt? tot pænè miracula ſunt, quot res; à pretio alia, alia ab artificio aut veſtutate

Pandectæ Florentinæ.

Turris penſilis.

Ceimeliarchum M. Ducis.

vetuſtate ſtupenda. His nominibus excellunt LXXX. ſtatuæ, quas inter vna Scipionis brachio togam cohibentis; appoſitè ad illa Ciceronis verba: *Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga conſtitutus, & vt exercitatione ludóque campeſtri tunicati vteremur.* Sunt tabulæ ſupra trecentas pictos clarorum hominum vultus partim è Paulli Iouij muſæo, partim aliunde petitis imaginibus exhibentes, ſimulacra vtique humanæ diuinitatis. Quibus veluti per tranſennam ſtrictim perſpectis vbi ad tholũ, qui ex vmbilico ampliſſimæ eius contignationis ſurgit, acceſſeris, fieri non poterit, quin horrore ſimul ſtuporeque perfundaris; caligabunt oculi & confuſis sẽſibus fluctuabit quoque memoria. cò venia dabitur, ſi pauca & parum illa exactè deſcripſero. Ædicula eſt octangula ad angulos egregia ſigna habens, feneſtras cryſtallinas, peripetaſmata holoſerica, ornamenta imaginum gemmarumque infinita. non ego ſingula, non minuta: montem dico pretioſiſſimorum lapidum compage ſolidatum. nec putes Apenninum eſſe: gemmeus eſt, cuius materiæ hautquaquam prodiga natura Itaque hîc eam æſtima: ibi artem in globo quodam eburneo, intrinſecus Sereniſſimi Guilielmi Bauariæ Ducis coniugíſque ac filiorum abſolutiſſimas effigies continente; Herculis præterea ſudores argenteis ſimulacris ſignificatos, & nobiliſſimorum picto-

In Cæliana.

rum

rum opera. tum Muſæum, quod vocant, reliquo quidem tholo minus, verum pretio par. Octo in eo ſunt alabaſtrinæ columnæ, capita Romanorum Cæſarum geſtantes; cælum creberrimis gemmis, veluti ſideribus quibuſdam refulgens, impoſitum fert globum. è chryſolitho, ignis inſtar micantem. Proferetur etiam clauus, quem, ferreus cùm totus eſſet, Thurnheuſer, illa fama paſſim notus, Alchymiæ viribus, ſi Philoſophis placet, aureum partim fecit. Ita ſanè inquiunt; quamuis ferme doctiſſimus quiſque metamorphoſim hanc neget. Ad hæc horologium oſtendetur, Solis ſiderumque ſtatas circumuolutiones exhibens. Deinde armamentarium lectiſſimis armis, noſtratibus ac peregrinis refertum. Hæc de Palatio dicta ſint; nunc aliò feramus gradum.

In proximis infrà ædibus cohors præſidiariorum peditum agit: centum Germani caligis pictis Heluetiorum more veſtiti. Proximè forum humilis alia porticus viſitur, arcuata ornataque nonnullis ſtatuis. Ex his celebratur Iudithæ Holofernis caput oſtentantis, & Perſei Meduſæ caput tenentis; quæ vtræque ex ære fuſæ, artificio. ſingulari. nec omitto marmoream aliam, quæ viri mulierem in ſublime efferentis, ſub quo procumbit alius vir; decora fit & multiplex membrorum confuſio, eò admirabilior, quòd ex eodẽ lapide terna hæc ſimulacra exſculpta ſint.

Vide ſis Pererium lib. 8. Phyſ. c. 19. Pãcirol. de rer. inuent. tit. 7. Salmuth in Notis ad eum. Io. Riolan. Io. Anterned. Iac. Aubert. de cauſ. metal. Aurel. Chryſop. Hogbeläd de Alchym. diff. Maſetti ep. Chym. Laurent. Ventur. de arte Chym. Femel. lib. 2. de abd. rer. cauſ. Scalig. exerc. 23. Nicol. Guibert. Gaſton. Clauen, Augurel. Chryſipp. Faniã. Io. Ant. Fenott. And. Grutin. Rob. Vallens. Agricol. Picum.

Porticus iuxta forum. ſint. Porticus iſta forum ſpectat; quod eſt ſpatioſum ſatis, ornatumque cùm iam memorato Ducis Palatio; tum ſcitiſſimo fonte; quem circùm locatæ ſunt quatuor candidi marmoris ſtatuæ, & apud ſingulas æreæ duæ, ſed minores. tota Neptuni familia eſt: ipſe medius, ingenti magnitudine è Pario marmore formatus, quatuor equis dominatur. Circa hunc fontem, cui vix parem habet Italia, equeſtris ſtatua ſpectatur, ex ære fuſa eleganter. baſi ſeu cippo marmoreo inſiſtit, incluſaque eſt in vnumquodque baſis latus ærea tabella; quarum quæ in fronte eſt, hæc verba habet: *Coſmo Medici Magno Etruriæ Duci Primo. Pio. Felici. Inuicto. Iuſto. Clementi. Sacræ militiæ Paciſque in Etruria Authori. Patri & Principi Optimo Ferdinandus F. Mag. Dux III. Erexit An. CIↃ. IↃ.LXXXXIV.* Lateralibus tabellis ſuperſcripta hæc ſunt: *Profligatis hoſtibus, in deditionem acceptis Senenſibus. Plenis liberis Sen. FL. ſuffragiis Dux Patriæ renuntiatur.* Tergo baſis eſt inciſa: *Ob zelum religionis præcipuumque iuſtitiæ ſtudium.*

Fons in foro.

Statua Coſmo Med. poſita.

Templum S. Michaëlis. Perluſtrato foro ſi lubet progredi ad proximam D. Michaëlis ædem rectiſſimè iter inſtituetur. Perobſcura ea eſt, vt ſunt ferè omnia Italiæ paullò vetuſtiora templa, quoniam feneſtras raras eaſque ſpiſſis picturatas coloribus habent; ac neſcio, exſtructáne iſta, vt templum eſſet, an poſtea mutata in id fuerit: nam horreum

illud

illud publicum fuiſſe non nemo ſcriptũ reliquit. Miraberis inibi aram DEIparæ Virginis quatuor columnis obſeptam ædiculæ in modum, quæ è candido lapide tota exſculpta, & vniuerſam D. Mariæ vitam per imagines pulcherrimè laboratas repræſentat. Exteriori huius templi muro inſertæ ſunt nonnullæ ſtatuæ, quarum elegantiam enucleat Franciſcus Bocchus; interque eas vna eſt D. Virginis hac cum epigraphe:

Hanc ferro effigiem petiit Iudæus, & index
Ipſe ſui vulgo dilaniatus obit
M. CCCC. LXXXXIII.

Iconoclaſtæ Iudæi interitus.

Exiguo abhinc interuallo ſita eſt maxima vrbis ædes, D. Virgini Mariæ, Floridæ cognomento à Florentinis ciuibus ſub annum M. CC. LXXXXVIII. erecta, architecto Arnulpho Lapo; longa à foribus ad Chorum ſiue intima penetralia vſque pedes ampliùs CCC. lata LXV. Stupendi operis eſt *Cupola*, id eſt teſtudo octogona hemiſphærij in modum faſtigiata, vix credibilis ei, qui oculos iudices habet, altitudinis: vlnas enim alta eſt CLIV. præter capitulum ſeu turriculam ſuperimpoſitam, quæ in ſex & triginta vlnarum celſitudinem attóllitur, ſcanditúrque ab humo gradibus quingentis viginti. Vnumquodque octo laterum, quæ dixi, LXXV. pedes protendi in longitudinem comperi. Intrinſecus tria ambulacra habet, quorum quod eſt infimum, circùm

Templum D. Mariæ Floridæ.

cuius teſtudo deſcripta.

cùm totam ædem ducitur, eíque forinſecùs reſpondet aliud coronidis vice è marmore ſtructum ita, vt totum templum intùs exteriúſque ambiri poſſit: anteriori parte excepta, quæ cultu marmorum nigrorum alborumque, quibus exteriores parietes artificiosè incruſtati ſunt, caret. pariter & ambulacrum illud ibi interruptum eſt: credo, quòd cùm ea templi frontem reieciſſet ad vltimum artifex elegantiori meritò opere exornandam, caſus aliquis ſeu ipſi ſeu ciuibus incidens impedierit tantæ fabricæ complementum. Ceterùm auguſtiſſimus ille, quē dixi, fornix illuſtratur arte excellentium duorum pictorum Vaſarij & Zucchari, qui vltimum illud futurum iudicium in arcu eius optimè adumbrarunt. Arcus capitis vice turriculam, quam dixi, geſtat, ſiue prægnantes aliquot è candido marmore exſculptas columnas, quarum interſtitia vitreis feneſtris expleta ſunt. Columnarum vna caua eſt, perque eam in globum inauratum aſcenditur. Et huius capacitati, qui fidem oculis dederit, fidem denegaturus eſt. altitudine omnem humani corporis longitudinem excedit: amplitudine eſt pedum XX. metiendo non diametron ſolam, ſed peripheriam totam. Fornix iſte Chorum tegit, qui & ipſe octogonus eſt, circumſeptus marmoreis columnis & imaginibus Parium in marmor perbellè inciſis. Eiuſdem materiæ

teriæ ipſa quoque Ara eſt, Baccij Bandinelli eximij ſtatuarij opus: eiuſdem ſunt XII. prægrandia Apoſtolorum ſimulacra à ſummis ſculptoribus, quos nominat Bocchus, effecta. Monumenta clarorum hominum in hoc templo non pauca exſtant, quæ ego non omnia, præcipua duntaxat memoro: Marſilij vnum ad dextram lateralem portam cum hac inſcriptione: *In deſcr. Florent.* **Marſilij Ficini monumentum.**

En hoſpes, hic eſt Marſilius Sophiæ pater,
Platonicum qui dogma culpa temporum
Situ obrutum illuſtrans, & Atticum decus
Seruans Latio dedit, fores primus ſacras,
Diuino aperiens mentis actus numine.
Vixit beatus antè Coſmi munere
Laurique Medicis, nunc reuixit publico.

S. P. Q. F. anno M.D.XXII.

Contra hanc Ficini, effigies eſt Dantis Aldigerij Poëtæ Florentini in tabula depicta, vaticinantis habitu, ſubſcripto hoc epigrammate: **Imago Dantis.**

Qui cælum cecinit, mediumque imumque tribunal,
Luſtrauitque animo cuncta Poëta ſuo:
Doctus adeſt Dantes, ſua quem Florentia ſæpè
Senſit conſiliis & pietate patrem.
Non potuit tanto mons ſæua nocere Poëta,
Quem viuum virtus, carmen, imago facit.

Adiungo

Monumentum eius, qui templi teſtudinem,

Adiungo monumentum Philippi Bruneleſcij *Cupulæ* exſtructoris cum hac epigraphe: *Quantum Philippus de Bruneleſco architectus arte Dædalea valuerit, cùm huius celeberrimi mira teſtudo templi, tum plures machinæ diuino ingenio ab eo adinuentæ documento eſſe poſſunt. Quapropter ob eximias animi ſui dotes ſingularéſque virtutes XV. Cal. Maias Anno M. CCCC. XLIV. eius B. M. corpus in hac humo ſuppoſitum grata patria ſepeliri iuſſit.* Hoc prope aliud eſt, in quo hi verſus à Politiano ſcripti:

& eius, qui turrim propinquam exſtruxit.

Ille ego ſum, per quem pictura extincta reuixit,
Cui quàm recta manus, tam fuit & facies.
Natura deerat, noſtra quod defuit arti,
Plus licuit nulli pingere, nec meliùs.
Miraris turrem egregiam ſacro ære ſonantem,
Hæc quoque de modulo creuit ad aſtra meo.
Denique ſum Iottus, quid opus fuit illa referre?
Hoc nomen longi carminis inſtar erat.
Obit anno M. CCC. XXXVI. Ciues P. P.

B. M. Anno M. CCCC. XC.

Turris marmorea.

Ecce tibi turris ædificatorem, quæ proximè templum in altitudinem centum & quadra

quadraginta quattuor vlnarum exſurgit, ampliùs vicenas defoſſa infra terram. Habet quattuor latera aperta,& muro tẽpli nulla ex parte immiſſa:ſita eo artificio, vt qui ad angulũ ſtraminis(locus eſt vulgo *canto della paglia* vocitatus) conſtiterit,vnico intuitu omnia videat.In his admirabilis ſculptura eſt è triplici marmore, albo, nigro, rubeóque: diſpoſitæque ſunt ſuis locis ſtatuæ, quarum interualla aut permeans occupat aër,aut vermiculato opere explentur. Porrò ante frontem tẽpli,quod deſcripſimus,area eſt:atque in ea ædicula Marti quondam, iã S.Ioanni Baptiſtæ conſecrata, octogona:cuius pauimentum ampliùs medium fruſtulis lapideis pictum, parietes albo nigróque marmore contegũtur. teſtudo opere muſciario ſeu muſiuo, quod moſaicum vocant,illuſtratur. Ianuæ tres ſunt, earúmque valuæ æreæ: in ære biblicæ aliquot hiſtoriæ ſpectantur, fuſili opere expreſſæ à Laurentio Cione Chibertio:quibus pares arte alias vix in toto terrarũ orbe reperiri autumat Leander.Ad portam principalem erectæ ſtant porphyreticæ duæ columnæ, quas Piſis aduectas fuiſſe fama eſt:inuitiſne verò ereptæ fuerint, an volentes eas Piſani miſerint, quamque ob cauſſam, haut ſatis conſtat:aliam atque aliam ſermonibus iactant.probabilis hæc eſt,& atteſtatur Platina,Florẽtinis, quòd Piſarum vrbem à Lucẽſibus tutati eſſent, Piſanos eas dono mandaſſe. Intra ædiculam

Fanum D.Ioannis Baptiſtæ.

In Flor.deſcript.

In Paſchali II.

culam viſitur albaſtrinum baptiſterium belliſſimè elaboratum, quò totius vrbis infantes luſtrandi deferuntur. E regione adſpicias licebit veterem æneam arcam hac cum epigraphe : *Baldeſaris Coſſæ Ioannis XXIII. quondam Papæ corpus hoc tumulo conditum* ; & conditum munere Coſmi Medicæi, vt camerarius prodidit. Hinc proximus ad fanum PP. Societatis IESV tranſitus eſt, quod ſatis excultum : proximæque ei ſunt Medicæorum amplæ ſuperbæque ædes. Priùs tamen quàm vlteriùs progrediar, placet deflectere ad Abbatiam, quam vocant (celebre & templum & monachium PP. Benedictinorum) paruo diſtantem ab Eccleſia Cathedrali. Eius conditæ hæc hiſtoria narratur. Circa annum à nato Chriſto DCCCCLXXXIX. Etruriã Othonis III. nomine (nondum enim Italię regno exciderant Imperatores) regebat Hugo Comes, ſeu vt appellant alij, Marchio Brandeburgenſis, qui familiæ eius primus in Electorum numerum adſcitus fuit : impatiẽtiſſimus vir otij illiberalis. Itaque cùm à iure d[illegible]do ceteriſque negotiis quies ſuppeterẽ, [illegible]nãdo exercebat corpus. Sed erãt illa tempeſtãte circa Florentiã non, vt hodie, culta omnia, verùm ſolitudines ſiluæque pleraque obtinebãt : ager maximè, in quo hoc tẽpore cœnobium *Buonſolazzo* conſpicitur, nemus erat auium, & ſaltus ſiluestribus feris in primis expetitus.

Oper. ſucceſſ. c. 67.

Templũ PP Societatis.

Palatium Mediceorum.

Abbatia PP. Benedictinorum.

Frãc. Boccius in deſ. Flor. Io. Vill. lib 4. c. 2. And. Engel. in breu. rer. March.

tus.Huc fugientem agens ceruum Hugo cùm perueniſſet,immemor comitũ, prædam modò conſectans,terribile ſpectaculum occurrit : cauerna fumans, mixtámque fumo piceam vomens flammam. Venator inhibet curſum , & quid id rei ſit, auribus oculiſque captat. videt ſubinde horribiles virorum formas, & ab his homines alios malleis pulſari torquerique crudeliſſimis modis.nec ſe continet,compellátque turbam inferentium patientiúmque ſupplicia : quæ libido inquit, ſæuiendi crudeles vos , aut quæ miſeros vos noxa tenet?Editur illico media è cauerna reſpõſum,horrẽdi ſoni,in hæc ferè verba : Ne exiſtimes,vti corporeus tu es, ita nos carne & oſſibus conſtare:executores diuini iudicij ſumus , & ſontes hoſce meritis ſuppliciis afficimus, quia dum in humanis fuerũt, DEI voluntati aduerſati ſunt. Simul verba deſiere, ſimul omnium reiũ ſpecies euoluta ex oculis fuit. Cæterùm alta mente, quæ viderat,quæque audierat,Hugo recondidit:& quod iam nox ingruerẽt,ad proximũ eremitæ cuiuſdam tuguriũ diuertit.Exceptus perhumanè,& paupere cibo recreatus , reliquum noctis dormiẽdo exegit. In ſomno viſus eſt ſibi videre ſterile ſolũ dumis ſentibuſque exaſperatũ,ac ſe per id ſine duce, ſine comite iter habere:niſi quòd denique venerabilis vir,talarẽ togã indutus & ſacerdotẽ vultu habitúque corporis totius referens,obuius fuit.Hic ſciſcitantem de via

iuſſit ſuis veſtigiis inſiſtere; prægreſſuſque in ſeptem eum templa humilia nec ſumptuoſa introduxit,& pſallentes inibi monachos oſtendit. Somnij huius ſomniíque idem finis Hugoni fuit, & iam diluxerat, præſtóque erant famuli,tota nocte quærendo hero conſumta. Salutantibus, vt mos fert aulicorum,nihil reſpondit; neque aliud antè elocutus eſt, quàm Florentiam reuertit. Omniũ primò Epiſcopũ vrbis & Cardinalẽ ſanguine ſibi iũctũ acciri iuſſit:his & hoſpiti ſuo eremitæ, quæ interdiu quæque ſecundũ quietẽ vidiſſet,expoſuit:orauit,vt quid ſibi facto opus eſſet ſuaderent. Hortantur cõmuni conſilio; vt ſeptenas ſacras ædes honori D.Benedicti exſtruat. Ita fecit: primámque hanc,de qua agimus, Abbatiam condidit. Grati verò erga conditorem Benedictini PP.cineres eius marmoreo inſigni monumento cohoneſtarunt,appoſitis inſignibus & iconico eius ſimulacro,Inſcriptóque titulo, quẽ apud Schraderũ legas licebit,diem præterea anniuerſarium,qui D. Thomæ feſtus eſt, memoriæ eius dicatũ,omni cum pompa & honoris genere concelebrare hodiéque ſolent. Templo PP.Societatis IESV, vnde huc diuerterã, adiacet à tergo Baſilica S. Laurentij: nobilis & ſua ipſius ſtructura, & Medicæorum Principũ monumentis. Signa huius rei, qualia etiam alibi ac præſertim Senæ vſurpant, ſunt inſignia Medicææ gentis in ſericis vexillis depicta, & toto templo frequen

Hugonis Brandeburgenſis I Electoris pietas.

Templũ S Laurẽtij.

frequenter ſuſpenſa, ad hæc ſacellũ candido intus marmore opertũ, in quo Medicæorum cenotaphia, conſpicua binis heroũ ſedentiũ ſimulacris Pario ex marmore effictis: nec paruæ artis alterũ opus ibidem ſtatutũ. DEIparæ ſcilicet effigies è ſimili marmore exciſa, proptérque eam adſiſtentes marmorei itẽ Coſmas & Damianus, Medicææ familiæ tutelares Diui, Medici ipſi. Cetera, quæ ad architectonicen huius loci pertinent, apud Franciſcũ Bocchum tute legas; multus eſt in deſcribendo laudandóque hoc ſacello, vt iudice ipſo inter vrbis opera primas ferat elegantiæ & architecturæ nomine. Contra id iuxta æreos clathros marmorea arca ære cælata conſpicitur, in qua cineres Ioannis & Petri filiorum Coſmi Medicæi. Ad veſtibulum ſiniſtræ templi portæ marmoreus tymbus eſt, hac inſcriptione: *Paulo Iouio Nouocomenſi, Epiſcopo Nucerino, hiſtoriarũ ſui tẽporis ſcriptori ſepulchrũ, quod ſibi teſtamento decreuerat, poſteri eius integra fide poſuerunt. An. MDLXXIV.* Admonet me huius viri eruditio bibliothecæ, quæ ad D. Laurentij, inſtructiſſima manuſcriptis Hebraicis, Græcis, Latinis codicibus. Caue negligas locum, hoſpes: quãquam illiteratus ſis & oſor librorum, reperies grata alia & iucũda oculis tuis, quibus paſcantur. ita factus, ita ornatus locus eſt, vt libri non ſoli ſpectari mereantur. Nec tacendum eſt ſacellũ, quod Ferdinandus laudatiſſimus Etruriæ Prin-

Vbi Sacellum Medicæa.

Tumulus Pauli Iouij.

Bibliotheca Laurẽtiana.

ceps dignũ cæteris immortalibus operibus, quæ geſſit geritque cottidie, ad frontẽ Laurentiani templi extruendum curat. Decrêſſe aiunt ipſum ad hoc opus duos auri milliones; quæ licet incredibilis pecuniæ ſumma nonnullis videri poſſit, repertura attamen facilè fidẽ eſt apud eos, qui opes, qui magnanimos ſpiritus optimi Principis cognitos habent. Nihil ibi vulgare futurum: excelſa & minimè trita Ferdinandus meditatur. Vt gemmas taceã aliáque pretio quidem magna, ſed vſu iam vulgata: cryſtallinæ columnæ auratis capitulis fulgentes conſpicientur in illo ſacello propediẽ, vt ſpero: abſoluta enim ſunt ornamenta ferè omnia. Beatum puto, qui illa ſuis locis diſpoſita, qui tot in vnũ locum congeſta artis naturæque miracula viſurus eſt. Sed me præſtat præſentibus acquieſcere: futura opera futuris relinquenda. Sequitur D. Laurentij ædem templum S. Mariæ cognomento *Nouella*, Dominicanis PP. commiſſum: habétque contiguũ cœnobium, & hortos amœnos. Eius teſtudo à pluribus colũnis ſuſtentatur: apud vnã harũ leguntur iſthæc verba nigricanti marmori inſculpta: *Deo, ac D. Petro Martyri Catholicæ fidei propugnatori acerrimo, Ioannes, Ioannes Baptiſta atque Angelus Benedictij fratres Marci FF. ob præcipuum in eum ſtudium ac pietatem erexerunt.* E regione fermè monumenti huius aliud in conſpectu eſt, cuius iſta ſubſcriptio: *Beati Ioãnis Salernij hic ſunt oſſa locata,*

Materies Sacello Fernandęo deſtinata,

Ædes & monaſterium S. Mariæ Nouellæ.

Monumenta D. Petri Martyris:

Ioan. Salernij.

ta, cuius caput cũ multis Diuorũ Reliquiis in ſacrario ſeruatur. Hic autem à Diuo Dominico, Prædicatorũ familiæ principe atque auctore, cũ XII. ſociis in hãc vrbẽ miſſus, auguſtũ hoc templũ & cœnobiũ publicè ædificatũ primus coluit atque inſtruxit, & gregẽ antiſtes rexit, & vita, moribus præceptis veráque doctrina, & poſtremò miraculis fulſit, & Chriſtianã pietatẽ decorauit. Tertiũ eſt B. Remigij, hoc titulo: *Beato Remigio Flor. è familia Diui Dominici, qui obiit An. Dom. MCCCXIX. cuius corpus in iaciẽdis huiuſce ſacelli fũdamẽtis Nicolaus Gaddi cùm inueniſſet & ſub arã cõdi iuſſiſſet, monumẽtũ hoc pietatis cauſa F.C. An. Dõ. M.D.LXXVII.* Eſt ſacellum hoc pretioſis diuerſorũ colorũ lapidibus ſplendidè perornatum. In dextra templi ala exſtat ſepulchrũ Ioſephi patriarchæ Conſtantinopolitani, qui obiit anno M.CCCCXXXX. Kal. Iunij: quo tempore Eugenius IV. Pont. Max. frequentiſſimum concilium hac in vrbe coëgerat, & Græcos atque Aphricos quoſdam Chriſtianos errorum conuictos ad orthodoxam religionem reduxerat. Placet adſcribere verſus Ioſephi eius ſepulchro inſculptos, vt interpuncti ſunt:

B. Remigij,

Ioſephi patriarchæ Conſtant.

Eccleſiæ antiſtes fueram qui magnus Eoæ.
Hic iaceo magnus religione Ioſeph:
Hoc vnum optabam miro inflãmatus amore
Vnus vt Europæ cultus, vt vna fides.
Italiam petij, fœdus percuſſimus vnum
Iunctáque Romanæ me duce Graia fides:
Nec mora, decubui. Nunc me Florẽtia ſeruat,

Qua tunc Cõcilium floruit vrbe ſacrũ.
Felix qui tanto donarer munere viuens
Quo morerer voti compos & ipſe mei.

Ioan. Boccacij. Vide Baron. 3. tom. annal. p. 385. D. Aug. l. 2. de ciu. Dei c. 14 Plat. 2. de rep. Cic. 3. Tuſc. q. 1. poetæ C. de profeſſ. lib. 10.

Boccacij boni poetæ, ſed tamen poetæ, id eſt hominis ex ordine eorum, quorum ſcripta, inquit Boterus, reip. Chriſtianæ obfuere crebro, profuêre nunquam; Ioannis inquam Boccacij in æde D. Mariæ Nouellæ ſepulchrum eſt, & epitaphium geminum prius:

Egregiis notus Latiis Boccaccius oris
Figmentis, patrio raptus in orbe iacet.
Obiit M. CCCLXXII. Vix. ann. LXII.

poſterius;

Hac ſub mole iacent cineres atque oſſa Ioannis,
Mens ſedet ante DEVM meritis ornata laborum.
Mortalis vitæ genitor Boccaccius illi,
Patria Certaldũ, ſtudiũ fuit alma poeſis.

Extra templum in periſtylio vetuſtas inter imagines quibus pingitur paries, vna videtur Abel & Cain ſacrificantium; aræ hexameter hic verſus inſcriptus:

Sacrum pingue dabo, nec macrum ſacrificabo.

Templũ S. Marci.

lege inuerſum, pentamater erit. Hinc regredere vltra memoratum S. Laurentij templum ad D. Marci, quod Coſmus Florentinorũ Dux à fundamentis excitauit,

Bibliotheca ad D. Marci.

atque in cœnobio Prædicatorum, quod templo adiunctum, bibliothecam plurimis atque exquiſitiſſimis voluminibus inſtruxit; cui ætate Blõdi, vt ipſe teſtatur,

par

par in Italia nulla erat. Simlerus tamen non à Coſmo, ſed Laurentio Medicæo (quod magis credere lubet) & Nicolao Nicolo patricio Florentino conditã hãc ad D. Marci bibliothecam fuiſſe ſcriptum reliquit. Templi decus atque ornamentum precipuum eſt ſacellum à Saluiatis proceribus D. Antonino è familia Dominicanorum, archiepiſcopo Florentino, ſub ara ibi humato, exædificatum è pretioſiſſimis lapidibus, plurimo marmore Pario; è quo etiã exciſæ ſunt ſex prægrandes Diuorum ſtatuæ, ſupráque has æreæ paginæ inſignes Diuorũ res geſtas fuſili opere repræſentãt. Sacelli huius ſanè eximij architectus fuit Ioannes Bologna Belga. Non longè ab eo in templi pariete marmorea tabula eſt, cui inciſum hoc diſtichon: In epiſt. biblioth. Geſner.

Ioannes iacet hic Mirandula: cetera norunt
Et Tagus & Ganges, forſan & Antipodes.

Politiani ibidem conditi memoriæ hoc ſcriptum:

Politianus in hoc tumulo iacet Angelus, vnum
Qui caput, & linguas, res noua, tres habuit.

Ad ædem D. Mariæ Annuntiatæ etiamſi non vocem, inuitabit te tamen frequens omni tempore ciuiũ & exterorũ concurſus. Eò ægri vt ad medicũ confluunt, certè ad quem meliùs? tot tantíſq; reſtituta ſa- S Mariæ Annunciatæ.

nitas diuinitus;& quicunque ſinceré opē ſubſidiúmq;malis ſuis implorarunt,acceperunt.Indicio ſunt myriadēs votiuarum tabellarum ſignorúmq;,quibus totū tēplū (verè dixerim)onuſtum eſt ; ea ſunt monimēta,ſpem,vt in rebus humanis fallacē,ita in DEO,Diuáq;eius matre fixā,vanā nunquā fuiſſe.Facit religionem iſtam loci imago Angeli D. Mariæ Aue dicētis, quam pinxiſſe D.Lucas perhibetur. Hæc vulgaris iuxtà ac falſa fama eſt:verior illa,nec miraculo minor. Pictorem ferunt, probū ac piū hominem,ceteri quidē corporis imaginē ſuâ manu excellenter pinxiſſe; cùm vltimum operis ac præſtantiſſimū reſtaret,ipſe D. Virginis vultus efformandus anxium animo , ac ſeu diffidentem arti , ſeu formam ſolicitè excogitantem , pauliſper obdormiiſſe : à ſomno cùm ad opus rediret , vidiſſe abſolutam faciem omnibus numeris admirabili elegantiâ ; creditúmque haut falsò, diuinitus admotam fuiſſe manum, cùm humana accedere potuerit nulla. Atque vt tanto cælitus demiſſo operi humani omnes honores haberentur, in pretioſiſſimo altari collocatum fuit. Claudunt altare quatuor alabaſtrinæ columnæ , illuminant triginta ex argento lampades , vt taceam bina argentea maximi ponderis candelabra, ceteráque donaria. Templi vniuerſim ornatus ac ſplēdor in ſacellis plurimùm elucet;quæ licet cuncta pulcherrimis picturis decorata ſint,

Vnde tāta loco religio.

Fr.Bocchus ibid.

ſint, facilè attamen, me iudice, omnibus præſtat intimum, quod Ioannes Bologna ſummi nominis ſculptor, ſibi ſuęque artis ſtudioſis conſtruxit è fuſco lapide, diſpoſitis iucundiſſimæ ratione colũnis, & è Pario marmore exſculptis ſtatuis, & ex ære fuſis tabellis Chriſti perpeſſos cruciatus referentibus. Numerandum quoque inter elegantias templi huius ſepulchrũ Baccij Bandinelli, præclariſſimi ſtatuarij, ſuum iuxta opus, ſtatuam ſcilicet Chriſti ſeruatoris cubantis.

Io Bologną Belgæ clariſſimi ſtatuarij.

Itemque Baccij Bandinelli monumenta.

Monaſterium, quod templo adiacet, Seruitæ poſſident, iam inde ab anno Salutis MCCXXXIII. qui religionis ipſorum primus fuit, primum inſtitutæ in hoc monaſterio à ſeptem patricij generis viris Florentinis. Quid ergo mirum eam, quæ Florentiæ à Florentinis plantata fuit, mox floruiſſe, ac per vniuerſam Italiam longè latéque propagatam fuiſſe? vnde Reipub. Chriſtianæ maximi nati ſunt fructus, quæ Seruitarum religionis initia & incrementa pulcherrimis imaginibus expreſſa in monaſterij atrio ſpectantur. Iam aream vide, quam ante templum ampliſſimam (vnde plurima loco maieſtas) complectuntur geminæ porticus; ex his dextra orphanotrophei, quod introrſus latè admodum patet, frontem conſtituit. Nihil de ornatu loci ac magnificentia dico, quanquam ea quoque ſuas laudes merentur: dico, prædico pietatem ac

Seruitarum religio quando & à quibus orta?

Orphanotropheũ.

beneficentiam ciuium Florentinorum,& omnibus terris,vbi ea non viget, imitandam propono quanta eá quámque illuſtris exemplis ſit, multitudo hominum, in quos confertur, argumento erit. Aluntur, nec victu modò; ſed veſtitu & omnibus neceſſariis ad vitam rebus iuuantur pueri puellæque ad D C C. præter lactantes vix pauciores trecentis; & nutrices miniſtroſque; quorum ea eſt multitudo, vt ad M C C C C.homines ſumptibus huius modo loci quotidie cibentur. Quam putas in ceteris xenodochiis (de quibus poſtea) degere turbam infantium,decrepitorum,languentium,orphanorum? coniectura tua ſit: mihi hæc dixiſſe ſatis eſt. Nec ſilenda verò monſtri effigies, quam hoc in loco exſtare non nemo ſcripſit; monſtri, inquam, nati in agro Florentino, ſpecie corporis tali, vt monſtrorum omnium monſtroſiſſimum potuerit videri. Munſterum præter ceteros ſcio errantis in alienos fœtus naturæ opera complura deſcripſiſſe: & illud inſigne, quod circiter annũ milleſimum quingenteſimum Birſtadij (VVormatienſis agri pagus eſt) editum Geminæ coaluerant in vnam frontem puellæ, integris cetera & diſcretis corporibus, Incedebant vnà, dormiebant vnà, expergiſcebantur vna,quid multa?communem vitam decem ferme annos vixêre, obiêre mortem diuerſam; altera enim à cadauere reſecta aliquamdiu ſuperfuit.

D. Auguſti

D. Auguſtinus natum refert ſua ætate hominem quadrimanum, quadrupedem, bicipitem, ſed ventris vnius. Non abſimili, horridiore tamen corporis figura fuere gemini in orphanotropheo Florentino ſepulti, depicti, deſcripti iſthoc epigrammate: *De ciuit. Dei l. 16. c. 8.*

Hac Petrus Pauluſque ſub vno corpore bini,
Fabrica naturæ mirâ, iacemus humo.
Cuique ſuum fuit & manuum, fuit oris opuſque
Veſica, aſt vnum fluxile ventris onus.
Iunxere extremæ partes non corporis ambos,
Quas ſimul & neuter dicat vterque ſuas.
Neutra ex parte pedes, capita ex vtraque fuerunt
Bina, ſed è medio corpore planta fuit.
Bina ſed è medio quæ corpore planta deorſum
Pendebat, ſurſum quinta erat vna manus.
Non verò nobis vnus ſomnuſque cibuſque,
Nec riſus nobis fletus & vnus erat.
Somno membra dabant, ridebant vnus & alter,
Lugebatque vnus, flens quoque & alter erat.
In Florentina natos nos fluminis Arni
Valle dedit patriæ nos pia cura patris.

Inde

Inde alti & ſacro pariter de fonte leuati
Viximus ambo decem bis totidemque dies.
Quid nunc Neptunum, quid nunc Ianumque bifrontem
Miraris? Stygij terna quid ora canis?
Et quid Gerycnis tria corpora? ſcilicet vnum
Nos corpus, binas nos animaſque lege.

Geminis iſtis Petrus & Paulus, vt habet epigramma, nomina fuêre. Quid ad hæc Ariſtoteles? negaſſet, opinor, geminos eſſe, quibus venter & cordis ſedes vna, quamuis membra multiplicia fuiſſent. Phloſophi viderint; noſtrâ nihil refert, vnúmne hominem an plures monſtrifera illa mater fuerit enixa. Quin ad propinqua Principis equilia imus viſum, quàm hac quoque luxus parte ſummos reges æquet. Vidiſtin' & numeraſtin' omnes? ego numerum probè teneo. CL. ſunt generoſi; ne vilium capitum habitā rationem exiſtimes. In vicina quadam domo peregrinæ belluæ leones, tigrides & id genus aliæ oſtentui aluntur; oſtentui inquam, nulli alij vſui; quamquam memoret Schraderus Florentinus alendorum leonum cauſſam eſſe pactionem cū Senenſibus olim confectam: quippe pollicitos Senenſes ſub ſuis ditionemque Florentinorum tum ſe conceſſuros, cùm illi ad S. Quirici opidum in Senenſi agro ſitum

Legendi Ariſtot. l. 4. de ger. animal. c. 4. Conimb. 2. Phyſ. c. 9. q. 5. a. 1. Perer. l. 9. Phyſ. cap. 10.

Equi M. Ducis.

& belluæ peregrinæ.

In deſcriptione opidi S. Quirici.

ſitum leonem centum & vnum annos natum perduxerint. Iam S. Crucis templum, ſi Cathedrale excipias, quodlibet aliud mole ſuperat. Longum eſt vlnas, vti Florentini metiuntur, CCXL. latum LXX. altitudo quæ ſit, definire nō auſim, at affirmare ſummam eſſe & incredibilem. Altaria, quibus latera veſtiuntur, binis quoque columnis exornantur, materie operéque ſimilia omnia; haut facilè dixerim, quantoperè ſpectatorem oblectent. Suggeſtum, nec ſi Cicerone facundior ipſo ſim, pro dignitate laudauero; ea ars eſt & forma columnarum, ſtatuarum, imaginum, quæ in marmore à peritiſſimo ſculptore efformatæ D. Franciſci vitæ hiſtoriam pulcherrimè exhibent. Sculpſit Benedictus Maianenſis ſumptibus Petri Mellini, ob adeo piè ac liberaliter impenſas opes digni immortali fama viri. Te, Michaël Angele Bonarota, quo ſatis digno nomine cōpellem, neſcio; video & veneror tumulum tuum, aſpicio oris tui effigiem in marmore; qui in marmore animi atque ingenij tui ſpecimē poſteritati reliquiſti; quin in tribus præclariſſimis artibus præſtitiſti, quod in ſingulis nemo. Tu Apelle maior: tu Phidia, Praxitele peritior: tu Vitruuio doctior. hoc opera teſtantur tua, hoc indicant appoſita ſepulchro Architecturæ, Sculpturę, Picturæ ſimulacra. Meritas laudes audire te ex me quoque volui. abeo: Vale, & Quieſçe præſtantiſſime artificū.

Templum S. Crucis.

M. Aug. Bonarotæ laus & ſepulchrū.

Redeo

itemque Leonardi Arretini.

Redeo ad te, hoſpes, vt epitaphij index ſim, quod Leonardo Arretino in hoc templo neſcio quis tale ſcripſit:

Poſtquam Leonardus è vita migrauit,
Hiſtoria luget, Eloquentia muta eſt,
Ferturque Muſas tum Græcas, tum
Latinas lacrymas tenere non potuiſſe.

Monaſterium ad S. Crucis.

Accolæ templi S. Crucis Franciſcani PP. ſunt; beati, ſi aliqua beatitudo eſt, quam vulgus in ſplendida habitatione ponit. Inuidere ipſis inuidus poſſit illas porticus arcubus & columnis inſignes, hypæthrias illas & ſubdiales deambulationes, taceo alia, ne bilem moueam ſtomachanti & inuidenti alienæ felicitati. Videor etiam mihi hactenus ſacrarum & profanarum ædium deſcripſiſſe, quod ſatis ſit. vt ſciatur tamen, quota pars omiſſa ſit: in Florentina vrbe XLIV. parochiæ numerantur; xenodochia ſimiliſque domus, in quibus ægri pauperes atque expoſiti infantes aluntur, præter orphanotropheum, quod ad Annuntiatæ eſſe dixi ſuperiùs, XXXV I. Ex his facilè principem locum obtinet xenodochium S. Mariæ Nouæ, quod ferunt ex annuis prouentibus capere ſeptendecim millia aureorum: orphanotropheum autem ad Annuntiatæ millia ſeptuaginta. Cœnobia virorum virginumque ſunt LXXVI. Ita ſuperbam dixeris Florentiam & religioſam, in qua certant cum Palatiis nobiliſſimorum ciuium ſacræ domus & nu-

Templa & religioſæ domus quot Florẽtiæ?

S Mariæ Nouæ xenodochium.

mero,

mero, &, vt ita dicam, venuſtate. Munitam eſſe & aduerſus hoſtes validam adeo clarum eſt, vt declaratione non egeat. Natura ipſa pretioſiſſima quæque maximis munimentis vallauit; hunc Italiæ ocellum infirmum ludibrio & prædæ hoſtiū expoſitum iacere delirat, quiſquis cogitat. Vt taceam verò ſitus commoda, quæ homines inædificauerint munimenta, perpende: muros, turres, foſſas, arces: cis fluuium alteram, haut paruam munimentum à planioribus aditu locis; alterá trans Arnum ſupra D. Miniati portam, egregio ſitu. Narrant aliqui, quos inter Itinerarij Italiæ anonymus ſcriptor, eſſe in veteris arcis templo puteum ſaxo obſtructum, qui Martyrum ſanguinem ſeruet; ac quod fidem faciat, aiunt Magnum Ducem Franciſcum dubiæ rei explorandæ cauſſa àureum anulum filo appenſum demiſiſſe, exſtraxiſſéque velut liquido cruore madentem. Quænam vrbs Florentia ſit, explicaſſe me arbitror; quos ciues habeat, reſtat vt dicam: nolim tamen hominum me cenſorem videri; de muris omne cùm facilius, tum tutius iudicium eſt. Sunt Florentini acri & acuto ingenio, memoria tenaci: quod aëri quidam adſcribunt, qui Arretinum Piſanumque inter iuſtam temperiem habeat. receptum etenim eſt eum ſubtilitati ingeniorum, hunc, vt craſſiorem, conſeruationi inuentarum rerum conducere. Eminent hæc etiam in pueris, & ante tempus quidem: ideo

Vrbis munimina à natura & arte:

Ars cis fluuium, altera trans.

Porta S. Miniati.

Colon. edit. an. 1602.

Puteus ſanguinolentus.

Florentinorum indoles & ſtudia.

l. ſi frater n. t. C. qui teſt. fac. poſ.

ideo Iaſon eos,vt præcocis ingenij, notauit. Tanta animi bona ciues accumulandis opibus pœnè ſolùm impendunt; & quos in ſcholis verſari conueniret, in textrinis conſeneſcunt: præcipua tamen inter alios Italos laude. nam abſolutiſſimos pannos omnis generis ſericos laneóſque conficiunt;ex his perficiunt raſos ſeu *Raſcias*, vt vocant. Relatum in ſcripta eſt duobus auri millionibus æſtimatum fuiſſe vnius anni opus, non omnium pannorum, ſed raſorum duntaxat,atque in hac vrbe contextorum.

Theſau. Polit.

Relinquo Florentiam, & progredior. ad octauum milliare conſpicor, ineóque opidulum S. Caſciani. Mœnia pluribus locis interrupta habet; ſitumque eſt edito in cacumine, meridiem verſus depreſſam vallem deſpectans. Admonet me hîc locus fraudis atque inſidiarum,quas Itali Caupones pecuniis peregrinantium obtendunt. Occurſant frequentes, quiſque ad ſe inuitat ac pænè rapit. venditat ille vina Græca, Falerna: alius addit Pucina; hic viuidos piſces & pullorum gregem; alius longiùs abit,ab vltimo orbe dapes aduocat; quidquid tellus, quidquid mare fert,in ſua ille penu aſſeruat. ceteri iactant ſimul omnia vili pretio. Dubitas quem ſequare; caue,ſi fidem temerè das: pecuniam eſuriunt æruſcatores,vtque crumenam emungant,ſepeliunt quàm abditiſſimè mentem iniquam:verba, quæ audire lubet, in propatulo habent.

Opidum S.Caſciani.

Cauponũ Italicorũ aſtuciæ.

bent. Atqui ex his vnus ſi te equo dimouerit, velut iam capta præda languidiùs agit,ſpe tamen & verbis implet adeo exquiſitis,vt quietus etiam ſtomachus moueatur. Inde bonus ille paterfamilias digreditur in culinam, & lautum conuiuiũ ex promiſſo diligenter apparat; ſatis moratus,vt in re non parua, redit, & menſæ aſſidere nos iubet. Conſidemus iuſſi,& iã ſpe haut dubiè præſto futuras epulas deuoramus. Caupo dilabitur, miniſter tenuẽ quamdam *mineſtrulam* apponit; vbi nemo guſtat ad meliora ſe ſeruans, tum caput cœnæ fœtentem de annoſa vacca carnem adfert, & quatuor ſalſos in ingenti patina piſciculos;addit herbæ aliquantulum,& radicis. Nos credimus in veſtibulo cœnæ etiam tum eſſe, exſpectamus ex pacto volucres, aut marinas oſtreas. Ille incidit ſpem omnem bellaria inferendo, poma quædam & feniculi modicum. Actum eſt,luſi ſumus, ridemus alij ipſi ridendi, alij cauponem execramur & ieiunum pane explemus ventrem. Caupo poſita iam perſona adeſt,poſcit fabulæ præmium immenſo cuncta pretio æſtimans: contendimus, & tantum nos debere negamus : ille ſtatutum in quamque rem pretium eſſe ait, & vincit. Ita ſupra imposturam,qua capti ſumus, etiam nũmos perdimus. Rectè quidam, *ſpem*, inquit, *dulcem eſſe ac latam,cùm verò fallit,luctuoſam,eóque dolorem aſperiorem ſequi, quò ea maior præceſſerit.* Tu vt minimum doleas, minimùm

minimum ſpera. Bonitium inde, ſeu *Poggibonzi*, vt vocant, opidum amni Stagiæ ex parte, ex alia colli adiacens: in cuius culmine Florentini arcem exædificarunt, quæ ſat valida exſtat, & Poggij Imperialis nomen gerit. Opidi mœnia magnam partem deſtructa iacent, iam inde à Guelphico bello, vt reor; cùm maximè in Alexandro IV. ſcriptum reliquerit Platina Bonitium arcem, ac receptaculum Gibellinorum expugnatum ab hoſtibus Guelphis, & euerſum fuiſſe. Sequitur Stagia opidulum, quod ad ingreſſum arcem habet non prorſus contemnendam. Tum inclyta Senarum ciuitas.

Poggibonzi opidum.

Poggio Imperiale arx.

Stagia opid.

SENA.

SENA.

SECVNDA Etruriæ vrbs, vt ſcriptorum plurimi tradunt, à Gallis Senonibus ſub Brenno militantibus condita fuit & nominata: quamquam Blondus melioreſque rerum auctores multa poſt ſæcula auctoritate Ioannis XVIII. Pont. Max. extructam hanc, à Senonibus autem cognominem vrbem inter Piſaurum & Anconam fuiſſe excitatam ſcribant. Alij mediæ ſententiæ ad mediam ætatem vrbis originem referunt, Iuliamque cum pluribus aliis nominatam fuiſſe, quia eam non quidem Iulius, ſed Octauius Cæſar Coloniam deduxerit: hæcque haut dubiè fuit illa Senenſis colonia, cuius & apud Plinium & Tacitum mentio habetur. Senenſes certè Romana propago videri volunt, & Coloniæ titulo gloriantur. hinc illa Lupæ & lactentium Romuli Remíque ſigna, quæ in frequentioribus vrbis locis impoſita columnis, & alibi paſſim ſpectantur. Chriſtianæ fidei lumen primus intulit Anſanus Tranquilli Romani filius, qui ea re damnatus à Proconſule Liſia, & proximè flumen Arbiam capite plexus fuit. vbi loci hac ætate templum ipſi dedicatum exſtat, inquè medio eius puteus duos treſue pedes altus, limpidis ac perennibus ſcatens aquis: quem ferunt primùm erupiſſe, cùm prædicti

Vrbis origo.

Vid. Orland. Malauolt. l. 1. hiſt. Senen.

l. 3, cap. 5. Tacit. l. 4. hiſtor.

Lupæ marmoreæ & æneæ paſſim fixæ.

S. Anſanus Martyr.

dicti Martyris caput à ceruice reſciſſum in eum locum incidiſſet. Nolim ego ita creditæ rei fidem derogare, quanquam naturali loci conditioni adſcribit cauſſa non falsò poſſit. Regio illa paſſim aquis ſcatet, nec gelidis tantùm, ſed tepidis quoque, & ſulphur aut bitumen olentibus, quarum copia è ſterili tumulo haut procul tẽplo, quod dixi, cũ leni murmure erumpit, fluitque anguſto canali, incredibilem vim ad purgandam aluum habens.

Thermæ in agro Senenſi.

Ceterùm ſitus vrbis Senarum egregius eſt; quæ media excelſi collis dorſum obtegit, planaque eſt ea dumtaxat parte; brachia namque demiſſa & in vallem procliuia pendent, fluxibus ſinuoſis. vnde viarum vix aliqua abſque aſcenſu aut deſcenſu: Romanam excipio, quæ à Florentina vel Camuliæ porta initium capiens per medium vrbis, ſiue ſummum continui collis dorſum, ad Romanam vſque portam æqua protenditur. Valle autem vrbs, veluti foſſa quadam, propè circumcingitur; quæ maximè ad vtrumque Florentinæ portæ latus profunda mirum vrbi munimentum præbet. Claudunt vallem exteriùs alij colles, vitiferi & amœnis ciuium prædiis exculti; ideóque placidæ ſemper auræ libero flatu vrbem peruagantur, eæque puriſſimæ & abſque aliqua fæce, qua craſſeſcere corrumpíque aër conſueuit. Moneo tamen, ſubtilis eſt Senenſis & mirè penetrabilis: itaque caue apertum

Situs vrbis laudatus.

Porta Camuliæ.

Porta Romana.

Puritas aëris & ſubtilitas.

tum ei corpus offeras, intromiſſus quantum ſæuiat, tuo malo experiere. Nos ſi ſequamur eorum ſententiam, qui ab aëre acui aut obfuſcari ingenia hominum opinantur, vicinus: ſubtiliſſima ſubtiliſſimus hic vt faciat, oportet. Sed de cauſſæ ego viribus non magnopere laboro, cùm conſtet effectus tali cauſſæ non abſimiles exſtitiſſe: illuſtres armis, illuſtres artibus viros Senarum vrbs produxit, & plures multò atque illuſtriores ſanctitate vitæ. Bernardinumne memorem reſtauratorem Ordinis Minorum, non voce magis & ſcripto, quàm maximarum virtutum exemplo? ad celebratiſſimam illam Diuam Catharinam, quæ ſacratiſſimis vulnerum Chriſti ſtigmatibus meruit inſigniri: an Ioannem Columbinum Ieſuatorum Ordinis auctorem, alióſque complures; & tres inprimis Pontifices Romanos: Alexandrum III. nominatiſſimæ virum conſtantiæ & felicitatis debitæ præclariſſimis ipſius virtutibus: Pios item duos atque ex eadem Piccolomineorum gente vtroſque, quorum alter Æneas Siluius antè vocitatus cum Pontificatu Pii Secundi ſibi nomen ſumpſit: alter Tertij? Illáne taceam Iuris noſtri lumina ex eadem domo effulgentia? Marianum Socinum quàm incompoſiti corporis, tam multiplicis & raræ hominem doctrinæ: qua parem ipſi filium Bartholomæum, & alia

vnde & ingeniorum.

Diui Senenſes.

Exſtat hac de re Bulla Clementis VIII. Pōtifices Summi.

I. conſulti.

pòſt

pôſt ætate Marianum II. primi nepotẽ, pronepotémque Alexandrum: an illa Philoſophiæ decora, Franciſcum Patricium,& Piccolomineum? O beatum aërem,hæc ſi ipſe ingenia perfecit. Iam ad ædificia tranſeo, quæ pulchra aliquot vrbs habet: pulcherrimum Palatium, quod in Romana via iam nominatus Pius II.è quadratis ſaxis ſumptuoſiſſimè exſtruxit: & proximè id eximiam porticum gentilibus ſuis Picolomineis. Paris magnificentiæ Curia eſt.vulgus *Signoria Palatium* vocat, etenim ſummus & ampliſſimæ dignitatis magiſtratus in eo habitat: memoria tamen quondam poſſeſſi imperij, quam hodierna poteſtate illuſtrior. Magnus Dux aut ſcriptis ſuis & ſanctionibus magni quamque rem momenti conſtituit: ac leuiorem vrbis Gubernator delegata ſibi à Duce adminiſtratione: IX.viri (tot enim eum Magiſtratum gerunt) vix quidquã decernendi ius habent: inanibus tantùm titulis & vana præteriti ſplendoris imagine apud ſuos ciues ſeſe verendos faciunt: quos iuuat habere ante oculos cottidie illam ſpeciem priſtinæ libertatis. Etenim habitus atque inſignia eius ordinis nihil mutarunt: talari tunica rubea amiciuntur, pilleo coloris eiuſdem, attamen humili, & penè Hungarico. Cùm in publicum prodeunt (quod faciunt raró,& non niſi inuiſendorum celebrioribus diebus templorum gratia) decoro comitatu vtuntur, ciuium

Palatium & porticus Piccolomineorum.

Curia.

IX. viri Senenſes:

eorum in publico amictus & pompa.

ciuium potentiſſimo quoque proſequente: iis maximè, qui aliquo in magiſtratu ſunt conſtituti. Hi quoque ad talos demiſſa toga veſtiuntur:nigra tamen,& capitis tegumento diuerſo. Anteit Muſicorum chorus, tubicines cornicinéſque, & publici miniſtri bicolore pallio induti, partem viridi, partem aliam cæruleo:horum quiſque argenteum prægrande ſceptrum geſtat.In capite omnis huius pompæ duo præferuntur vexilla ſerica, in iiſque depicta Magnorum Ducũ gentilicia inſignia,colore illa tamen diſparia:rubeũ alterum eſt, alterum candidum. Interea concrepant è Palatij turre maiores campanæ; quæ veluti præcones quidam in omni inſigni & publica re adhiberi conſuêrunt. Ita exeunt, ita redeunt IX. viri; quorum, vt hoc quoque addam, bimeſtre imperium eſt, ſi quod eſt. Redeo ad Palatium, ſedem memorati magiſtratus.

Eſt Curia ad alteram contignationem è Tiburtinis, hinc ad faſtigium vſque è coctis lapidibus exſtructa, egregia capacitate, & atriorum ordinata multitudine. inter alias vna eſt ampliſſima aula ſiue ſcena:ad ludos enim facta videtur,nec alius eius eſt vſus. Turris, quam dixi, Palatio iũcta,prænalta ac lateritia eſt; capite excepto, quod penſilis podij inſtar vltra cætera turris ab omni parte proiectura & amplius eſt, & inferiori ſtructura dignius: candido enim conſtat lapide, &

Curiæ deſcriptio.

Turris iuxta Curiam.

pinnis coronatum, ampliſſimíſque feneſtris apertum hiat: vnde non in ſubiectam modò vrbem, ſed omnem quoque ſuburbanum agrum, & circumfuſas alpes longè latéque proſpectus datur. Ad pedem turris ædicula eſt egregiè laboratis marmoribus incincta, in qua ſtatis diebus ſacrum publicè fieri aſſolet. E regione ad ſiniſtrum Curiæ angulum ſupra viæ fauces æneum atque inauratum Lupæ lactantis gemellos Romulum & Remum exſtat ſimulacrum, cum ſuppoſita columna ex ophite, quæ in veteri Dianæ fano ſtetiſſe dicitur. Ædificia forum ceu theatrum cingentia pleraque ad Gothicæ architecturæ ſpeciem conſtructa, arcuatas & columnis diſtinctas habent feneſtras. Inter quæ facilè vetuſtate præſtat illud, quod *Rocca bruna* dicitur, ac, ni memorat falſa vulgus, antequam naſceretur Chriſtus, fuit; excitatum ab agreſtibus latronum metu, infeſtantium cædibus ac direptionibus vicinam regionem. Aduertent te haut dubito ædes aliquæ illuſtriores: quæres: imò quereris officere eas elegantiæ fori: nam reliquæ ad amuſſim factæ æquali muro ambiunt forum: iſta domus vltra deſcriptum ceteris ſpatium procurrit, & prominet in forum, & ordinem pulcherrimum (coronæ enim in modum ædes forum cingunt) interrumpit. Ferunt dominum eius Ioannem Vgurgerium prædiuitem hominem auri tantam vim habuiſſe, quanta

Sacellum in foro.

Lupæ ſimulacrũ columnæ impoſitum.

Rocca Bruna.

Domus præ alijs in forum prominens.

IV.

IV. aut V. plauſtris onerandis ſatis eſſet: nec habuiſſe tantùm auarorum more, ſed vſum rectè ac laudabiliter Reip. inopia pecuniæ laboráti bina plauſtra auro onuſta miſiſſe: hócque facto conſecutum, vt ædes, quas circa forum exſtructurus erat, proferre vltra definitum ſpatium eáque nota conſpicuas præ aliis reddere liceret. Cerretanorum ædes ipſas quoque foro imminentes quotuſquiſque præterit, nec animaduertit hiatum, quo patet, & ſi videat, neſcit cauſſam, atque ædificij exiſtimat vitium eſſe, aut ex Architecti culpa, aut temporum iniuria. Non ita eſt: nec Architectus peccauit, nec diuturnitas temporis obfuit, quæ ceteroqui in hominum opera plurimum poteſt: verùm diſrupta horribili motu terra diuulſit ſimul parietem, vt vides, momentóque temporis cùm priſtinum ſitum recepiſſet, reſtituit ſimul in priorem locum lacerati parietis partes: neque verò ita compegit, vt hiatus nullum ſuperſit ſignum. Egregium hoc quidem ſpectaculum: ſed eſt illud eiuſdẽ generis miraculũ, quod Guicciardinus & Iouius memoriæ prodiderunt, lõgè clarius. Oppugnauerat enim Iulij II. Pontificatu Bononiã Petrus Nauarrus, &c, qua belli arte plurimũ poterat, ducto cuniculo ſuffoderat magnam mœnium partem, conſtiterátque ſub ſignis inſtructa hoſtiũ acies, & in id intenta, vt irruptionẽ faceret, ſimul ac iniecto igne pateſcẽs cuniculus diſruptíque muri vrbem nudaſſent,

Cerretanorũ ædes terræ motu diuulſæ.

l. 10. hiſtor. Ital.

Iou. in Iul. II. l. 2.

daſſent. Et quidem vt occulta materies flammam cōcepit, diuulſa horribili cum fragore terra ſuperimpoſitum ipſiſque adſtructum mœnibus ſacellum Baracanū in aëra ſuſtulit, muros ad hoc tanto ab-inuicem ſpatio diſtraxit, vt pateret externo hoſti facilis in ipſam vrbē proſpectus, iam irrupturo, niſi tellus extēplo in priorem locum ſubſidens coniunxiſſet denuo murum non firmum modò validumque aduerſus hoſtes, vti fuerat anteà, ſed etiā integrum adeo, vt neque motus quidem fuiſſe videretur. Attoniti hoc miraculo ſpectatores, qui extrà conſtiterant, DEVM eâ parte tutari vrbem exiſtimantes omiſerunt oppugnationem: ciues grati memoreſque Sacellum multò magnificentius refecerunt. Cuius hìc opportunè facienda fuit mentio, quia id ſuprà, cùm Bononiam deſcriberem, prætermiſeram ſilentio. Repeto forum Senenſe, in quo vti Cerretanorum à terræmotu celebratas ædes multi rei neſcij: ita illum quoque in angulo fori Arcum non pauciores prætereunt, imprudentes artificij, quod ſummum eſt; hæret enim velut ſuſpenſus in aëre nullis columnis nixus. At, inquis, muro immiſſus eſt, murus eum ſuſtinet. non ſanè, etſi partem eius murus ferat, molem ipſam haut exigui ponderis, quæ propendet, a muro crediderim teneri, ſed latentibus quibuſdam vinculis. Certè tantum opus eſt, vt conditoris nomen haut immeritò poſteritati commen

Sacellum Baracanū Bononiæ.

Arcus iuxta forum penſilis.

commendatum fuerit, ſitque porrò commendandum. Fuit Balthaſar Senenſis, non ab viro hoc opere notus, ſed prætereа multis, quibus Reſtauratoris perfectæ architecturæ titulum conſecutus eſt. Hæc de ædificiis, quæ circum forum conſpicienda. Ipſum tantopere præ aliis Italiæ celebratum, conchæ marinæ quàm ſimillimum eſt, non ambitu tantùm theatrali, ſed forma omni; etenim & ſulcos illos ſiue ſtrias habet, & eas ab inuicem candidæ lineæ diſcernunt; quæ inter lateritium ſtratum venuſtè emicant. Nec verò forum duntaxat, ſed omnes vrbis viæ lateribus conſtratæ ſunt. vnde fit, vt quamuis copioſum imbrem breuiſſimo temporis ſpatio per eos terra hauriat; nec denſari in lutum aqua poſſit, quo pleræque aliæ vrbes laborant. Eſt præterea in foro fons marmoreis parietibus (in quibus elegantia aliquot ſimulacra exſculpta ſunt opera Iacobi Quercei) incluſus, ſaluberrimas æterno riuo aquas emittens; quà copiâ meritò jactare ſe vrbs poteſt, cùm edito in loco poſita, intra tertium & ampliùs milliare amnem, qui hoc nomine dignus ſit, habeat nullum, tamē optimis ac limpidiſſimis aquis tota ſcateat, quæ in vicinis collibus collectæ ſubter cœnobium Dominicanorum pænè iuſti fluminis curſu illabũtur. Locum Fontem Blandum eruditiores, plebs Brandam vocant, & à fonte proximam portam ſimiliter denominant. Habet

Forum Senenſe.

Fons in foro.

In vrbe aquarum vbertas.

Fons Blãdus.

Porta Branda.

bet verò in toto murorum complexu, qui quinque millium paſſuum eſt, vrbs portas ſex. cæteræ obturatæ fuerunt. Validis quæque munimentis, vt & muri ipſi, ſeptæ ſunt: ſed eorum proruta hodie alia iacent, alia fatiſcunt, haud dubia voluntate eius, cui ea nimia videbantur. Maximum quoque vrbis firmamentum erant, ſiquidem aduerſus publicos hoſtes paratæ fuerunt, creberrimæ atque excelſæ illæ turres, quæ è ciuium quàm plurimis domibus exſurgebât. hodie multò ſunt pauciores: nam & infeſtiſſima quæque pænè ſolo fuit æquata, & eæ quæ ſuperſunt, detrũcatis faſtigiis mutilatæ. Nihilo melius cum ipſis muris actum: decuſſæ aliquot locis pinnæ, & vltra pinnas etiam aperti non muri magis, quam ciuitas ipſa: ab ea maximè parte, quæ Florentiam ſpectat: quâ munitiſſimam eam quondam fuiſſe vel ex ruina operum apparet, & præcipuè ex Caſtello, quod ante Portam è quadratis ſaxis ſolidiſſime fuit exſtructum, exſtatque integrum propè: credo, quòd religioni fuerit abolere eum locum, ad quem conſtat S. Bernardinum à teneris annis quotidie excurriſſe, & depictam ibi D. Virginis imaginem piè coluiſſe, ſæpè fatendo, eam ſe exquiſiuiſſe à iuuentute ſua: & his etiam temporibus nemo adeo impius eſt, quin illac tranſiẽs flexis genibus imaginem illam honoret. Id quoque illuſtre monumentum in proximo conſpicitur: columna lapideam

& aliæ quinque.

Turres frequẽtes hodie decuſſæ:

vt & muri multis locis.

Caſtellũ extra muros D. Bernardini pietate celebre.

deam tabulam ferens, quam honori Friderici III. Imp. Senenſes erexerunt, quia eo loco ipſi ſponſa Leonora Luſitani Regis filia occurriſſet. Aliàs deformis & neglecta ea vrbis facies iacebat, laceris muris ac portâ. Nuper eius ciues miſertũ eſt: purgato loco refecerunt magnificè, atq; exornârunt eum aditum vrbis & caput. Siquidem ibi initium capit, anguſtis vtrimque lateribus; tum vbi ſatis procurrit, excedit aliquantulũ, & veluti duo brachia ab vtroque latere proiicit; inde rurſum contractior, minùs tamen, quàm à principio, & breuiore procurſu. demum vltimo ſui in alia duo cornua abit: ſed hæc & longiora prædictis brachiis & latiora multò. Itaque videtur figura vrbis vniuerſæ non abſimilis eſſe plantæ cuidam, quæ tenui à pedibus caule exſurgens circa medium ſui in duo folia vtroque exeat; pòſt continuato per breue ſpatium caule ſumma habeat gemina alia folia, patula tamen, & inferioribus illis multò maiora; amplectuntur enim & Cathedralem Baſilicam & Palatium ſeu Curiam, quam dixi: atque inde ad Romanam vſque portam per longulum itineris interuallum extenduntur: illa duo minora templis cœnobiiſque terminantur: ſiniſtrùm quidem ſancti Franciſci, dextrum ſancti Dominici; quo etiam continetur Sapientiæ Collegium; primis quondam Iuris Doctoribus nobile; hodie exemplo eſt multa in humanis

Columna honori Frid III. Cæſ. moliṫa.

Sebaſt. Franc. in Chron. Germa.

Andr. Lymnic. in itin. Rom. Frid. II. ſcrib t.

Figura vrbis.

Collegium ſapientiæ.

rebus florere, dum adoleſcunt, & quò propiùs ſenium venerunt, ægra magis ac magis laborare atque deficere. S. Franciſci templum cœnobiúmque amplitudine & religione loci magis eſt venerandum, quàm ſtructuræ magnificentia ſpectandum; quamuis immanitas atque altitudo molis multos in admirationem rapuerit.

Templū D. Franciſci.

Scipio à D. Franciſco humi fixus in arborē ſalutiferā excreſcit.

Sub templo, ſed extra muros, arbor vetula colitur, de qua hæc litterarum monumentis prodita, celebrataque conſtanti omnium ſermone. D. Franciſcum ferunt inteſtinæ ciuiū diſſenſionis ſanandæ gratia Senas veniētē, cùm in cōſpectu vrbs eſſet & ſerus iam veſper, feſſum via ibi loci cum comite conſediſſe, baculumque manu latum molli ſolo infixiſſe: tum fortè ortum ſermonem de ciuiū ingeniis & ratione conficiendæ rei; enimuerò arduam eam rem comiti viſam, nec ſpem maiorē, quàm ſi aridum illum ſcipionem folia florēque emiſſurum quis diceret. ita anxium Diuum vna cum comite in ſomnum prolapſum. Nocte baculus, cælitus accepto vigore vitali, & radices in ſolo egit, & lætiſſima folia florémque iis, cùm è ſomno euigilaſsēt, oſtēdit. Exſtat adhuc temporis ingens truncus, tot tamē annorum carie pęnè exeſus, nihilominus viuidus, & alios ſuper alios ſurculos eiiciens. Ita creditæ rei fidem augēt ligni eius inſolitæ vires: ægri cōplures, præſertim febribus cōflictati, cùm aquā affudiſſent, eāque ebibiſſent, priſtinā ſanitatem recepere.

re. S. Dominici tẽplum in oppoſita vrbis regione ſitum, vno mihi nomine maximè commemorandum videtur: publico ſcilicet Nationis noſtræ, quæ in Senenſi vrbe, quantum in alia Italiæ frequens eſt; trahit enim nos ad ſe cùm locus ipſe ſaluberrimo & gratiſſimo præſertim inter æſtiuos ignes, aëre commendatus; tum dignitas vrbis, & Etruſci idiomatis excellẽtia, quò penè incorrupto ciues vtuntur. ad hæc allicit Sereniſſimi Principis Ferdinãdi incredibilis erga nos humanitas & beneuolẽtia, vt in multis melior noſtra ſors eſſe cenſeatur, quã ipſorũ incolarũ Dominicanorum Patrũ ædes ſacris ac publicis noſtris rebus deſtinata eſt: illic Sacellum, atq; inter alia altaria noſtrũ effulget, vario marmore, & inſigni alio inſtrũmento; illic mortuorũ cineres recõditi ſunt. In cœnobio aula eſt, & veluti Curia, in qua conuentus per magiſtratus noſtros habẽtur, ac de grauioribus rebus cõmuni conſilio decernitur. Templum ceteroqui non ornatus aliquis & ſplendor ſtructuræ illuſtrat, etſi ſanctitas loci non vulgaris; equidem illa toto orbe notiſſima Senenſis Diua propè habitaſſe in eo (nam ædes eius extant in medio Vallis, quæ ſub templo eſt) certè totos cum noctibus dies latuiſſe vigil, & continuis inſudaſſe precibus lacrymiſque perhibetur; in eo loco ſæpè ſuperorum commercio vſa fuiſſe, ſæpè ei Chriſtũ ſe coràm obtuliſſe: eo inquam, loco, vbi Sacellum eſt ingredientibus

Templum D. Dominici.

Germanorum ſacellum.

& Senaculum.

Domus S. Catharinæ Senenſis & frequens pietas in templo S. Dominici.

bus porta principali dexterum. Aliud eſt ſub Organo, in quo eiuſdem D. Catharinæ integrum caput aſſeruatur: reliquum corpus Roma habet. Inter altaria parietibus hinc atque inde, vt fert Italiæ mos, affixa illud, quod Portæ obuerſum marmoreóque tymbo ornatum, cetera nudum viſurus es: Andream Galleranum patricij generis, vitæque ſanctiſſimum virum, & domus Sapientiæ conditorem ſeruat. Porrò hæc S. Dominici ædes ex aduerſo reſpicit Cathedralem: vallis tantùm interiacet cum qua ex diuerſo alia coiens iugum efficit abruptum, in cuius apice templum cœnobiumque D. Dominici ſitum eſt. Vltrà arx quadrata prominentibus angulis, pulcherrimè exſtructa, & inſtructa omni bellico apparatu; eſtq; haut dubium Senenſium frænum; etſi in eo iā ſtatu ſint, vt haut facilè moliri quid poſſint. ideo præſidiarij milites pauci. Citrà ſtat Pontificalis Baſilica, in qua plura cōſideranda ſeſe offerunt. Situs primùm loco maieſtatem quandam concilians; etenim in edito poſitum templum eſt, maximè difficili aſcenſu ab ea parte, quâ in vrbē prominet: ducti tamen vſq; ad ſummum marmorei gradus quantum aſcendentibus cōmodi præbent, tantum addunt ipſi tēplo venuſtatis. Ipſam quoque eius frontem, etſi marmoreis ſtatuis, columellis, ſpiris, & epiſtyliis, ſimilibus ornamētis tota veſtitur, multò minus decus ſpeciémque habituram fuiſſe ſi ſuppoſitis

Marginal notes: vbi & caput eius. — S. Andreæ Galerani ſepulchrum. — Arx præſidium & terror vrbis. — Templum Cathedrale à ſitu primo laudatum.

tis gradibus eleuata non eſſet, à multis eſt obſeruatum, auget formam aditus ſeu veſtibuli ſpatioſa & elegans area. Templi longitudo pedum CCCXXX. latitudo CLXXXII I. tectum arcuatum eſt: arcus in triplici teſtudine pares omnes, colore cæruleo, auro ſtellati, niſi quòd laterales mediis ſunt humiliores. Suſtentant eos marmoreæ columnæ ſtructiles, candidis nigríſque, ligneis pari ordine ab ſe mutuò diſiunctis; ita parietes quoque lineati ſiue virgati ſunt. Reliqua teſtudine excelſior eſt tholus, quem marmoreæ ingentes columnæ ſimiliter virgatæ ſuſtinent; niſi quòd ligneæ in his magis contractæ, & eodem ab inuicem interuallo ac magnitudine albæ nigræque ſunt: aliæ columnæ inæqualiter diſcolores, breuibus orbibus nigris, longiſſimis candidis. Hic tholus in medio teſtudinis vmbilico exſurgit, ſuperátque celſitudine ſuâ ceterum tectum, vt dixi; crebris feneſtris intercifus ac pellucidus, ſpatia, quæ inter feneſtras interſunt, marmoreæ ſtatuæ explent. Nec omitto ſeriem ſimulacrorum, quæ ſub media teſtudine per totum templum ducitur, omnium Rom. Pontificum ij vultus ſunt è gypſo perbene effigiati. His ſubſunt capita aliquot Imperatorum: at Pōtificum, qui ex hac vrbe prodière, ad fores integra ſunt ſimulacra. Iam templi pauimentum, quàm admirabili & vnico, auſim dicere, in Europa artificio; tamē in tanta emblematū imaginúmque

Area pro templo.

Templi ſpecies deſcripta.

Pati ſingularis ornatus.

copia ac varietate, quibus templum ſtratum eſt & ornatum, non magnopere miramur, niſi illam partem, quę ante maiorem aram tabulis vt plurimum obtecta latet, vt ne quid detrimenti à conculcatione patiatur. Tres eæ Biblicæ hiſtoriæ ſunt, è candido maximè ac nigro marmore efformatæ: qui tamen color non vnus eſt ac ſimplex, ſed variè mixtus, prout lucidum aut opacum ſcenographia requirit; & quas pictores penicillo vmbras, vt ipſi vocant, effingunt, eas ſolertiſſimus ſculptor paruulis cruſtis ſubtiliſſimè inter ſe coagmentatis expreſſit adeo abſolutè, vt peritiſſimi pictores ex lithoſtroto illo, tanquam ex archetypo, perfectam picturam petant. Adde marmoreum ſuggeſtum cui inſculpti Chriſti ſeruatoris noſtri cruciatus quàm ſpectatoré ſpecie delectant, tam perfundunt commiſeratione & dolore cogitantem, ſuam noxam illis ſuppliciis fuiſſe expiatam. Adde ſedilia materie quidem inferiora (lignea enim ſunt) at opere paria. Adde illa ærea: vas ſcilicet maxima altari impoſitum, incredibilis artificij, & angelorum ſtatuas, quæ affixæ columnis octo candidos cereos gerunt, æternum ignem, deflagrantibus quippe alij ſubſtituuntur, *quorum quattuor*, inquit Capugnanus, *ab Aua nobiliſſima Magdeburgenſis Saxoniæ ciuitatis muliere iam dudum fuerunt imperati; quæ vt DEO ſeruiret, in Senenſem ſe recepit ditionem, & monialium D. Benedicti habi-*

Ornamenta alia marmorea, lignea, ærea.

In Itiner. Ital.

Auæ Magdeburgenſis pietas.

habitum ſuſcepit, ædificauitque in Inſula Abbatiam, obiitque in ſuo monaſterio, nunc diruto, ſuper montem Madium ab ea ædificato. Hæc de ea Capugnanus: de templo ego id modò habeo, quod dictis adiungam: eſſe videlicet altaria multa, ſpecioſa, columnis aliiſque ornamentis & picturis exculta; eſſe bina Organa ea ſuauitate ſoni, vt non dubitem contendere cũ omnibus, quotquot Italia habet. Nec tacenda eſt Cella æreis reticulatis foribus munita; quondam Bibliotheca fuit, in qua Æneæ Siluij viri doctiſſimi & Pontificis integerrimi res geſtæ conſpiciuntur, ſingulari elegantia depictæ, ſubſcriptis elogiis, quæ cum ceteris in hac æde legendis inſcriptionibus curioſo eorum Schraderus edet. Aſt quod omnia vincat, D. Ioannis Baptiſtæ brachium eſt, illud ipſum, quod ſacratiſſimo Chriſti capiti baptiſma affudit, profectò honore cultuque haut vulgari proſequendum. Iuuabit quoque D. Petri cultrum ſpectaſſe, quo auriculam Malcho amputaſſe exiſtimatur. Iam porta principali egreſſus extra Templum aſpicies Xenodochium ampliſſimum atque ditiſſimum; cuius opulentiæ haut obſcura argumenta ſunt tum ſtructuræ magnificentia, tum ægrorum ac puerorum numerus, qui curantur & educantur non mundè ſolùm, ſed etiam lautè. Condidiſſe id mendicatis ampliſſimis opibus Sororius quidam traditur, cuius corpus integrum adhuc temporis cernere

Bibliothecæ locus.

Brachium S. Ioan. Baptiſtæ.

Gladius ſiue culter D. Petri, *cuius meminit Chryſoſt. vel Proclus ap. Sur. 1. Auguſt. & Baron. an. 439.* cuius cõditor B. Sororius.

cernere licet;ad hoc clauum ex illis,quibus cruci affixus Chriſtus fuit; & D. Ioannis Chryſoſtomi commentaria in Euangelicam hiſtoriam, ipſius auctoris manu ſcripta;vt taceam ſacras alias opes. ornamentáque templi:laquearia præſertim fulgida auro. Hoc quoque templu, vt & Cathedrale, D. Virgini Mariæ ſacrum eſt;quam Senenſes præcipuis ſemper honoribus coluere: quin vrbem adeo ſuam Virginis Ciuitatem dici voluere, grati memoréſque beneficij accepti;cùm deuictis ad Montem Apertum Florẽtinis,æternis hoſtibus,nobiliſſimam victoriam reportarunt. quo in prælio poſt ſuperûm opem Germanorum militum virtus atque ſolertia plurimum profuit. Inde decreti DEIparæ ampliſſimi honores, quòd numine eius,poſt DEVM,maximè iuuari res humanæ ſoleant, ad noſtra vſque tẽpora celebrati ſunt. Atque vt de aliis feſtis diebus nihil dicam,illum, qui in Auguſtum menſem incidit,aſſumptæ in cælos Virgini ſacer, inuſitata cum pompa peragunt. Magiſtratus profeſto primùm cereũ eleganter elaboratum & magnitudine ſpectabilẽ in Cathedrale templum Virgini donũ ferunt:poſtero conueniunt frequentes omniũ ordinum viri fæminæque & rei diuinę,quæ celebratur magnificẽtiſſimè,interſunt.qua peracta equorũ ſpectaculum editur; quos forma pernicitatéque inſignes varij Principes ſubmittunt, allecti magnitudine præmij, quod vincenti

Senenſes DEIparã impenſe colunt, & quam ob cauſſam? Orland. Malauolt. in hiſto. Senen.

Feſtus & anniuerſarius cultus D. Virginis.

vincentibus hippodromo propoſitũ eſt:. pallium nempe ſericum intertextũ auro, dignum celebritate eiũs diei. Hæc aliaque Senenſes, quibus pietatem ſuam erga DEI param teſtẽtur. Sed ipſa an ſurda eſt? an neſcia humanarum rerum? quod quidã noſtra tempeſtate ſomniant. nequaquam. Videt, quæ honoris ſui cauſſã aguntur, audit, quæ dicuntur: donat petentibus, opitulatur egentibus: pericula, morbos, mortem depellit. Mille, mille teſtimonia vnus tibi locus exhibebit, olim modico in honore habitus; nunc cottidianis penè miraculis tanta ei conciliata religio eſt, vt nullus tota vrbe dignior & ſanctior habeatur. quæ vrbis regio quia *Prouenzana* dicitur, ædiculã quoque & quæ in ędicula colitur, Mariã, eodẽ cognomine appellãt. Hominũ qui concurſus, quæ pietas ſit, nihil attinet dicere; munificentia ſumma eſt, vt propè certare cũ DEI paræ donis videãtur. Templũ, quod iuxta ædiculã amplum, è Tiburtino lapide & læuigatis lateribus elegantiſſima ratione conſtructum vides, liberalitate piæ multitudinis conſtructum fuit. Atqui ſatis me hæc vrbs detinuit, properandum ad alia eſt; vt ne quid tamen prætermiſſum queri poſſis, geram tibi morem, adeamus cætera, ſed quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim adſpiciamus. D. Martini fanum, & vlterius S Spiritus, non magnitudine quidem inſignia: ſed à ſpecie & forma architecturæ commendata. Seruitarum tem

Sacellum, iam templum S. Mariæ Prouenzanæ.

Templum S. Martini.

S. Spiritus.

Seruitarum.

templum vtroque nomine præſtat, amplitudinis nimirum & architecturæ. Auguſtinianorum cœnobium inter reliqua huius vrbis eminet, etiam ſitu ipſo, qui amœniſſimus eſt: Templum, quod non inter pulcherrima numerarem, conſpicuum reddet Ara maior, quam Chigius opulentiſſimus Eques marmoream excitat, cui par nulla, nulla ſecunda in hac vrbe erit. Quin diſcedimus, hoſpes? abiturio, nec fero moram: collige vaſa & ſequere.

Auguſtinianorũ.

A Senis Romam duplex via tenditur: trita altera, quia recta & breuis: longior altera, ſed à me magis commendata, iis præcipuè, qui à Venetiis per mediterraneas clariſſimas vrbes Ferrariam, Bononiam, Florentiam aduenere. Hi Lauretanam ædem abſque piaculo præterire non poſſunt, & abſque magnis viarum ambagibus adire nequeunt, ne à Senis Peruſiã ipſam quoque ſpectabilem vrbem, à Peruſia Lauretum contenderint; & Laureto denique Romam. Alij ac ferme maior pars, ſed minùs religioſa, Senis recta Romam abeunt, tantillum ambitus vitantes, & Lauretanam ſimul ædem, aut ſi vtique eam inuiſunt, in reditu id faciunt. Hi Genuam Mediolanumque omittant neceſſe eſt, niſi maximo viarum interuallo ab vltima exortiuæ Italiæ ora, vbi ſitum Lauretum eſt, ferme ad vltimas Occidentalis regiones excurrere voluerint. Ergo qui me ducem ſequetur, hactenus deſcriptam viam

Conſiliũ de peregrinatione per Italiam vtiliter inſtituenda.

viam inſtituet:à Venetiis mediterranea petet,Patauium, Ferrariam, Bononiam, Florentiam,Senas vſque,omnes has tantas vrbes,vt nulla præteriri debeat ;Senâ Perusiam,hinc Lauretum,à Laureto Romam ibit: Romæ ſatis moratus Neapolim terreſtri itinere proficiſcitur: Lucaniam, Calabriam & ceteras, quæ vltrà ſunt,regiones ſi viſet,operę prętium neutiquam faciet. itaque protinus Neapoli Piſas vehetur,tuta naui & ſecundo mari: Piſis Genuam item mari petet: litoribus tamen adnauigabit ſpecioſis, & ob frequentiam ac pulchritudinem caſtellorum dignis,vt ex proximo videantur.Genua per interiacentes alpes & Ticini vrbem Mediolanum proficiſcetur, à Mediolano perçurret Lombardiam totam: nuſquam rectiùs impenderit iter:Bergomum Brixiamque hinc, inde Cremonam, Placentiam ac Parmam habebit, quas adeat:à fronte Mantuam, Veronam ac Vicetiam, & iam in noſtris finibus Tridentum: vnde exorſus eſt iter, ibi finiet. Haut neſcio alios aliter pererrare:ſed aut inclytarum harum vrbium aliquas prætereant neceſſe eſt, aut errabunt verè. Sunt alij,quos non videndi cupiditas,ſed pietas ac concepta vota, vt Lauretum Romamque viſant,incitant, hi aut faſtidiunt alia,aut ob anguſtias nummariæ rei nequeunt peruidere nobilem ac pulcherrimam regionem, quantum vellent;maturant itaque iter, & à Venetiis mariti

maritimum inſtituunt Lauretum vſque, inde Romam abeunt. In horum gratiam deſcribam illam quoque viam poſtea. Iam duplex iter, quod Sena Romam habetur, exſequor: longius primò, quo Lauretum itur; tum breuius.

Iter Sena Lauretum, & inde Romam. Quinto ferme milliari Arbia fluuius vado ſuperandus eſt. Trans eum cretoſi montes ſurgunt, longè Auſtrũ verſus exporrecti, cúmque imbres inciderunt, fluitantes luto, & pænè imperuij. vinum non ferunt, & frumentũ malignè reddunt: ſed alendo pecori opima paſcua præbẽt. Inter eos Aſcianum ſitum, non infrequens caſtellũ. præfluit Vmbro fluuius, vnius arcus excelſo ponte conſtratus. Vltrà difficiles ſaltus; poſtque hos largi campi ſunt: verùm paluſtres Chiaronis fluenti excurſu. Incolæ quidquid aquarum eſt & limoſi ſoli, Chianæ paludem, eruditiores aliqui Cyaneam vocant. Ego cenſuerim Clanim eſſe, cuius meminit primo Annaliũ Tacitus: nec repugno, ſi Cluſinam ſeu paludem ſeu lacum veteribus ſcriptoribus memoratũ appellare mauelis: Cluſiũ quidẽ inter Etruſcas olim vrbes viribus præcipuũ & Porſenę regis labyrintho nobile iuxta hanc paludem adhuc exſtat, *Chiuſi* vulgo dictũ; niſi fortè, quia Plinius Cluſinos alios nouos & alios veteres nominat, hoc quod ſupereſt, Cluſium nouum, vetus autẽ alio, nec tamen longinquo abhinc ſitu fuit. Palus ipſa aliquot ligneis pontibus tranſitur: tu medio tranſgredieris ex aduerſo

Arbia fl.
Cretæ montes.
Aſcianum op.
Vmbro fl.
Chianæ palus.
l. 3. c. 5.

aduerſo Valliani ſemidiruti in edito tumulo caſtelli. Occupant inde ampliſſimi cāpi, alicubi nudi, alicubi ſilueſtribus arbuſtis veſtiti: extimi, quos coëuntes à lateribus mōtes theatri in formam arctant, ſuperfuſo lacu merſi latent. Traſymenus hic lacus eſt, notus, quibus hiſtoria Romana nota eſt, vel ab vnica clade, quam apud eū inter paucos grauiſſimā C. Flaminij Cos. temeritate Romani ab Annibale perpeſſi ſunt: cæſa enim cū ipſo Cos. Romanorū viginti quinque millia, capta ſex millia: atque ita intētus pugnantiū ardor exſtitit, inquit Oroſius, *vt grauiſſimū terræ motum, qui tunc fortè tam vehemens factus eſt, vt vrbes diruiſſe, montes tranſtuliſſe, diſcidiſſe rupes & flumina retrorſum coegiſſe referatur, pugnantes omnino non ſenſerint.* Locum monſtrant fœdæ calamitatis nomen gerentem, vt quondam ſigna ſeruauerat, oſſium ſcilicet aceruos: vnde Oſſaiam dixere propinquum lacui caſtellum. Animaduertit etiam Hadrianus Cardinalis in itinere Bononienſi, vt teſtatur his:

Lacus Traſymenus.

Liui. l. 22. Polyb l. 3. Plutarch. in Annib. Silius & alij. Oroſ. l. citando. l. 4. c. 14. poſt Liuiū l. 22.

Oſſaia caſt.

Proſpicimus campos Romanis oſſibus albos;
Seruat adhuc nomen locus, & de ſanguine fuſo
Sanguineos campos Peruſini nomine dicunt,
Hîc vbi commiſſo fallax certamine Pœnus
Flaminiumque ducem Mauortiaque arma ſubegit.

Sed

Sed Traſymenus marino colore inhorret, ſinuaturque crebris promontoriis, inſulas tres habet. Fit verò iter ſecundum ſiniſtram eius ripam, frequentibus oleis conſitam. Supra lacum impoſitum monti caſtellum adſpicies, peramœno ſitu, quod Colonnolam vocant; tum è monte degreſſus inter lætos colles excultóſque plurimis villis, Peruſiam attinges, ampliùs octo M. P. diſtantem à lacu nihilo minus Peruſiæ lacum vulgò vocant: ſcilicet quia clarior alia vrbs in propinquo non eſt.

Colonnola caſt.

PERVSIA.

PERVSIA.

IPSA vnde nomen ſumpſerit, multi ſcribunt quidem, ſed ita variè, vt quis verè, dignoſci nequeat. relata fuit antiquitus inter XII. principes Etruriæ ciuitates, & celebratur ab omnis æui ſcriptoribus tum vetuſtatis nomine (nam ducenteſimo ſexageſimo primo anno poſt vniuerſum terrarum orbem aquis obtectum, longè ante Troianum bellum condi cœpit) tum potentiæ ſemper magnæ, & rerum eximiè geſtarum. Tempore autem, quo accenſo à Trium virorum ambitione bello tota flagrabat Italia, ipſa quoque ambuſta fuit: imò exuſta ab vnius domus incendio extemplo diffuſis per totam vrbem flammis. audent quidã Auguſtum Cæſarem in ſuſpicionem trahere: ipſum impotentem victoriæ in captam vrbem ſæuiiſſe. At certè contrario facto purgauit ſe ſufficienter, cùm paullo pòſt à fundamentis vrbem mœniaque refecit, & à ſuo nomine appellari Auguſtã voluit: quo cognomine hodiéque ſe iactat. Stat ſupra dorſum mentis explicata, prona in ſubiectas mollibus cliuis valles: nec tuta ſitu magis eſt, quàm propugnaculis præſidiiſque artis: valida præſertim & ampla arce, quam ad hoſtium ciuiumque, ſi iis ſimiles velint eſſe, terrorem, opportuno loco, imminentem foro Bernar

Vid. Leãd. Alb.

Vrbis vetuſtas,

interitus, *Dio l. 48. Appran. l. 5. bel. ciu. Vel. Patercu. l. 2.*

inſtauratio & cognomen ab Auguſto:

ſitus.

Caſtellũ.

Bernardinus Caſalenſis Pontificius legatus exſtruxit.hoc metu victa Martia pectora quieuere & quieſcunt ſemper antea pro ferocibus & bellicoſis habiti ciues: quamquam etiam pacis litterarúmque ſtudiis quidam inter eos inſigniter excelluerint.Baldũ nomino vnum inſtar omnium, & Bartolum principes ſummos Iuris:illum ciuem, hunc Peruſij non natum quidem,ſed in publico vrbis gymnaſio verſatum cum maximo eius ornamento, ſuo æterno honore, quo viuus mortuuſque à ciuibus ornatus fuit:poſuere enim in D. Franciſci templò niueum præſtantis operis tymbũ, cum ſimulacro eius,dormiẽtis habitu; & libris incubantis:quibus viuens indefeſſo ſtudio inuigilauerat. Quid Academiæ gymnaſiũ memorem,in frequentiſſima vrbe cùm loco, tum ſtructura & pontificis ænea præ. foribus ſtatua conſpicuum? Quid terna Collegia emolumento ſtudioſæ iuuẽtutis erecta?quibus fit, vt vrbs non maxima & militarium ingeniorum ferax,Muſarum tamen cultu,auſim dicere, quantum vlla in Italia floreat: & exteris quoque liberalium artium, velut è Caſtalio hauriendarum gratia confluentibus,frequens ſit Templa, quæ ferme religionẽ ſanctitatémque ciuitatum teſtantur, multa & pro ſtatu vrbis ornata: at omnibus longè præſtat D.Petri,marmoreis columnis ſuffultum: elegantiſſimis picturis parietes tegentibus. Templum D. Auguſtini: extra

Baldus Peruſinus.

Templum S Franciſci & in eo ſepulchrũ Bartoli IC.

Gymnaſium Academiæ.

Collegiũ Bartolinum:

Collegiũ Sapientiæ Nouum.

Collegiũ Sapientiæ Vetus.

Templum S. Petri.

S Auguſtini.

extraque id area eſt porticu clauſa, in qua circumcirca depictæ luculenter icones, réſque geſtæ illius Diui, & præcipuorum diſciplinæ eius ſectatorum, ex vtroque ſexu, ſpectantur. Similiter Dominicani Patres ſui templi porticum imaginibus hominum è ſua ſocietate illuſtrium pictam habent. *Apud S. Iulianum*, inquit Schraderus, *moniales CC.* & addit Vulcani ædem ab Appiano memoratam, deiectis non ita pridem ædificiis circa forum, erutam fuiſſe: quanquam cenſeant alij ſtetiſſe eo loco, quo D. Angeli fanum poſitum eſt. Primaria vrbis ædes D. Laurentio ſacra iniucunda ob tenebras, digna tamen eſt, quæ ſpectetur, vbi nuptialem D. Virginis Mariæ annulum haberi ferunt, ad veſtibulum ænea ſtatua Pauli III. Pontificis, prope legati Pontificij Palatium. Hic vrbem regit, poſt ſæpè vſurpatam libertatem, denique ſub Summi Pontificis imperium reuolutam.

S. Dominici. S. Angeli. Baſilica S. Laurentij. Palatium Legati ſeu Gubernatoris.

Aliud, quod de Peruſia recenſeam, non habeo. pergo itaque, & ab vrbe deſcendens per imam vallem fluentem Tiberim offendo, terminum Etruriæ, Vmbriæque. Hinc vaſta planities Auſtrum atque Orientem verſùs excurrit, quam Vallem Spoletinam nominant: ad læuam aſperrimi montes ſunt, appendices Apennini. Decimo à Peruſia milliari, in vnius illorum ex amœna planitie ſurgentis cliuo, cui arduus & anguſto calle difficulter peruius

Tiberis fl. & hic Etruriæ finis. Vallis Spoletina.

Aſiſium. peruius ſuper incumbit mons, Aſiſium opidum, Romanorum quondam municipium Ptolemæo & aliis memoratum, ſitum eſt: ipſum quoque leniter ſurgens, atque vbi deſinit, in ſupercilio egregiè munitam arcem præſidio habens. Ante, quàm ineam, intrandum templum eſt, quod intra primùm lapidem ſecus viam adſpicio. ſuperbum, & inclytum miraculis, quæ DEI para Virgo (ei enim ſub Angelorum cognomine dicatum eſt) cottidiana edit. Inter alia, quæ veneranda ac ſuſpicienda erant, placebat ampliſſimus iuxta templum fons; ampliùs vicenis fiſtulis limpidæ aquæ magnam copiam profundens. Hinc mille ferè paſſuum, vt dixi, vſque Aſiſium ſtrata via eſt. Hinc cernere clariùs incipies ſitum in fronte opidi templum, excelſis fornicibus conſpicuum, ingentis molis, D. Franciſci memoriæ cultuique in patria erectum, præſente atque annuente Gregorio IX. Summo Pontifice, architecto quodam Iacobo Germano. Diui cineres in infima æde (tres enim sũt ſibi inuicem ſuperimpoſitę, vnde quanta totius Baſilicæ altitudo ſit ac vaſtitas, coniicere licet) debita cum veneratione coluntur. cæterùm occluſus in imam, quam dixi, cellam aditus eſt: at ſub medij templi Ara iacere beatos cineres hæc inſcriptio indicat: *Sub iſto altari requieſcit corpus B. Franciſci fundatoris Ordinis Fratrum Minorum, ſacris ſtigmatibus diuinitus inſignitum. Hinc intus ſubter altare*

Templum S. Mariæ Angelorum. *Vid. Ioan. Boniſac. hiſt. Virg. l.2.c.1.*

Templum & ſepulchrum S Franciſci.

. eſt

eſt vna columna concaua, in qua iacet ampulla cryſtallina, in qua ampulla eſt vna coſta b. Ioannis Baptiſtæ, quam Dominus Papa Innocentius IV. ſuis proprius manibus collocauit. Sin ſpectare venerarique ſimilia iuuat, in proximo Sacrario copia eſt; itémque in ceteris opidi templis: præcipuè D Claræ, vbi (vt taceam alia atque ipſos adeo Virginis illic, vbi vixerat, ſepultæ cineres) ſimulacrum Chriſti Crucifixi monſtratur, dicitúrque pro comperto collocutum cum D. Franciſco fuiſſe. Etiã haut procul foro ædes oſtendunt, in quibus natus fuerit D. Franciſcus. Hæc ſufficiat religioſum hoſpitem monuiſſe. Iam quæ reliquo itinere Lauretum, Laureto Romam vſque adeantur loca, nomine tenus referam: deſcribam poſtea, cùm quod à Venetiis Romam per marítima iter eſt, narrabo: tunc enim quoque occurrent. Sunt autem iſta: Fulginia, Tollentinum, Macerata, Recinetum, Lauretum. inde redeundum per eadem eſt Fulginiam vſque: hinc propriè Romanum iter per Spoletium, Interamnam, Narniã & Ocriculũ habetur: Ocriculo XXX. M. P. Romã vſque ſuperſunt: ſed nullus magnopere memorabilis locus. Hoc ergo primum ac longius à Sena vrbe Romam iter eſt: ſed magis à me commendatum, Peruſiæ ac Laureti cauſſa. alterum equidem breuius, non dignius: quæ tamen in eo quoque inſignia occurrant, paucis deſcribam.

Templũ S. Claræ, & ſepulchrum.

D. Franciſci paterna domus.

Iter Aſiſio Lauretum, & hinc Romam.

Iter Sena Romam.

Lucignanum op.

Sexto ab vrbe Senarum milliari Lucignanum opidulum eſt. aliqui à Luciis, Romana gente, nominatum ſcribũt; quo argumento, nec ipſi aperiunt, nec ego aſſequor coniecturã. Te, quiſquis hoc iter ingreſſus es, obteſtor & hortor, vt à Lucignano ad læuos montes flectas, deſerta regia via: pauculorum millium flexus eſt: nec toto itinere illuſtrior locus, quàm is, quem tam paruo opere ac ſumptu, ſi me ſequeris, is viſum. Montem Oliueti vocãt: & ab eo Monachorum Ordinem, qui inde exiit, diffuſúſque latè ac feliciter per totam Italiam fuit, Oliuetanum cognominant. Principes auctoréſque religionis tres ſanctiſſimi viri fuerunt è Ptolomeorum, Picolomineorũ Patriciorum familiis nobiliſſimis inter Senenſes, anno MCCCXIX. prout ſupra templi quoddam oſtium legitur. At cœnobij ſolitarius & prorſus amœniſſimus eſt ſitus: coronant enim id crebri, atque ex ſeſe inuicem velut enaſcentes colles, arenoſi quidem: ſed vites paſcuáque ferunt mirè excellentia. Vnde vinum inprimis generoſum, & caſei illi, quos Cretæ appellãt, à cretoſo ſcilicet ſolo, nullis Italiæ inferiores. Inter eos colles ſitũ monaſteriũ eſt, quibus propemodum obregitur: eminent enim cacumina, ac præcipuè ad Orientem vnum, in quo Vicus *Chiuſure* dictus. Tumulus verò, in quo cœnobium poſitum eſt, non æquè vt alij excelſus, ceterum arenoſus, abruptus, atque idcirco planè

Mõs Oliueti caput Oliuetanæ religionis.

Monaſterij ſitus.

Cenſura.

planè inacceſſus, niſi à ſeptentrionibus, quò continens iugum exit: ſed obiecta valida turris aditũ negat, niſi quibus ipſi Monachi fores reſerauerint:quod faciũt perhumanè, & tecto victúque hoſpites liberaliter excipiunt. Ergo niſi ab ea parte cœnobiũ profunda valle ambitur, defenditúrque magis, quàm vlla foſſa arx. ac licet arenoſa ſint iuga, vt dictum eſt, veſtiuntur tamẽ lætiſſimis arboribus: & ſuper ipſos anfractus directæ ſunt viæ, quibus circuiri poteſt mõs inter frequẽtium arborum ac plantarum, etiam cupreſſorum, gratiſſimam vmbram atque fragrantiam. Vbi per portam admiſſus fueris, poſitis armis, ita enim neceſſe eſt, piſcinã primò conſpicies bene amplam, in qua ad victũ Monachorũ piſces aluntur: carnium enim eſu perpetuò abſtinẽt, niſi valetudinis gratia, tum ad læuam ſtabula equorum, ordine ac multitudine admirabili: ad dextram templum ipſúmque Monaſterium. In templo ſubſellia lignea teſſellata, in quibus complures imagines minutiſſimis ac verſicoloribus fruſtulis factæ effictæque ad viuum ſpectantur: & Chori, quem vocant, fornix pulcherrima pictura eſt illuſtratus. E templo in proximam porticum exi., cuius area Medicis plantis conſita: parietes D. Benedicti inſignia geſta exhibent, nobiliſſimi pictoris opus: cuius aliud nomen non ſcimus. Sodomam cognominarunt, nominántque ita etiam nunc, *Templi Oliuetani ornamenta.*

adeo inſigniter eius vrbis libidinẽ exercuit. effigiem ipſe ſuam in tertia imagine pinxit capillo nigro, facie pallenti. Nec mireris D. Benedicti potiſſimùm vitam eſſe depictam, eius enim inſtituta Monachi ſequuntur; quanquam amictu diuerſo vtantur: tunicis albis ac bene laxis. Tum cœnaculum (ipſi *Refectorium* vocant) nitidiſſimum ampliſſimúmque eſt: menſæ ac ſedilia perquam elegantia. Superiori contignatióne habitant ipſi Monachi; miraberis quàm mundè & ordinatè. Eadem ferme in ſumma contignatione ſeries ordóque eſt camerarum: ſed hæ inhabitatæ aduenis Patribus reſeruantur. Bibliotheca ipſa quoque in ſumma ædium parte, columnata illuſtratáque coloribus; in qua Sphæra cæleſtis eſt eximiæ magnitudinis. Sunt quoque ad oras ædificij opportunæ factæ porticus, è quibus proſpicere licet in circumiacentem regionem, & ſuauiſſimæ auræ frui flatu. Hæc atque alia cùm peruideris, fatearis neceſſe erit, fidelem vtilemque fuiſſe meum ductum. Tum ad regiam viam reuertere per oblongam vallem, in qua ad Arbiam fluuium *Buonconuento* ſitum, mediocre caſtellum, quinto milliari diſtans à Lucignano. *Ingens*; vt canit, imò queritur quidam noſter,

Monaſterij laudes.

Bűõconuento.

Georg. Fabric. in itin. Patau.

Tellus crimen habet, Germani morte notata
Cæſaris Henrici; quem quando vincere ferro
Impia non valuit, violare eſt auſa veneno,

Nec

Nec ſcelus hoc potuit, Monachi niſi fraude, parare.

Henricum Septimum eius nominis intelligit, de quo Vitæ eius quidam ſcriptor: *cùm*, inquit, *Florentinos, qui iam de ſalute deſperabant, graui obſidione premeret, veneno in Euchariſtia dato, opera monachi cuiuſdam Prædicatorij è medio ſublatus eſt*: & Piſis ſepultus, vt infra monebo: moneo nunc extitiſſe nuper, vt hoc ſæculo hiſtoriarum veritas indagatur non minùs, quàm abſurdiſſima mendacia reuocentur in lucem: extitiſſe ergo viros graues & eruditos, qui è veſtigiis geſtæ rei deprehenderint veneficij illud crimen in monachorum ordinem falsò, imperitè, improbè fuiſſe confictum. Quod te monitum volui hoſpes. Henrici VII. Imp. mors.

Subſequitur *Tornieri*, de quo nihil ſuppetit, quod moneam; exiguus ſiquidem pagus eſt, non à ſitu, non ab alia inſigni re commendandus. abeſt *Buonconuento* M. P. VII. Eminet ad dexteram Mons Ilicinus, à Volaterrano & aliis Mons Alcinoi vocatus, vini, præcipuè *Moſcatelli*, præſtantia celebratus: inque eius vertice videre eſt opidum eiuſdem nominis, egregiè communitum. A Tornierio ad S. Quirici caſtellum M. P. III. Celſum collem hoc caſtellum integit, quà viam ſpectat, arcis in modum emunitum: vbi magiſtratus reſident. Habet, vnde & nomen habet, vetuſtiſſimam ædem marmoreis poſtibus decora- Tornieri Mons Alcinoi. S. Quirici caſt.

tam, Quirico tutelari ſuo Diuo ſacram. Poſtea in oblongi montis fronte Pientiā opidum adſpicies è regione ingētis molis montem, cano vertice propè ſidera tāgentem. Incolæ Montamiatam vocant, nonnihil corrupto priſco nomine: Cato quippe & Antoninus Montem Tuniatū, vel Tuniatem, vt legit Ortelius, appellant. abundat diuerſis fructibus, etiam alieno anni tempore. Subiecta in collibus plura, verum tamen ingloria caſtella ſpectantur: mediam planitiem, quam tranſiri opus eſt, haut pauci riui ſecant. Porrò proximè poſt Tuniatum iugum, ſed depreſſa diremptus valle, eminet alius ſcopulus, in quo Radicofanum quadratum caſtrum cum totidem ad angulos propugnaculis, ſed præcipuè accliuitate loci munitum aſpicitur. Infrà pagus, ſubque eo ampliſſima taberna, quam Ferdinādus Magnus Etruriæ Dux viatorum commodo extruxit; vt pagum ipſum ingredi nihil ſit opus. Radicofanum à Deſiderio Langobardorum Rege nomen, à Coſmo Medicæo, quæcunque habet munimenta artis operiſque humani, accepit.

Pientia op.

Mōs Tuniatus.

Radicofanum.

Diſtat à S. Quirici Caſtello XIII. milliaribus: Senâ XXX. Hîc Senenſis agri & Etruriæ Magno Duci parentis fines ſunt: cetera. quæ vltrà ſita, quamquam Etruriæ incluſa finibus ſint, cùm ad Tiberim vſque ea protendatur, vt ſuperiùs ſcripſi, Romano tamen Pontifici ſubdita, continentúrque eius Prouinciæ nomine, quam

Etruriæ hodiernæ fines.

quã Comitiſſa Mathildis Gregorio VII. Pont.Max.donauit. Vulgo S. Petri Patrimoniũ nominant:lego tamen apud Blondum & Bibliothecarium multo ante Mathildis tempora Ludouicum Caroli Magni filium cum Paſchale I.Pôt.Max. partitũ Etruriam,Patrimonij,vt vocant, maximam partem Romanæ Eccleſiæ cõceſſiſſe, retentis modò Peruſia, vrbe veteri, Cluſio,Arretio,Volaterris, Florentia, Luca,Piſtorio & Piſis Ceterùm à Radicofano glabrũ iter,præcipuè pluuio tẽpore,ad Sentinũ primò pontẽ:vbi loci, vt Leãdro videtur,Sentina fuit,Caſtellum à Catone memoratũ:fuit & lapideus põs, cuius aliqua pars modò reliqua eſt.illo Pallia fluuius trãſibatur, at nũc vado ſuperãdus eſt. nec multò poſt,cùm iã latiori alueo vagari incipit,lapideo inſigni põte iterũ tranſitur;quẽ pontẽ Gregorius XIII. P.M.exſtrui curauit, vt inſculpta eius inſignia, noménque indicãt.De fluuio, quoniã ſæpiùs occurrit,hæc habeo. impedito alueo eſt,nec magnopere ſalutaris iis locis,quæ alluit, ſæpè ſubitas excurſiones facit, & vndis inuoluit,quodcũque obuiũ atq; opportunũ eſt. Exit è Radicoſani cautibus, & citato curſu mediã regionẽ ſecãs,iũgitur denique Tiberi Peliã Cato, at Tabula. Itineraria vetus Palliã hũc torrẽtẽ nominat; Plini⁹ Prilã aut Prilim, vt Volaterrano placet:ſed aduerſatur Leãder Albertus, & Plinianũ Prillim alibi ſtatuit,vicinum mari atq; in ipſo deſinẽtẽ. Trãs Palliã 4 à

Patrimonium. S. Petri.

Põs Sentinus.

Pallia fl.

Aqua pēdens.

Ponte Sentino milliari Aquulam aſcendes.pendulum opidum in excelſa rupe,& aquis inſigniter ſcatēs quæ inter aſperas rupes data via præcipitantur:vnde vulgo Aqua pendēs nominatur:Aquulę nomen Ptolomæo eſt, vt non nemo exiſtimat. Frequens præterea opidū eſt, & quod ob multa illuſtria ædificia proximè ad vrbanam magnificentiam accedat. Hinc aliquamdiu æquum iter, donec in vallem ſaxoſo tramite te demiſeris, cuius maximam partem lacus occupat:reliquam cāpeſtrem oram,& qui proximè ſub montibus, è quibus deſcenditur,habitāt S.Laurētij (quod opiduli nomen eſt) incolæ, & qui in capite lacus ſiti ſunt, Volſinienſes colunt.Volſinios Liuius validiſſimam vrbem nominat,& inter Etruriæ capita:Plinius opidum Tuſcorū opulentiſſimum, quod fulmine totū concrematū fuerit.alij à Nurſeiæ,topici numinis cultu prædicarūt. Etruſcis quidem communiter omnibus, maximè verò Volſinienſibus, cùm opibus præſtarent, eam præcipuam curā fuiſſe,vt diis ſuis honores haberent,conſtat;ac quia ſtatuaria ars olim in Etruria maximè vſitata, ita vt illas quoque ſtatuas, quæ in Italia exſtabant, Tuſcanici operis & in Etruria factitatas haut dubiè fuiſſe ſcripſerit Plinius, affirmare audeo templa vrbémque vniuersè ſignis quàm plurimis perornatā fuiſſe:vtique cū apud eundē Pliniū Metrodorus Scepſius Volſiniis duo millia ſtatuarum numerarit.

Volaterrā alia Ptolemæi exēplaria habēt Aquilam, quod eſſe opidū Inciſam Arno adiacens putat Cluuer. Ital. ant. l. 2. c. 3

S. Laurētij op.

Vulſinij, hodie Bolſena.

l. 10.

l. 2. c. 52.

Claruit

Claruit vrbs etiam vſu inuētíſque aliarum artium; Plinius certè idem molas verſatiles Volſiniis inuentas fuiſſe prodidit. Veruntamen mihi non ob hæc aliáque ſimilia, ſed maxime ob id poſteritati commendandi videntur Volſinij, quod ſuæ calamitati exemplo probant Rempublicam nullam diu conſiſtere poſſe, in qua ciues primi ordinis alios ex infimo gradu ad ſocietatem communionémque imperij admittant. Vrbs hæc, ait Valerius Max. *erat opulenta, erat moribus & legibus ornata; Etruriæ caput habebatur: ſed poſtquàm luxuriâ prolapſa eſt, in profundum iniuriarum & turpitudinis decidit, vt ſeruorū ſe inſolentiſſimæ dominationi ſubijceret. Qui primùm admodum pauci ſenatorium ordinem intrare auſi, mox vniuerſam rempublicam occupauerunt. Teſtamenta ad arbitrium ſuum ſcribi iubebant, conuiuia cœtúſque ingenuorum fieri vetabant; filias dominorum in matrimonium ducebant. Poſtremo lege ſanxerunt, vt ſtupra ſua in viduis pariter ac nuptis impunita eſſent; ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius caſtitatem non antè ex numero ipſorum aliquis delibaſſet.* Vindices tantorum ſcelerum demum Romani fuerunt, qui à ciuibus oppreſſis clàm vocati in auxilium miſſo Decio Mure libertinos omnes ſuperarunt, & aut in carcere necârunt, aut dominis in ſeruitutem reſtituerunt. Volſinenſium quoque vrbi non parum famæ, an infamiæ adſperſit Ælius Seianus Volſiniis genitus,

l. 36. c. 18.

Inter dominos & ſeruos periculoſa ſocietas.

l. 9. c. 1.

Auctor de Viris illuſt. Paul. Diac. hiſt. lib. 2.

l. 4. & 6. Annal.

Tacito teſte, qui peſſimis artibus ampliſſimos honores adeptus, dum ad imperij ſupremum faſtigium euadere properat, præceps deiectus ſe ſuóſque pari pernicie inuoluit. Volſinij, patria eius, item diruti; quâ vi, quóve tempore, nondum comperi: conſtat tamen in ruinis eius nouum hoc opidum exſurrexiſſe, & Bolſenæ iſtud nomẽ ad priſci illius ſimilitudinem accepiſſe. Equidem ſuperſunt veteris vrbis haut pauca monimenta: marmoreæ tabulæ priſcis literis notatæ, & plures in D. Chriſtinæ templo peruetuſti lapides. In dextro Sacello marmor viſitur ſedilis inſtar excauatum. extrinſecùs inſculptę imagines viri pallio amicti, ſtantis, & mulieris iuxta aſſidentis, ac blandienti caniculæ panem porrigentis, in quam inſilit vnicornis, vt mea fert coniectura, nam corpus equino ſimile, quaie etiam vnicornu habet; caput vnde certiſſimò noſci poſſet, ruptum eſt: ac quoniam hoc ànimal virginibus amicum eſſe plurimi ſcripsêre, libet credere vnicornis illam imaginem eſſe, non equi. In area templi alterum marmor ſub dio ſpectatur, itidem peruetuſtum, in quo hæc inciſa: bina Leonũ capita, ſeminuda mulier humi recumbens; alia ſedẽs & Cornucopiæ ferens; viri feminæque præterea plures ſeminudis corporibus, quos inter medius ſe infert Satyrus: à tergo Satyri pinres, & geminę Furiarum facies, ſparſis capillis implicitíſq; ſub mẽto anguibus horrentes:

Reliquiæ antiq. Volſin.

rentes; medius ſtat vir nudus, lituum ferens. in dextro latere Hercules inſculptus, labans, quem vir amplexus ſuſtentat: clauam puer magno niſu conatur tollere. Venuſtum ſanè marmor eſt, & vetuſtum, vnde ſupra auctorū antea laudatorum teſtimonia claros aliquando Volſinios fuiſſe poſſis colligere. Habes etiam clariſſimū noſtræ religionis argumentum, vt credas faciliùs, quod oculorū ſenſu deprehēdes verum eſſe ac certum. Bolſenæ quidam Sacerdos cùm SS. ſacrificium celebraret, auſus eſt dubitare, anne, ſub tenuis panis imagine immēſus DEVS adeſſet. Vos Caluini de grege quicumque eſtis, vos aduoco, adeſte & audite, ite & aſpicite inauditam rem. Dum dubius & cogitabundus hæret Sacerdos, è SS. Hoſtia effluit ſanguis, & ſubſtratum linteum tingit, eadem ſe ſuâ vi in aera librans volat huc atq; illuc, & in candidum marmor cruoris aliquot guttas profundit; quæ ad hanc vſque diem in opidi templo videntur ac coluntur. linteum ſanguine tinctum in Vrbeuetana Eccleſia aſſeruatur. Quæ certè fabula non eſt; ſed fabulæ illi ipſi, qui negant. Bolſenā alluit à dextris lacus quinque & viginti millium paſſuū, vt ferunt, ambitu, figurâ proximâ poſt ouatā, montibus circumcinctus; olim & Tarquinieſis cognominatus, quia Tarquinienſium fines ad eum pertinebāt. De quo ita libro II. cap. XCV. Plinius: *In Tarquinienſi lacu magno inſulæ duæ nemora*

SS Corporis Chriſti veritas in Sacramento altaris miraculo probata.

Leand. Albert. & meminit. Onuph. Panuin. in Vibaro. II. Marul. l. 4.

Lacus Volſinienſis.

circumferunt, nunc triquetram figuram edẽtes, nunc rotundam complexu, ventis impellentibus, quadratam nunquam. Sed mihi curioſè inquirenti nihil ſimile viſum aut auditum. Extant quidem binæ in lacu inſulæ totidémque in iis templa; in quorum altero D. Chriſtinæ corpus ſepultum. Hanc Virginem Chriſtiana ſacra conſtanter profitentem Ethnici alto lacu demerſerunt, vtique aquis ſuffocandam; ſed obſtitit excelſior vis, quâ adiutâ Diua in litus euaſit, impreſſitque pedum illa veſtigia, quæ etiam nunc conſpiciuntur. Habeo etiam auctores, qui in huius lacus inſula, quam Franciſcani obtinent, Amalaſuntham Almarici Oſtro-Gothorum regis matrem, diſertiſſimam feminarũ iugulatam fuiſſe ſcripſerunt. Admoneo, (in Faliſcorũ regione es) quæ intra Palliam fluuium, Soractẽ, ſeu vt hodie vocant, S. Silueſtri montem, & Tyrrhenũ mare cõtinebatur. Hic populus duce Haleſo Argiuo è Græcia in Italiam tranſmiſit, ſi credimus Solino & aliis, condiditque in edito monte Phaliſcam; quam alij arcem Iti appellant, alij Montem Phiſconem, proximè ad hodiernum nomen, Montem enim Fiaſconem Itali nominãt. Atqui ſi Phaliſcam illam à Solino memoratã & ab Haleſo cõditã Phaliſcorũ gẽtis caput cõſtituamus, oportet ei quoq; Faleriũ vel Falerios nomẽ fuiſſe; Liui⁹ enim aliiq; rerũ Romanarũ ſcriptores, qui maximè Camilli res geſtas & domitorum

S. Chriſtinæ ſepulchrũ.

De cade eius legendi Caſſiod. & Procop. l. 1.

Faliſci. *c. 8. Ouid. 4. Faſt.*

Mõs Fiaſconis.

ab eo Faliſcorum hiſtoriam litteris conſignarunt, vnam principemque eius populi vrbem Falerios ſiue Falerium nominant; quæ ipſa Faliſci & Faliſcum vocata, ſitaque in arduo monte nõn minùs, atque opidum iſtud, quod Montem Fiaſconem vulgò & Faliſcorum Montem nuncupant. Vnde vereor, ne aut ſitus aut nominis ſimilitudo illos deceperit, qui Faliſcum gentis caput non aliud prodiderunt, quàm hunc Fiaſconis Montem. Caput enim Faliſcorum Falerium vel Falerij in via Flaminia inter Ocriculos & Romam ſiti, teſte Strabone; vnde Geographi noſtri Ciuitatem Caſtellanam ea regione excelſo pariter monti impoſitam Falerios veteres eſſe autumant, quæ Faliſcorum princeps, à Camillo oppugnata & in deditionem accepta, atque à Phalerio Argiuo, vt tradit citatus Solinus, condita fuerit: Phaliſcam autem aliam à Faleriis diuerſam atque ab altero Argiuo Haleſo (vt idem Solinus memorat) extructam, quam hodie Montem Fiaſconis dicimus, eſſe Troſſulum illud à Plinio nominatum locatúmque in Tuſcis citra Volſinios paſſuum V I I. M. non quidem in Flaminia, ſed Caſſia via; Caſſij enim Forum haut ita procul abfuit ſeu in Cimino monte ſitum, ſeu in agro opidi Vetrallæ, vbi templo S. Mariæ cognomentum Forcaſſi à Foro Caſſij, vt putant. Troſſulum illud, ſeu Haleſi Phaliſca fuit, equitum Romanorum virtus nobilitauit,

Plutarch. & Zonar.

l. 5.

Falerij Faliſcorum.

Troſſulũ. *l. 33 c. 1.*

Forum Caſſij.

uit,qui cùm ſub Romulo regibúſque Celeres,deinde Flexumines appellati eſſent; poſteà quàm Troſſulum ſine vllo adiumēto peditum cepiſſent,Troſſuli cognominari cœpere,vt Plinius & Pōpeius Feſtus obſeruant; quod facinus arbitror eò magis admirabile & memoria dignū viſum fuiſſe, cùm eſſet opidū propter locī ſitū aſcenſu expugnatúque difficile. Sed enim quàm id olim virtus Romanorum equitum,tam hodie bibulorum præconia ob dulciſſimi vini præſtantiam copiamque commendant; & iam multis abhinc annis Faliſci Bacchi quidam cultor cùm illac tranſiret, vt tranſibat ſæpiſſimè, famulum ſolitus erat pręmittere,qui omnes opidi vinarias cellas perluſtraret, inquirerétque optimum vinum; quo reperto īnſcriberet foribus beatæ illius cauponę: *eſt,eſt*.ibi ſitibundus herus diuertebat, colebátque impensè ſuum Bacchum. Diſcite ab vnius exemplo vos, qui eiuſdem dei numini deuoti eſtis; quod ille præmium tulit, vos quoque manet. oppleuit autem corpus ita vino,vt animam eiiceret.Exanimi ergo illacrymatus famulus lepidum hoc epitaphium compoſuit,& ſaxo inſculpi curauit:

Bibuli cuiuſdam interitus.

Propter Eſt Eſt dominus meus mortuus eſt.

De reliquo antequam Montem Fiaſconem attingas, qui Bolſena ſeptem millibus diſtat,ſiniſtros montes, ſupérque iis Volſinienſium lucum tranſeas oportebit: celebrem olim ludis & ſacrorum diuerſis generi-

Volſinienſium lucus,qui & Iunonis.

generibus, quæ ab Haleſo edocti Faliſci in Iunonis honorem ibi concelebrarunt: atque ab hoc deæ peculiari cultu inditũ Phaliſcæ Iunoniæ cognomen. Ita Frontinus, *Colonia Iunonia*, inquit, *quæ appellatur Phaliſca, à III. viris eſt aſſignata*. Solinum ego hîc auctorem ſequor, qui Phaliſcam à Faleriis diſtinguit, & ſuo cuique loco propriè conditores adſcribit; alij enim qui Faliſcos non niſi in vna vrbe Faleriis agnoſcũt, hæc ſacra Iunonia, ab Ouidio inprimis decãtata, in lõgè diuerſo luco prope Falerios & Flaminiã viam inter Ocriculũ ac Romã celebrata fuiſſe contendent. Porrò vltra Faliſcos montes lata atque amœna planities panditur ad Ciminũ vſque montẽ, Romanis ſcriptoribus cũ cognomine ſilua & lacu non incognitũ, imminentẽ Viterbio, octauo à Monte Fiaſconis milliari. Viterbij nomẽ atque origo à Deſiderio Longobardorum Rege eſt, exſtatque deſcripta in alabaſtrina tabula eius Conſtitutio, qua ita edicit: *Reuocamus ſtatuta Regis Aiſtulphi contra Vetulones edita, vt lacus non Tyrenſium, ſed Vetulonum ſit, qui lacus Magnus Italiæ dictus eſt, quia ager eorum prius eſt Italia dictus ab ibi, ſede Itali, & vt ſuam Longolam non Longobardulam, ſed cognomine ſui ampliatores Tyrrheni Terbum vocent, & vt ſub vno muro cingant IV. opida Longolam, Vetuloniam, Tyrrhenam, Volturnam dictam Hetruriam, totamque vrbem noſtra adiectione Viterbium pronuncient*. Itaque Deſiderij

lib. de Coloniis.

Am. l. 3. eleg. 12.

Viterbiũ. *Leandrum hîc & pleroſque Italos ſequor: Cluuerius hãc inſcriptionem adulterinam, ab Annio Viterb. aut ſimili nugatore fictam cenſet.*

ſiderij Regis iuſſu quaterna opida, Longola, Vetulonia, quæ XII. Etruriæ vrbium vna, Tyrrhena & Volturna cognomine Herturia, intra vnum murorum complexum incluſa fuere, & vniuerſim nouo Viterbij nomine appellata. Ergóne vrbs fuit, quæ ſuæ prouinciæ nomẽ ferret? ſanè multi auctores Hetruriæ vrbis meminere, & clariſſimè Cato: *Gens tertia Tuſciæ*, inquit, *Tranſapennina à Ciminiis diffunditur ad Piſtorium, in his Volturrena* (Deſiderius in Edicto Volturnam nominat) *ſub radicibus Cimini iacet, cognomine Hetruria, à qua tres gentes Etruriæ appellantur Etruſci, vt à communi metropôli.* Hæc ergo Hetruria vrbs, ſeu Volturnam ſeu Volturrenam mauis dicere, cum Tyrrhena, Longola ac Vetulonia communibus cincta mœnibus fuit, iunctiſque ſimul vrbibus Viterbij nomen factum ad hanc vſque diem manet. Qua de re copioſè diſſerit Leander Albertus in ſua Italię deſcriptione, ac cætera quidem, quæ memorat, nunc quidem non improbo. illud, Carolo Sigonio auctore, damno, quòd Hetruriam, cùm vrbem ſignificat, ſcribendam abſque adſpiratione docet, at cum adſpiratione, quando regionis nomen eſt. Quinimò Etruriam prouinciam incoláſque Etruſcos ſcribi ſine adſpirationis nota debere Sigonius, quem laudaui, è manuſcriptis libris & Triumphalibus lapidibus, qui Romæ in Capitolio ſeruantur, probat ac mihi perſuadet. De Hetruria hæc ſatis: de Viterbij

Hetruria vrbs.

Catonis iſta, itemque Beroſi & ſimiliũ fragmẽta eſſe pura putida Annij Viterb. figmenta Cluuer docet.

In Scholiis ad Liu. l. 1.

Etruria regio.

Hetruria vrbs.

Viterbij laudibus ſunt,quæ dicantur.Vetuſtas primò,quæ à prima vrbis origine, non ſolùm Deſiderij inſtauratione repetenda. Fuit autem hoc quod Viterbium dicimus, Fanum Voltumnæ, ipſis vrbis Romanæ initiis antiquius, ad quod XII. Etruriæ populi de publicis rebus conſilia agitaturi conueniebant, loci frequentia & opportunitate adducti; medium enim ferme erat inter Volſinios, Veios, Cære & Tarquinios, principes tunc Etruriæ ciuitates. Situs Viterbij eiuſmodi eſt. A fronte contra Montem Fiaſconis amplam planitiem ſpectat: tegitur à tergo inprimis arduo monte, cui hodie ab vrbe cognomentum, olim Ciminus fuit. Fertiles campos,& plurimis riuulis irriguos habet.intra mœnia aquarum maxima vis elegantibus fontibus proſilit: hos contuere,& in Summo templo II.Romanorum Pontificum ſepulchra: porphyreticum Ioannis XXI. & Alexandri IV. apud Franciſcanos Hadriani V.apud Dominicanos Clementis IV. Portæ vrbis adſtructa arx eſt; ante quam omnium elegantiſſimus fons plurimis pulcherrimo ordine diſpoſitis ſiphunculis limpidam aquam eiectat, recreat oculos inſueta ſpecies, aures gratiſſimum ſtrepentis aquæ murmur. Vino vrbs non æquè felix eſt,quod niſi coquatur, protinus languet & perit. Id fermè commune eſt Italico Bacchho vitium; & quanquam alicubi tempus ferat, vix tamen plus annum valet

Fanum Voltumnæ

Liui. l. 4. 5. & 6.

Viterbiũ aquis, quàm vino felicius.

let vigétque niſi arte iuuetur: noſtrûm quis neſcit vires à vetuſtate acquirere, & inualeſcere durando? Porrò poſt Viterbium Ciminus mons ſuperandus, eſt, difficili aſcenſu deſcenſúque; inter quem abiectus iacet lacus cum proximo Vico, vnde lacui Vici nomen. atqui olim Ciminius perinde, ac Vicus quoque Cimini, dicebatur, Blondo, Leandro, Pomponio Sabino, Nicolao Erythræo & aliis teſtibus. De quo lacu ita Seruius Virgilij Scholiaſtes: *Aliquando Hercules ad hos populos venit, qui cùm à ſingulis prouocaretur, ad oſtendendam virtutem defixiſſe dicitur vectem ferreum, quo exercebatur; qui cùm terræ eſſet adfixus & à nullo potuiſſet auferri, eum rogatus ſuſtulit; vnde immenſa vis aquæ ſecuta eſt, quæ Ciminium lacum fecit.* Fortè Hercules vectem illum, vt ceteris mortalibus tam immobilis eſſet, in aliquo fixit eorum locorum, de quibus Plinius: *In ſilua Ciminia*, inquit, *loca ſunt, in quibus in terram impacta non extrahuntur.* Nihilo maiorem fidem habet, ſed tamen ob leuandam itineris moleſtiam recenſere libet, quod in Fragmentis Sotionis legimus, ſpectari nempe, ſi aqua tranquilla ac pellucida ſit, in fundo Ciminij lacus rudera opidi, quod repente abſorptum fuerit. Ammianus quidem Marcellinus meminit in Ciminia Italiæ parte opidi Succinienſis: ſed id non

Vicus Cimini.

Lacus Ciminius.

ad 7. Æneid.

l. 2. c. 96.

De mirand. font. flum. & lacu. l. 7.

non aquis modò merſum, verùm chaſmate ad profundos hiatus Erebi abactum æternis tenebrís occultari ſubdit. Vicus Cimini, quem dixi, opidulum fuit, non multò ante Pomponij Sabini tempora deletum; ita enim teſtatur ipſe: *Lacus & mons Cimini poſt Sutrium eſt. tempore noſtro Lacus Vici appellatur, nam illic opidulum nuper diruſum appellabatur Vicus Cimini.* Sutrium, quod nominat, peruetus & clara Romanorum Colonia, poſtea & municipium fuit propter Caſſiam viam, quæ per Sutrium & Ciminum montem ad Fiaſconis & vltra ducebatur. Sequitur Roncilionis opidum, in anguſtam vallem & decurrentium aquarum ſtrepitu reſonantem extentum. multa in eo conſpicua ædificia: quin verò aliquando cultius fuerit, haut ambigo, adeo egregia & crebra Palatiorum atque Arcis rudera conſpiciuntur. Hinc ad læuam in edito cliuo nitentem Capratolam adſpicies. Non via eò te, ſed ego duco omnium maximarum rerum, quas quidem compertas habeam, fidiſſimus index. Nec verò magnus excurſus, paucula ſunt milliaria. locus ipſe magnificentiſſimo Card. Alexandri Farneſij Palatio ſummè ſpectabilis. Palatium arcis in modum emunitum, quadrata figura, admirabile cænaculis omni cultu exornatiſſimis: ſtatuis nimirum, aulæis, lapideis pretioſiſſimis menſis, & pictarum imaginum ornamentis.

ad 7. Æneid. Virg.

Roncilionis op.

Capraro-la.

Palatij laudes.

mentis. Directa autem ſunt conclauia ea ratione,vt ſibi inuicem reſpondentes fores,cùm apertæ fuerint,tranſmittant perflantem auram, qua languentia æſtiuis ardoribus corpora, facile eſt coniicere, quantopere recreentur. Adiacent Palatio gemmei horti. ibi viridaria fragrant, diſcretæque areolæ iucundiſſimo oculis ordine:ibi limpidi placidè ſuſurrant fontes gratiſſimo auribus murmure : redolent flores; effulgent inter arborum frondes aurata poma.patent longè ac latè amæna ambulationum ſpatia, topiariis pulcherrimis conueſtita. Quid vltrà dicam; in Romano hoc itinere nihil lætius, nihil venuſtius videris : Oliuetanum tamen montem adiungo, pariter & naturali loci ſitu ſolique felicitate;& ædificiis (quãtum quidem monaſtica ſeueritas luxum patitur) admirandum. Hæc bina loca, ſi ſapis, prorſus viſe. Quid? tantilluſne tibi ambitus grauis eſt? cogita vnde adueneris,& quam ob cauſſam;ſcilicet vt Italiæ ornamenta perluſtrares, quibus noſtræ regiones non æquè fulgent : ceteris aut pares ſumus,aut ſuperamus.A Caprarola ad Montem Roſæ planum iter eſt, circiter decem millium paſſuum. Mons Roſæ fertilis conſitúſque variis frugibus M. P. X V I I. à Viterbio diſtat;Roſulum Antoninus vocat.Subiacet militarem vel Caſſiam ſuper viam, (quæ Caſſia, vt indicaui ſuperiùs,hinc per Fiaſconis & Politianum Montem ad Florentiam ducebat)

Hortorũ amœnitas.

Mons Roſæ.

Via Caſſiæ.

bat) pagus cognominis;& iuxta ſtagnum fluitat,exiguum quidem, at mirè profundum. Blondus lacum Vadimonis illum innatantibus inſulis, & Etruſcorum occiſione celebrem exiſtimat eſſe:ſed meritò reprehenditur à Leandro, quem vide. Moneo,Veientium fines ingreſſus es,qui, vt idem Leander ſcribit, à Monte Roſæ porrigebantur Romam vſque: antè verò, quàm condita vrbs foret, ad Tiberim & fluminis vſque oſtia Veientanus ager pertinebat; Romulus primùm deuictis Veientibus & pacem petentibus *has*, inquit Dionyſius,*pacis leges præſcripſit multæ nomine: vt agrum Tiberi contiguum, qui ſeptem pagi vocantur.Romanis traderent:quæ ſunt ad fluminis oſtia, abſtinerent*. Veij caput gentis, vrbs,ait Liuius,opulentiſſima Etruſci nominis, exſtructa cum reliquis XI. à Pelaſgis Tyrrhenis ante Troianum bellum annis circiter trecentis, in excelſo,vt idem Dionyſius deſcribit, & vndique abrupto ſaxo, *magnitudinem ſuam* (verba Liuij ſunt) *vel vltima clade indicauit quòd decem æſtates hyeméſque continuas circumſeſſa, cùm plus aliquanto cladium intuliſſet, quàm accepiſſet, poſtremò iam fato quoque vrgente, operibus tamen, non vi expugnata eſt*.Quod explicatiùs refert Florus: *non ſcalis*, inquit, *nec irruptione,ſed cuniculo & ſubterraneis dolis peractũ vrbis excidium. ea denique viſa eſt prædæ magnitudo, vt eius decimæ Apollini Pythio mitterentur, vniuerſúsque populus ad direptionem*

Veientes.

l.2.Plutarch in Romulo.

Veij vrbs *l.5.*

L.1.c.12.

ptionem vrbis vocaretur. Hoc tunc Veientes fuere. nunc fuiſſe quis meminit? quæ reliquiæ? quodve veſtigium? Laborat annalium fides, vt Veios fuiſſe credamus. Sanè ſi iam Flori ætate clariſſimæ vrbis omnis adeo memoria intercidit, minùs mirandum eſt eruditis hodie inter ſe de eius ſitu non conuenire; quia autem edito loco, vt ex Dionyſio audiuimus, & non ita longè, vt idem auctor eſt, à Cremera fluuio (hodie *La Varca*) ſita fuerat, in eorum maximè concedo ſententiam, qui Scrofanum opidum veterem vrbis Veientium ſitum obtinere ſcripſerunt. iuuat enim hanc ſententiã & loci excelſitas & Cremeræ amnis propinquitas. Redeo ad Montem Roſæ; vnde M.P. VI. ad Baccani Vicum, ipſum quoque Caſſiam ſupra viam, Blondo teſte, ſitum. Baccanas Tabula itineraria Antonini exhibet XXI. M.P. Roma diſtantes. Lacus Baccano obiacet, non amplus quidem, at Cremeræ fluuij ortu celebris. Cremera item non magnitudine ſua & aquarum copia, ſed Fabiorum clade notus, quos apud eum inſidiis interceptos ad vnum Veientes deleuerunt: vnicus puer relictus domi Fabiam gentem ſæpè poſtea Reip. vtilem ab interitu ſeruauit. Nota hiſtoria eſt è Liuio, Ouidio, Dion. Halicarnaſſeo, & plurimis rerum Romanarum ſcriptoribus. Poſt Baccanum montoſo, vt antea, itinere ſilua initur à Baccano nominata: veteres Arſiam, aut, quod magis placet, Mæſiam

l. 9.

Baccani Vicus.

Lacus Baccani.

Cremera fl. vulgo *La Varca.*

l. 1. Ouid. 2. Faſt. Dion. l. 9.

Mæſiam dixere, quam Ancus Marcius rex Veientibus ademit, vt Liuius narrat. Quondam ea ſilua denſa arboribus, horrida, obſcura fuit, ideóque à lucifugis nebulonibus inſeſſa, qui tranſeuntes viatores ſpoliabant, vexabantque diris modis; nunc tutus à latrociniis tranſitus, detectæ ſceleſtorum latebræ ſuccenſis & ſuccisis arboribus. Ad finem ſiluæ huius ex altiſſimis illis iugis proſpicere licebit Romam, albentémque, cùm ſerena lux adfulget, Tiberim; & tamen ampliùs duodecim millium paſſuum interuallum eſt. Inde per ſubiectos latè agros lenis deſcenſus. Proximè apud vrbem Miluius, ſeu mauis dicere, Muluius pons occurret, quo Tiberis tranſitur. In Flaminia via à M. Scauro Cenſore pons iſte exſtructus, ſæpè euerſus & ab aliis refectus priſcæ ſtructuræ præter fundamenta, habet nihil. Apud eum cum Magno Conſtantino Maxentius tyrannus conflixit, & cælitus Crucis ſigno vique oppugnatus, & humano robore militaríque peritia victus decidit in Tiberim, ac miſerè in vndis, vt dignum erat anteacta eius vita, periit. Flaminia via, in qua Miluium pontem erectum ſcripſi, poſtea iterum in Lauretano itinere occurret, ampliùs deſcribenda; cuius itémque Claudiæ viæ diuergiũ intra primum ab hoc ponte lapidem fuerat: indéque porrò Flaminia in Vmbriam, Claudia (quæ & Clodia) ad Sabatinum lacum,

Mæſia ſilua vulgo *Boſco de Baccano.*

Pons Miluius.

Oculatus teſtis B. Artemius ap. Serranum lib. de 7. Vrb. Eccl. Euſeb. l. 1. de Vita Cõſt. cap. 23. & ſeq. & hiſt. 9. cap. 8. Nazar. & Gallican. in Paneg. Conſt. Zoſim. l. 3. Baron. an. 312.

cum,

cum,hodie *Bracciani* vel *Anguillariæ*, ducebat. Imminet huic diuergio collis fontibus irriguus, in quo Naſonis illi pomiferi horti,quos amiſſos queritur lib.1.de Ponto eleg IX. Tandem via portaque Flaminia vrbem ingredieris. Mihi redeundum Venetias, & adducendi ſunt hoſpites,qui alio inde itinere per maritima Lauretum, Laureto Romam contendunt.quod ego iter peragam, & paucis deſcribam,quæ memorati meretur.

Iter Venetiis per maritima Lauretum, Laureto Romam.

Foſſa Clodia hodie *Chioggia.*

Chioggiam primò appellunt: opidum amænum, & ad marginem Auſtralem eius ſinus,in quo Venetiæ, ſitum, continenti nulla ex parte cohærens. Oblongum eſt, & in duas partes ab ampla platea medium ſecatur. Circumcirca frequentes ſalinæ, è quibus Veneti mirum quantum ſalis, atque cùm ad exteròs tranſmiſerint,pecuniæ conficiant.Latini cum Ptolomæo Clodiam Foſſam vocant, à Clodio Albanorum Duce,vt opinio eſt. Creuit maximè Malamocchi ſeu Meduaci veteris occaſu, quo inter vndas ſepulto Epiſcopalis ſedes Chioggiam tranſlata fuit;ipsáque inde ius ac nomen ciuitatis adepta. Auctor eſt Polydorus Virgilius apud Clodiam Foſſam victos magno prælio Genuenſes,vſurpatáſque tum primùm à Venetis,haut multò antè ſub Aquilone excogitatas machinas fuiſſe,quarum vſus poſtmodum orbem terrarum peruaſit:illas,inquam,machinas,quas à fulminea vi fragoréque bombardas appellitant.Ceterùm

l.2.de inu. re.c.11. Vid. Pancirol. de no. reper. tit.11. vbi Salmuth. in Notis.

rùm à Foſſa Clodia, ſecus Italiæ litora, Auſtrum verſus nauigantibus Padi oſtia, quæcunque ſuperiùs memoraui, in conſpectu erunt: nihil verò in litoribus ſpectabile, ob quod intermittenda nauigatio, donec Rauennam appellas. *Padi oſtia.*

RAVENNA.

VRBS antiquiſſima à quo cõdita fuerit, adeo non conſentiũt auctores, vt præſtet in re præſertim aliena ab inſtituto meo tacere omnes, quàm accuratius examinando morari ad hæc noua properantẽ lectorẽ. Certè longè ante Troianũ bellũ Pelaſgos è Theſſalia in Italiã profectos Hadriatica iſthæc litora occupaſſe Spina argumẽto eſt, ab his Græcis ad duodecimũ ferè à Rauẽna milliare exſtructa, iã dudũ diruta. Non ergo fabuloſè Zoſimus, itémque Strabo Rauennam opus ac Coloniam Theſſalorum nominarunt: ſed Theſſali, vt idẽ Strabo memorat, ab accolis Tuſcis identidẽ vexati vrbem Vmbris ceſſerũt, ipſi Græciam repetiuerunt Situs vrbis tũc trigeminæ, hoc eſt in tres partes diuiſæ, à Iornãde rerũ Gothicarũ ſcriptore eiuſmodi traditur: *Rauenna vrbs inter paludus & pelagus intérque Padi fluenta vni tantùm patet acceſſui. Hæc in ſinu regni Romani ſuper mare Ioniũ conſtituta in modum * influentium aquarum redundatione concluditur. habet ab Oriente mare, ab Occi-*

Vrbs quãdo & à quis condita.

l. 5. Strabo l. 5.

Situs Rauennæ.

** Inſula.*

dente paludes, per quas vnus anguſtiſſimus introitus, vt porta, relictus eſt. à Septemtrionali quoque plaga ramus illi ex Pado eſt, qui Foſſa vocatur Aſconis. à meridie idem ipſe Padus, cognomẽto Eridanus, ab Auguſto Imp. altiſſima foſſa demiſſus, ſeptima ſui aluei parte mediam influit ciuitatem: qui ad oſtia ſua amœniſſimum portum præbens claſſem CCL. Dione referente, tutiſſima dudum credebatur recipere ſtatione. qui nunc, vt Fabius ait, qua aliquando portus fuerat, ſpatioſiſſimos hortos oſtendit, arboribus plenos: verum de quibus non pendeant vela, ſed poma. Trino ſiquidem vrbs ipſa vocabulo gloriatur, trigeminaque poſitione exſultat: id eſt, prima Rauenna, vltima Claſſis, media Cæſarea inter vrbẽ & mare, plana mollitie arenaque munita, vectationibus apta. Suprà cùm Padum oſtiaque eius recenſerem, ſcripſi Auguſtum Cæſ. claſſis Romanæ apud Rauennam collocatæ gratia Portum nouum condidiſſe: erat enim Rauennæ antea quidem Portus iuxta Bedeſis fluuij oſtium, quod Aſconis Foſſam appellarunt: ſed Auguſtus ab hac alteram in ſuum Portum deduxit, quæ Auguſta Foſſa, Portus autem à re Nouus & à nauium ibi aſſidua ſtatione Claſſis dictus fuit; quod nomen adhuc temporis locus III. M. P. ab ipſa Rauenna diſtans, & monaſterio ac templo S. Apollinaris conſpicuus ſeruat. Cæſarea autem illa inter vrbẽ & mare à Iornande memorata non ſanè alia fuit, quàm via Cæſaris Sidonio Apolli

Claſſis.

Cæſarea.

Apollinari; etenim cùm naualem turbam mercatorúmque tabernas, quibus locus frequentabatur, Portus ſeu Claſſis opidũ non caperet, appoſita viæ, quæ Rauẽnam ferebat, ædificia crebra denique Rauennã Claſſi iunxerunt. vnde via hæc pro parte Rauennæ habita, & hinc vrbs trigemina. *Inter alia,* ait Strabo, *locus iſte mirandum habet, quod in paludibus aër eſt innoxius, queẽadmodum Alexandria in Ægypto æſtate lacus vitium tollitur per aſcenſum fluuij, quo paludes abolentur:* ita & Rauẽnæ paludes, cùm per adfluxum æſtuantis maris inundentur cœnoſáque omnia eluantur, nihil noxiũ exhalare Strabo ſcribit, imò è contrario vitalem inſpirare teporẽ maximè vitibus, vnde celeriter matureſcentes vberem pariant fructum. Vini quidem copia Rauennæ ſemper laudata, vt damnata aquæ inopia. Martialis:

Sit ciſterna mihi, quàm vinea, malo Rauennæ, l. 3. epigr. 55.

Cùm poſſim multò vendere pluris aquam.

Et Sidonius; *in medio vndarum ſitiebamus, quia nuſquam vel aquæductuũ liquor integer, vel ciſterna defæcabilis, vel fons irriguus, vel puteus inlimus.* l. 1. epiſt. 5. Ergo Rauennæ inſolita multa; nam & aër paluſtris ſalutaris potiùs, quàm grauis: & ſitientibus vinum magis in promptu eſt, quàm aqua: accidúntque cõtra naturæ ordinem alia plura, quæ Sidonius idem Cãdidiano ſuo iuxta, ac ſalſæ aquę in agro Rauẽnate

l.1.piſt. 8. incommoda, ſalsè admodum exprobrat. *Te,* inquit, *Rauennæ auribus Padano culice perfoßis municipalium ranarum* * *loquax turba circumſilit. in qua palude indeſinẽter, rerum omnium lege peruerſa, muri cadunt, aquæ ſtant, turres fluunt, naues ſedent: ægri deambulant, medici iacent: algent balnea, domicilia conflagrant: ſitiunt viui, natant ſepulti: vigilant fures, dormiunt poteſtates: fœnerantur clerici, Syri pſallunt: negotiatores militãt, milites negotiantur: ſtudent pilæ ſenes, aleæ iuuenes: armis eunuchi, literis fœderati. Tu vide, qualis ſit ciuitas, vbi tibi lar familiaris incolitur, quæ faciliùs territorium potuit habere, quàm terram.*

* *Vnde Martialis l.3. ep.13. Meliuſque ranæ garriunt Rauennates.*

Hodie paludes non quidem ſiccatæ omnes, multæ tamen diſſipatæ riuis extinctæ; & duo tantùm intra ſuos alueos fluuij Bedeſis, vulgo *Monton*, & Vtis, vulgo *Aquæ ductus* rigant atque alluunt Rauennam; fertileſque agri magnam præcipuè frumenti copiam proferunt, aut quæ ſuburbana arua non ferunt, ea ex propinquo mari, ſecundo æſtu importari iuxtà, ac ſuperflua exportari compendio poſſunt. Quod vicini Hadriatici maris commodum etiam Procopij ætate Rauenna habuit; ita enim de ea ſcribens libro primo Gothicarum rerum: *hoc in loco*, ait, *mirandum quid ſingulis diebus accidit, nempe mare ſummo diluculo fluminis inſtar in terram illatum, tantum eius æſtuando inuadit, quantum itineris vna die vir expeditus cõficere poſſit: locaque mediterranea nauigabilia*

Bedeſis Vtis fl.

Æſtus marini beneficiũ.

bilia efficit. deinde verò circa ſerum diei, inundatione ſoluta, æſtu reciprocante, emiſſas vndas in ſe reducit. Itaque qui vel inferre in vrbẽ neceſſaria volũt, vel inde merces aliáſve res efferre, nauigijs onera imponunt, hiſq; in locum ſubtractis, vnde fieri traiectus ſolet, æſtum operiuntur. quo accidente nauigia ſenſim vndis ſubleuata fluitare, nautæque remigare incipiunt. Atque hoc non modò hoc in loco, ſed in omni hoc ad Aquileiã vſque litore fit. Vrbem muris cinxit Tib. Claudius Druſi F. Cæſar Auguſtus Germanicus, de quo extat monumentem apud Aureã portam, quæ & Specioſa dicitur, haut falsò; etenim lapidum ac ſtructuræ ſpecie elegantiáque planè eſt admiranda. Propè eã ruinæ ſunt, vt vulgus exiſtimat, Palatij Theodorici Oſtro-Gothorũ regis. Equidem conſtat compluribus ſuperbiſſimis ædificiis exornatam fuiſſe hanc vrbẽ, vtpote quã ſæpè Imperatores, ſemper Exarchi, quandoque Reges incoluerint. atqui eorum nec veſtigia quidem vlla apparẽt, niſi quòd rudera crebríque lapides effoſsâ humo cottidie proferuntur. Attamen ſacratarum ædiũ etiam ad hanc vſque diem aliquas edax tempus ſeruauit, multùm tamen imminuto ſplendore: & ſicubi tẽpus benignũ fuit, hoſtes ſæuierunt. Senſit præcipuè ſacrilegorum Vaſconum manus Archiepiſcopale templum immenſis opibus nudatum: cuius tamen ipſi ſceleris ſatis graues non multò pòſt pænas luerũt, ab Heluetiis conciſi, aut in flumina præ-

Rauennæ mœnia, Cæſ. Claudij opus.

Porta Aurea.

Palatium Theoderici regis.

Templum Archiepiſcopale.

cipites acti. Fabrica pulcherrima eſt, nixa quadruplici ordine marmorearum columnarum. Spectantur & effigies XI. Rauennatium Archiepiſcoporum, quorum capitibus, dum crearentur, ſuffragator S. Spiritus columbæ ſpecie inſedit. Templum S. Vitalis rotundũ, ſua quoque pænè omnia ornamenta amiſit: quæ fuiſſe admodum illuſtria paucæ exſtantes reliquiæ oſtendunt. ſolum egregio quondã lithoſtroto picturatũ: verùm paucula eius hodie comparent. Merentur tamen admirationem & laudem quatuor nobiliſſimæ columnæ, inſignes pretio & magnitudine, quas inter vna è rariſſimis gemmis inter ſe confuſis ac velut colliquatis formata videtur. ferũt naturam ita eas commiſcuiſſe: eximiũ certè eius opus, ſi quidem eſt. emicant porphyrites ſiue leucoſtictos, iaſpis viridans, rubens & flauens, ophítes, onyx, achates, pyropus, chalcedonius aliíque id genus lapides. Iuxta hoc tẽplum aliud viſitur SS. Geruaſio & Protaſio dedicatum à Placidia Galla Honorij atque Arcadij Augg. ſorore, cuius inibi ſepulchrum, è pretioſo marmore quàm artificiosè exciſum. Præter hoc alia duo ibidem exſculpta è Pario marmore, artificio nihil inferiora, quæ duorum eius filiorum eſſe vulgi fama eſt. Prope limen templi ſpectantur alia duo materie quidẽ paria, opere verò neutiquam nutritorem ac nutricem eorum filiorum vulgi opinio in iis collocauit. Ipſum autem templum marmo

Antiſtites à columba, id eſt Spiritu S. approbati

Templũ D. Vitalis.

Templũ SS. Geruaſij & Protaſij. vbi conditricis Placidiæ ſ pulchrum, & liberorũ, itémque nutritorum.

marmoribus eleganter incruſtatum eſt: humus præcipuè pauimentata. Exſtat in hac vrbe aliud memoratæ Placidiæ inſigne opus: ædes videlicet S. Ioannis Apoſtoli, quam ipſe dicitur IX. Februarij die cælitus ſacrauiſſe: ideóque illa die populus frequens ſupplicatum eo venit. Sunt in hac æde Græcanicæ imagines omnium Imperatorum, quos ad id tēpus Placidiæ Gallæ gens habuit. Sequitur templum S. Andreæ ſpectabile nouem egregij marmoris columnis, ac maximè duabus, quæ candidis rubeíſque maculis virgatæ excellenter. quarum capitula intuere etiam, non negabis ſculpturæ laudes, quas merentur. Picturæ elegantis ſpecimina in DEIparæ ad Porticum æde ſpectes licebit: ſcatet enim eius generis ornamentis. Templum S. Apollinaris, quod olim S. Martino conſecratum, cognominatúmque in Cælo aureo, condidit Theodericus Oſtro Gothorum rex, & duplici ordine marmorearū columnarū Conſtantinopoli aduectarum, aliiſque Roma & aliunde petitis marmoribus ſplendidiſſimè exornauit. Exſtat inſuper Rauennæ Sepulchrū Dantis Aldigerij famoſi apud Etruſcos vatis, de quo ſuprà quædam me dicere memini. Is à Florentinis in exiliū actus Rauennæ conſenuit, diemque ſuū obiit. Sepulchrum vile quondam & abiectum Bernardus Bembus Prætor Rauennas, multò magnificentius ære ſuo refecit, nec falsò inſcripſit:

Templū D. Ioānis Apoſtoli.

D. Andreæ.

S. Mariæ ad Porticum: D. Apollinaris.

Dantis Aldigerij poëtæ tumulus.

Exigua tumuli Dantes hîc ſorte iacebas
Squalenti nulli cognite penè ſitu.
At nunc marmoreo ſubnixus conderis arcu,
Omnibus & cultu ſplendidiore nites.
Nimirum Bembus Muſis incenſus Etruſcis,
Hoc tibi, quem in primis hæ coluere, dedit.

Hercules Horarius. Exſtat poſtremo Herculis Horarij ſimulacrũ ſanè ingenioſum, cuius ſpeciẽ myſticam diligenter & enodatè deſcripſit Pighius in Hercule Prodicio ſuo. Extra

Templũ S. Mariæ Rotundæ. muros ædes eſt S. Mariæ Rotundæ; ita nuncupant à figura ædificij. Cõponitur è quadratis lapidibus, opere reticulato; pauimento verſicolore marmore fruſtulatim diſſecto & aptiſſimè coagmentato pingitur. diameter templi XXV. pedes continet, etſi Schottus adnumerato, opinor, muri ſpatio eam denis pedibus faciat ampliorem: aut fortaſſis librarius per incuriam, denarij numeri notam poſtremã adſcripſit. Pighius certè, è quo pleraque Schottus exſcripſit, non niſi XXV. pedes diametro huic attribuit: ſecutus nempe Leandrum Albertum in huius & multarum præterea vrbium deſcriptione. Obtegit ædem totam integrum arcuatum ingentis molis ſaxum (granitum vel ophites videtur) inque apice eius ſine vmbilico patet amplum foramen, non ita pridem capta vrbe à militibus apertum, diſiecto pulcherrimo Theodorici regis

Theoderici regis monumentum. tumulo, qui ſuperimpoſitus id occludebat. Eũ Amalaſuntha filia regis fabricari atque ibi ſtatui curaſſe ſcribitur; & erat ex

integro

integro Numidico porphyrite exciſus, longitudine pedum VIII. latitudine IV. craſſitudine Vnciarum VIII. operculum habebat æneum artificio admirabilis cælatum & inauratum. Atqui ei quoque,

Vt eſt multis, forma ruina fuit.

Auarus miles vt ære potiretur, ipſum ſimul tumulum machinâ bellicâ decuſſit; ille cadens arcus quoque partem rapuit ſecum.

Rauennâ ARIMINVM, vetuſta vrbs & Romanorum præpotens Colonia, diſtat millibus paſſuum quinque & triginta; quo in itinere haut procul Portu Cæſenatico plurimas eaſque ampliſſimas foueas adſpicies, in quibus corriuata atque concluſa marina aqua Solis æſtu in ſalē ſpiſſatur. Aſpicies iuxtà & tranſmittes Rubiconem, antiquum Italiæ prouinciæ limitem: paruum quidem & noſtrâ tempeſtate obſcurum amnem, at verò non ingloriū olim, & ciuilis belli origine longè clarum, cùm C. Julius Cæſar armatus ipſum patriáſque vnà leges tranſgreſſus, inteſtinas turbas excitauit. Nam vetitum edicto S.P.Q.R. fuerat ne quis Rubiconem cum armis tranſiret; itaque Cæſar, vt eò peruenit, priuſquam exercitum traiiceret, *conſtitit paullùm*, ait Suetonius, *ac reputans, quantum moliretur, conuerſus ad proximos, Etiam nunc, inquit, regredi poſſumus, quod ſi ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt. Cunctanti oſtētum tale factum eſt. Quidam exi-*

Portus Cæſenaticus, in Tabula Itinerariæ *Ad Nonas.* Salinæ Rubicon fl. vulgo *Rucone.* *Forma edicti huius extat apud Apian. in Ant. inſcr. pag. 158. Bland. Leand. & Cluuer. Ital. ant. l. 1 c. 28. ſed v. vid apud omnes.* *In Vita Caeſ. c. 31. & 32.*

mia magnitudine & forma in proximo ſedens repentè apparuit, arundine canens, ad quem audiendum cùm præter paſtores plurimi etiam ex ſtationibus milites concurriſſent interque eos & æneatores; rapta ab vno tuba proſiluit ad flumen, & ingenti ſpiritu claſſicum exorſus pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæſar, Eatur, quò deorum oſtenta & inimicorum iniquitas vocat; iacta alea eſt, inquit. atque ita exercitum traiecit. Rubicon, vt dixi, hoc facto ad poſteros inclaruit; tum, &, quòd Italia vetus apud eum finiretur. vnde Lucanus,

l. 1. *Fonte cadit modico paruiſque impellitur vndis*
Puniceus Rubicon, cùm feruida canduit æſtas,
Pérque imas ſerpit valles, & Gallica certus
Limes ab Auſoniis diſterminat arua colonis.

l. 1. epiſt. 5. Quorum verborum interpres Sidonius, de Rubicone loquens, *originem*, inquit, *nomini de glarearum puniceo colore mutuatur, quique olim Gallis Ciſalpinis Italiſque veteribus limes erat.* Quis hodie, quóque nomine hic fluuius ſit, auctores non conſentiunt: Blondus eundem *Piſatellum* ab accolis, qui ſub Flaminiâ viâ, & *Ruconem* ab illis, qui ſuprà accolunt, vocari ſcriptum reliquit. Cluuerius, cuius Italiam antiquam poſt hoc opus abſolutum
l. 1. c. 18. primùm vidimus, amnem iſtum ſuperiore ſui parte circa viam Æmiliam II. M.P.

M.P. à Cæſena, *Ruconem* vulgo dici aſſerit, recipere inferiùs duos alios fluuios ſe ipſo maiores, alterum *Piſatellum* incolis, alterum *Borconē* nominatum, cum his fluere deinceps relicto priore & accepto nouo *Fiumecini* nomine, effluereque ita tres ſimul amnes vno oſtio in mare; oſtio itidem *Fiumecino* nomen eſſe; & prope id, non verò circa fontes Rubiconis Cæſarem cum exercitu vt retulimus ex Suetonio tranſgreſſum ciuilii bello principium feciſſe. Hinc Cæſar ſecundùm maris oram inſtituto itinere XI. millium P. vt habet Tabula Itineraria vetus, primam Italicarum vrbium, quæ è Ciſalpina Gallia venientibus ſe offerebat, Ariminum petiit. eodem & nos noſtrum iter ducit.

ARIMINVM.

In Caſare. GAlliæ olim adſcriptum, eóque magna Galliæ vrbs à Plutarcho appellatur; nam priſca Italia intra Anconam vel Æſim fluuium conſtiterat, donec aliquot poſt ſæcula ad Rubiconem prolati fines fuêre, ex eo tempore prima, vt dixi, inter Italicas vrbes Galliam versùs cenſeri cœpit. *Lib. 5.* *Habet*, inquit Strabo, *portum & fluuium cognominem.* *Rimini.* Sed vrbi detruncatâ primâ litterâ nomen in ceteris vtcunque integrum manſit: *Ariminus fl. iam Marrechia.* fluuius ſitu quidem ac curſu nihil mutatus, planè diuersâ appellatione *Marecchia* dicitur. Præter hunc alluitur vrbs à Septẽtrionibus Hadriatico mari: è regione iucundiſſimos hortos & vineas habet: ab Oriente atque Occidente agros frumenti admodum feraces. *l. 3. c. 15.* Orientales rigat Auſa fluuius, qui Plinio Apruſa: Occidentales verò Marecchia modo nominatus, quem ſuperbo ponte Octauius Auguſtus cum filio Tiberio conſtrauit. *Pons Auguſti.* Pons Flaminiam viam cum Æmilia, & vrbem cum Caſtro coniungit, quinque arcubus conſtat, atque in longitudinem porrigitur ducẽtos pedes, latus quindecim; totus è quadratis marmoribus cõpactus, inſcriptúſq; hoc titulo: *Diuergium viarum Flaminiæ & Æmiliæ.* *Imp. Caſar Diui F. Auguſtus Pontifex Max. Coſ. XIV. Imp. XX. Trib. Pont. XXXVII. P P.* aliâ parte hæc leguntur: *Ti. Caſar Diui* *Pontis Arimini inſcriptio.*

Diui Auguſti F. Diui Iulij N. Auguſtus Pont.Max.Coſ.XV.Imp.VIII. Trib. Poteſt. XVII. dedere. Item Auguſtus Triumphalem arcum erexit,qui ad portam Piſaurenſem mutilus cum hac inſcriptione.*Coſ. ſept. Deſignat. Octauum. V. Celeberrimeis Italiæ vieis Conſilio Senat. Pop.* Arcum ergo & portus Arimini Auguſtus exſtruxit; quidam volunt & vrbem eum condidiſſe:ſed ego Liuio aſſentior, qui libro XV.ſcribit P. Sempronio & Appio Claudio Coſſ.(annis CCLXVIII. ante Chriſti exortum) à Romanis deductam fuiſſe coloniam Ariminum. addit, *in Picenum*, contra Strabonem, & alios, qui in Vmbria locant. Vnde ea Liuio caligo? credo à propinquitate locorum, quòd proximè Picenum vrbs ſita eſſet, ideo nobiliori eam genti attribuit, nam Vmbri ea tempeſtate pænè in vmbra ac tenebris.At enim Pighius iuuat Liuium, me fauente, & vetuſtiſſimis temporibus fuiſſe Ariminum in Picentium ditione cenſet,quoad deuictis iis & triumphatis per Ap.Claudium Italiæ fines ab Æſi fluuio vſque Rubiconem prolati fuere; ab illo tempore Ariminum inter Vmbros cenſeri cœpiſſe. Superſunt ibi præter præſcripta duo vetuſtatis monumenta,lateritij Theatri quædam veſtigia, & lapides antiqui cõplures,antiquariis perbene noti:mihi neutiquam,qui vix quę horum ſunt temporum,video. Vidi tamen ſplendidum D. Franciſci templum è veteris

Arcus Triumphalis Auguſti.

Ariminũ Colonia Rom.

l.5. in Vmbria poſt victos ab Appio Picentes:

antea in Piceno.

Theatri rudera.

Templum D. Franciſci.

partus

partus materie & ornamentis Sigiſmũdi Malateſtæ ſumptibus conſtructũ, vbi Roberti Valturij ſtratiotici ſcriptoris & Themiſtij Byzantini Philoſophi præſtãtiſſimi ſepulchra. Vidi inſignia alia haut pauca ædificia, monumenta gentis Malateſtaceæ, quæ Imp. Othonis III. munere principatum Ariminij conſecuta, diu tenuit: vti & PISAVRI aliorúmq; locorum. Verùm PISAVRVM ad Sfortiarum familiam à Malateſtis: ab illa ad Roboreos Vrbinatũ hodie Duces deuênit, quibus ad hoc tempus paruit. Vigeſimo tertio miliari ab Arimino diſſitum eſt, ſitum in littore maris; è quo veriſimile eſt exhalare intemperantem illum & maximè noxium humanis corporibus aërem; qui iam olim Catullo notus, notatúſque fuit hoc ad Iuuentium diſticho:

PISAVRVM.

Aeris grauitas.

Præterquam iſte tuus moribundâ ſede Piſauri
Hoſpes, inauratâ pallidior ſtatuâ.

Alioquin amœnus circà ager eſt & delicatiſſimorũ fructuum, præcipuè ficuum, ferax. Ab Occidente abluitur Piſauro flumine, vnde exiſtimo inditum vrbi nomen fuiſſe. neque eſt, quòd curem fabellas aliquorum, qui à priſco quodam vate, aut appenſo Gallorum auro Piſauri nomen deriuant. Romani, quod certiùs ſcimus, poſt DLXVIII. annos, quàm cõdita Roma fuerat, Coloniam deduxêre: euertit nõ multò ante Actiacũ bellũ terræmotus,

Piſaurus, qui & Iſaurus & vulgo *Foglia.*

Liu. l. 39.

vt

vt Plutarchus in Antonio auctor eſt; poſtea æſtus marini auxere rudera, quæ iuxta Catholicæ vicum hauſta profundo exſtantiaque alicubi conſpiciuntur. quo loco Piſaurum vetus ſtetiſſe multi aſſeuerant: hoc verò poſterioribus annis exſtructum à fundamentis fuiſſe; cuius quidem rei penes ipſos ſit fides: negant enim alij ſcriptores, qui reliquias has Conchæ maritimæ vrbis, pelago abſorptæ faciunt. Certum enim verò atque extra controuerſiam eſt Piſauri dominos Sfortias primùm, tum Roboreos inſignibus munimentis vrbem vallaſſe: quorum è numero Ioannes Sfortia validam à mari arcem exſtruxit; Franciſcus Maria Roboreus muros & aggeres circumdedit, inque inſtanti colle Imperiale, quod vocant, maximi ſumptus operiſque Prætorium condidit. A Piſauro Fanum M. P. IX Fanum Colonia Romanorum eſt, teſte Plinio, qui inter Vmbros locat; Vitruuius Iuliam Faneſtrem nominat à Cæſare Auguſto, qui muris cinxit. Tacitus aliíque Fanum Fortunæ appellant, quòd eius deæ magnificum ibi templum eſſet, cuius ad hanc diem ſigna quædam ac rudera reliqua ſunt. Noto inprimis Arcum Triumphalem è marmore artificioſè laboratum; quanquam mutilus ſit integri formam exhibet in vicino D. Michaëlis ſacello poſitum: ſaxum, cui adſcripta hæc: *Effigies arcus ab Auguſto erecti, poſtea tormentis ex parte dirupti bello Pauli*

Catholica Vicus.

Arx maritima.

Prætoriũ Imperiale

FANVM.

l.3.c.14.

l.5.c.1.

l.3.hiſtor.

Fanum Fortunæ.

Arcus Triumphalis.

additũ cognomẽ fuit. Itaque paſſim leges Senã, Gallicam, à Strabone Senegalliam, à Plinio Senogalliam dictã; quod poſtremũ nomen hodiéque retinet. Sena etiam nomen eſt flumini, vulgo *Ceſano*, quod Occidentem verſùs quatuor ferme millibus paſſuum ab vrbe in Hadriaticum mare effluit: Miſus verò Tabulæ Itinerariæ hoc nomine inſcriptus amnis propè ipſis alluit mœnibus; & tamen Seno Gallia dulcium aquarum extrema laborat penuria: ſalſas aperta terra profert, quia vicinum mare inſinuat ſe occupátque mania viſcerum ſpatia incolæ è Bacchi ciſterna bibunt, ad alia importata aqua vtuntur. Nunc inſtitutum curſum currere pergo; iterum attendo, diuerſorium in via eſt vallatum muris, inſtar arcis. Heus caupo, inquio, quibus tu inſolitis munimentis vinariam tuam cellam obſepſiſti? Ego vero vitam, reſpondet, meam fortunáſque tutor. Ecce mare hoc nunquam non prædonibus ſcatet; vt lupi inhiant meis hoſpitúmque bonis & ſanguini: cùm his ingluuiem nõ explent, ignes tecto ſubdunt, inde hæc domus ſemper *aduſta* audit. Pergo, & XII. millia emenſus Anconæ ad muros ſum, validos ac permunitos.

Sena fl. vulgo *Ceſano*.

Miſus fl.

Sena infelix aquæ.

Caſa bruſciata.

ANCONA.

ANCONA.

VRBS ab Auſtralis montis iugo leniter demiſſa, ſecundùm portus curuaturam flectitur, & cum portu deſinit; de cuius ſitu ita Strabo: *Sita eſt Ancon in*
l. 5. *promontorio, quod ſuo versùs ſeptemtriones*
l.2. cap 4 *nes inflexu portum includit.* At Mela duo hîc promontoria facit, in quorum ex diuerſo coëuntiũ anguſto ſinu quia vrbs
l.3.c.13. inflexi cubiti imagine ſedeat, ſiue, vt Plinius deſcribit, in ipſo flectentis ſe oræ cubito, appoſita promontorio Cumerio, idcirco à Graiis dicta fuerit Ancon, à Latinis Ancona; quemadmodum & quæ Græcis eſt Derton, Veron, Cremon, Latini reddiderunt Dertonam, Veronam, Cremonam. Conſtruxerunt eam annis
Strabo l 5. CCCCVI. ante Chriſtum natum Syra-
Soli. c. 8. cuſani Dionyſij tyrannidem fugientes,
Plin. l. 1. qui Dores origine; ideo apud Iuuenalem
plura Pighius mox citandum Anconæ Doricæ cogno-
in Herc. Prod. mentum. Latet inter cornua ambientium montium, tecta munitáque muris, pro-
Arx. pugnaculis & valida arce, quæ ab Auſtra-
l.3.c.13. lis, quem dixi, montis iugo ſubiectam
Cumeriũ promontorium vulgo Monte Guaſco. cum portu vrbem tutatur. E regione excelſum promontorium exit in mare, quod Plinio Cumerium eſt, vulgo *Monte Guaſco*, cui impoſitum vetus Veneris, forſitan illud à Iuuenale nominatum:
Satyra 4. *Ante domum Veneris, quam Dorica ſuſtinet Ancon,*

Ancon, nunc S. Cyriaci fanum, marmoreis poſtibus, præterea vix aliquo ornatu inſigne : at religione profectò clariſſimum & ſummè venerandum, quam conciliunt plurima Diuorum corpora in ſubterraneo delubro condita : Principis præſidíſque templi Cyriaci, & Marcellini & Liberij, & Callariæ Virginis ac Martyris. Ipſo in templo, vt alia taceam, D. Antonij Fatati ab annis ampliùs CCCC. incorruptũ corpus, & Hieronymi Thomaſij ſacra oſſa ſeruantur, vtrique Anconitani, ac Patricij ſanguinis fuerunt.

Clauer. l. 2. Ital. ant. c. 11. Veneris iſtam ædem in ſinu inter duo promontoria locat.

Templum Cyriaci.

Corpus S. Ang. Fatati integrum.

Multa præterea illuſtria templa, quibus vrbs non minùs, ac priuatis publicíſque aliis ædificiis nitet inter paucas. S. Franciſci ædem ſilentio prętcrire non poſſum; à Scala cognomentum habet, quia ſexagenis gradibus ſcanditur, ad fores Benuenuti Stracchæ monumentum, cinerum ſcriptorúmque ab eo voluminum memoriæ erectum. Addo D. Dominici ædem, monumenti gratia, quod eiuſmodi eſt: *Manilio Marullo Conſtantinopolitano vetuſto Marullorum genere nato, qui ex DD. Gordianis Marullis Rom. Imp. originem ducunt, omnibus virtutibus honeſtiſque moribus præd'to, à Turcis ampliſſimis fortunis ſpoliato, patriaque eiecto, ſummis magiſtratibus legationibúſque, variis terra maríque laboribus, vita denique Idibus Nouembris Anconæ defuncto Philippus Theodorúſque filij parenti pientiſſimo, qui vixit annis XCV. Poſ. Anno Salutis MCCCC.* Siti ſunt

Templum S. Franciſci.

Epitaphiũ Bẽuenuti Stracchæ IC.

Templum S. Dominici

Elogium M. Marulli.

ſunt ibidem Philippus & Marullus pater eius, & vxor Euphroſyne Tarchaniota cum patre Michaele & Paulo fratre Tarchaniotis; quorum monumentorum gratiâ D. Dominici ædem addidi ad cætera, quæ Anconæ ſpectabilia viſa. Addo & baſilicam Mercatorum, elegantiæ causâ, ac proſpectus, qui ex ea per ampliſſimum maris ſinum iucundiſſimus eſt. Sed nimirum Portus, quoties occurrit oculis inuitat me, trahit ac rapit ad ſe. Eo, & ex propinquo ſpeculor adeo omnium teſtimoniis celebratum, & Italicis omnibus portubus antelatum, tātopere olim à Romanis exornatum. Ornamentorum potiſſimam partem abeſſe reperio, marmorea ſepta quibus olim munitus erat, corrupta & interrupta, gradus lapideos diſiectos, porticus è medio penitus ſublatas. Sed adſpicio, adſpicio inſigne quidpiā, cui ipſa Roma antiquitatum clariſſimis monumentis licet refertiſſima, inuidere poſſit: Arcum, inquam, ex immanibus marmoribus compoſitum, mediæ moli, quæ munimento portus proiecta in mare eſt, impoſitum. Non effictas in eo imagines, vt in Romanis arcubus, non ſepulturæ alia miracula habeo, quę admirer; deciderunt, aut detracta ab hoſtili manu fuerunt; in Arcu certè fuerunt, vt multi exiſtimant, indicántque vacua ſpatia & locelli, in quibus marmorea ſigilla & id genus parerga dubio procul fixa fuêre. Sed quis corporis venuſtatem à veſtimentis æſtimet:

Baſilica Mercatorum.

Portus Anconitanus.

Arcus Traiani.

Eius laudes celebratæ.

merito ita hoc licet nudum opus, tamen ob exactiſſimæ ſtructuræ elegantiam vaſtitatémque marmorum nullis affici laudibus poterit, quas non exſuperet. Pighius in Prodicio Hercule, quo Italiæ ſpectacula omnium elegantiſſimè deſcripſit, multus eſt in laudando hoc arcu, & architecti peritiam ex eo potiſſimùm æſtimat, quod operis vniuerſi membra, nec non ornamentorum quaſque partes, ſtylobatas nempe & ſpiras columnarum, capitulorum quoque abacos, plinthos, echinos, flores ac tenias; faſtigij idem & apſidum proiecturas, faſcias, coronas, zophoros, triglyphos, cimatia, ſimas; ad hæc titulorum tabulas, & quidquid eſt appendicum, quibus honorarius ſimilis arcus conueſtiri & ornari ſolet, non foris adiunxerit fabricatave ſeorſim demum affixerit, ſed ex vaſtis marmorum quadris, è quibus tota moles conſtat, ſimul exſculpſerit, expolierit ad amuſſim, coagmentauerit tam concinnè, vt inter quadrorum commiſſuras nec cultelli quidem mucronem inſerere liceat; adeóque ex vno Parij montis ſaxo integer arcus exciſus à longè videatur. Apparent in fronte eius ſupra apſidem notæ litterarũ, quas æreas & inauratas olim, excidiſſe, vel potiùs extractas fuiſſe crediderim: ſed notæ ſiue veſtigia, litterarum vice ſunt, indicántque haut obſcurè, quis portum condiderit, cui arcus, quodque ob meritum in oculatiſſimo, vt verbo Plinij vtar, loco

Ars ſtatuarij in hoc arcu ſingularis.

erectus

Arcus inſcriptio. erectus fuerit. En itaque habes formam earum: *Imp. Cæſari. Diui Neruæ.F. Neruæ. Traiano. Optimo. Aug. Germanico. Dacico. Pont.Max.Tr. Pot. X IX. Imp.I X. Coſ.V I. P.P.Prouidentiſſimo Principi S.P.Q.R.Quod acceſſum Italiæ.Hoc etiã addito. ex pecunia. ſua portu.tutiorem,nauigantibus reddiderit.* dextro lateri iſthęc inſculpta ſunt:*Plotinæ Aug.Coniugi Aug.* ſiniſtro hæc:*Diuæ Marcianæ Sorori Aug.* Ergo Portum Traianus Imperator perfecit, etſi natura ita diſpoſuerit,vt ornari quidẽ humana induſtria potuiſſe videatur,vix melior fieri. Sanè plures ea alibi atque alibi Italiæ conceſſit,ita abſolutum,vt eſt hic Anconitanus, pænè nuſquã. Circumflectitur ſecundum litus,inſtar cõtracti cubiti,mare; inde natũ, vt monui iam ſuperiùs, vrbi Anconis nomẽ,Græca deriuatione,nec mirũ, cùm ipſa primitus Græca fuerit, condita, vt ſcripſi, à Siculis Dorica Græca lingua vulgò vſis.Quãdo autẽ ſub ius ditionémque Romanorũ conceſſerit,haut ſatis cõſtat;proxima vero Pighij ſententia eſt, annum conditæ Romæ CCCCLXXXV. nominantis,quo anno Ap.Claudius & P. Sempronius Coſſ. ſuprà laudati Picentes deuicerunt,eorúmque CCCLX.millibus, vt numerat Plinius, in deditionem acceptis Romani Imperij iuxtáque Italiæ fines ad Æſim vſque,propinquum Anconę fluuium,extenderunt.Paret hac tẽpeſtate Pontifici Romano, cùm poſt excuſſum Cæſarum iugum diu ſe ac ſolerter in libertate

Traianus Portus conditor.

l.3.c.13.

bertate conſeruaſſet: ſed fraude Pontificiorum ducum oppreſſa, quàm auerſata conſtanter ſeruitutem fuerat, tam patienter iam ſeruit. Oppreſſam autem libertatem hoc aſtu ferunt, cui fortè res ipſa materiam præbuit. Infeſtantibus vicinum mare piratis, Bernardinus Barla Epiſcopus Caſalenſis & Ludouicus Gonzaga Pontificij exercitus imperator, per ſpeciem reprimendorum prædonum, arcem opportuno in loco excitarunt, facilè patientibus Anconitanis vrbem ſuam aduerſus hoſtes alieno labore ſumptúque muniri. Aſt illi caſtellum pro ciuium incolumitate conſtructum, vt præſeferebāt palam, quod clam agitauerant, contra ipſos, quibus præſidio eſſe debebant, verterunt: ablegata ſub tempus iuuentute atque excluſa mœnibus, reſides cæteros adorti, maximè ſuſpectum quemque exilio multarunt. Et ego vrbe exeo; ineo Italiam, ſed primæuam illam, & anguſtiùs concluſam, quàm ſit hoc æuo; Ancona itémque Æſi, hodie *Frumeſino*, vicino amne terminabatur, qui idem inter Vmbriā ac Picenum limes erat: citrà Galli incolebant, Senones & præter eos Vmbri, vt auctor eſt Plinius. Itaque anguſtiora iam ſpero; etſi in priſca hac Gallia nihil deſiderem: conferendo attamen & fortunam cum opibus, & nobilitatem gentis vnius cum gloria ſplendoréque alterius, quantò vtriſque veteres illi terrarū domini Itali Gallos exſuperarunt, tantò videntur debuiſſe

Oppreſſa ciuitatis libertas impoſito fræno, id eſt arce.

debuiſſe plus operæ ſtudiíque impendere in natale ſuum ſolum exornandum; eò magis,quòd,vt vidimus, illuſtria hactenus enumerata monumenta magnam partem ab Italis illis veteribus(Romanis) fuerunt erecta. Ergo qui Gallorum aliorúmque populorum exteras regiones, eo nobiliſſimarum vrbium atque ædificiorum ſplendore illuſtrarunt, næ impij in patrium ſolum fuiſſent, ſi id ſine cultu nudum, atque informe deſtituiſſent: vt non iniuria crudelem vocamus patrem eum, qui carere patitur liberos ſuos veſtimentis, quibus alienos ſuperbè exornat. Hanc inter ſpem cogitationémque X V.M.P. emenſo Lauretum in conſpectu eſt.

LAVRE

LAVRETVM.

INgredior & minutim ſingula, vt licet, perluſtro, nihil abſonum aut exſpectationi meæ, aut veteri priſcorum Italorum magnificentiæ: etſi noua ea,& à noſtris. Sordebant nihilominus etiam ſplendidiſſima quæque præ vnica religione loci. Humilis atque anguſta in ſuperbiſſimi templi medio ædicula repoſita eſt, & à cæleſtibus ſpiritibus quidem, qui eam à Bethleemitico pago aſportatam in Dalmatiam deuexere, cùm annus à nato Chriſto nonageſimus primus ſupra milleſimum ducenteſimum, dies ante Idus Maias, ſeptimus ageretur: è Dalmatia non multò pòſt quoque motam, & ſuper Hadriaticum mare, in Picenum traiectã, eo, vbi hodie conſiſtit, denique loco ſtatuêre. Adderem aliqua, ni nota per vniuerſum Chriſtianum orbem res,& à compluribus copioſè eſſet pertractata. Locus ipſe ingerit neſcio quam diuinitatem: eſtque etiam ab aliis *M. Ant. Mureto* animaduerſum, nouo quodam & cælitus incidente horrore perſtringi mentes corporáque illorum, qui ſacratiſſimam eam ædiculam ingrediuntur, vt enim è pyxide licet aromata eximas, fragrantiam non tollis: ita illos parietes, quos Deipara à teneris incoluit, inter quos ipſe Deus humanum corpus aſſumpſit, quis neget cõtactu

Auctores Hier. Angelita libro ſing. Horat. Turſelli. libris 5. Io. Boniſ. hiſt. Virg. l. 1. c. 4. Pet. Caniſ. to. 2. corrupt. ver. Dei l. 5. cap. 25. Turr. con. Verger Lud. Richeom. in peregri. Lauret.

tactu ſanctiſſimæ Virginis ſacratos fuiſſe, ſpiraréque etiamnunc maximarum virtutum odorem, quem, vt ſic dicam, tunc hauſit. Nec tamen vt abſentibus aromatibus fragrare pyxidem dixi, ita nego aut Dei aut Diuæ eius matris in eo loco præſentiam; quam adeò claram faciũt, & pænè oculorum ſenſui ſubiiciunt quotidiana ſuprà vires humanas, quæ ibi eduntur, facta. Vbi Medici aut ars deficit aut volũtas, quibúſque ipſe morbis aut mederi neſcit, aut non vult, eos Deus pia ſupplicatione poſtulatus auertit. Itaque breuiter dico, confluit ad eum locum Europa pænè omnis, & multi extra eam Chriſtiani; niſi quibus non licet per otium aut opes: quamquam hæ pleriſque exiguã moram iniiciant, vt quotidie videmus; non pauci, quibus eæ ſunt, ſecum illas ferunt atque offerunt. Hinc ille ſacrorũ apparatus ſtupendus numero pretióque; quem quoniã Turcici ſemel prædones è vicino mari facta excurſione expilarunt, Leo X. & parẽtum memoria Sixtus Quintus eius nominis Pont. Max. locum fortiſſimis mœnibus, ac turricis propugnaculis, foſſiſque & aggeribus incluſerunt: tormenta inſuper, aliáque bellica inſtrumenta ad præſidium templi ibi collocarunt. Vltra quæ adiuuatur à natura locus, modicè faſtigiatus. Imminet ab Auſtro excelſior mons, & Lauretũ ita integit, vt qui eâ regione aduenerint, non niſi ex proximo adſpicere opidum poſſint. Templum quidem teſtudine

Locus miraculis frequens, & peregrinorum concurſu.

Laureti munimẽta, & ſitus.

dine tenus exſtans ex Recineti mõte, tribus millibus paſſuum diſſito, primùm ſpectatur. Ab Oriẽte & Hadriaticum verſus mare, quod non amplius quinque millibus paſſuum abeſt, amplam planitiem habet; quę inter amœniſſimos colles crebráque iis impoſita caſtella Occidentẽ verſus longè porrigitur, irrigua permeantis Miſconis (ſiue is Aſpia fluuius eſt in vetere Itineraria Tabula deſcriptus) quantũlibet tenuibus aquis Lauretum nõ in infimis campis, non in ſummo montiũ vertice, ceterùm medio ferme in cliuo ſitum: cuius fronti, quæ mare ſpectat, impoſitũ templum eſt, auguſto ſitu ſpeciéque. Excelſis fornicibus mediáque teſtudine plũbo operta altè euectũ, quadratis pilis XII. ſuſtentatur, ad quas appenſæ votiuæ tabellę deſcriptáque in tabulis ſunt, quę ſcire omniũ interſit. Legere licebit Lauretanæ ædis hiſtoriam potiorum gentiũ, etiã peregrinis literis conſcriptam. Medio in tẽplo, vt ſuperiùs dixi, ædes conſiſtit, marmoreis parietibus pulcherrimè cælatis forniſecus veſtita. Cæterùm ne ſuſtentandæ ædis & fulcri potiùs gratia, quàm ornatus circumiecti viderentur, diſiũcti aliquantulum fuere, relictũmque patens interuallum, quod fidem faciat ſacrũ ædificiũ nullo humano opere, ſed Numinis dũtaxat viribus à tot ſæculis integrum ſtare: nulli adeò ſubterraneo fundamento, ſed plano mollíque ſolo inſiſtens. Ornamentum enim verò parietes illi hanc ob ſo-

Templĩ ſtructura.

Ædiculæ Virgineæ Marianæ deſcriptio.

l. 3. Lau-ret. hiſt. c. 8.

Parietum S. ædiculã circũ cingentium ornamẽta.

lam cauſſam circumſtructi, vt dixi, egregium ſunt, atque vt à Turſellino deſcripti, Carrarienſi marmore candoris eximij conſtant, quadranguli, vt ædes ipſa, quam tegunt: at enim bina latera lõgiora ſunt, quæ Corinthiis columnis ſenis, breuiora quaternis adornantur. Imam partem faſcia pedalis è marmore Lucullco, vice ſtereobatæ, circumplectitur: excipiunt inde ſtylobatæ coronati diſtinguendis ſpatiis appoſiti. in ſpatiis & ſtylobatis Leonis Pont. Max. inſignia virtutúmque emblemata ſigillis pedalibus, atque etiam grandioribus ſcitiſſimè expreſſa ſpectantur. ſupra ſtylobatas colũnæ ſitæ ad ſingulos angulos binæ: binæ itẽ interpoſitæ ianuis, quæ in longioribus lateribus patentes, æreis valuis conſpicuæ, quadruplicem in ſacram cellam aditum præbent. Intercõlumnia à loculamentis explentur: loculamenta à ſtatuis diuinorum vatũ & Sibyllarum, quas DEI Deiparæque prænũciati ortus claras fecerunt. eadem porphyreticis cruſtis veſtita, haut facile dictu eſt, quantum pulchritudinis operi huic vniuerſo concilient. Quæ verò inter columnarum ſcapos ſpatia patent, ornata ſignis D. Mariæ vitam ob oculos ponẽtibus ſpectatores religionis voluptatiſque quodã ſenſu iuxtà perfundunt. Epiſtylia ſeu capita columnarum Corinthium in modũ exſculpta coronatáque multiplici ſerto viſuntur: ſubtùs appoſita Leonum roſtra & aquilę encarpos reſtéſque pomorum & ſimilium

ſimilium fructuum mordicus tenent. Vltimus ac ſummus columellarũ ordo, eminentium angelorum figuris concinnè venuſtéque variatus, pro coronide eſt, & præbet vndique per viam ambulationem ad ſuſpendenda vexilla aliáque id genus anathemata, quæ rei votorum ex diuerſis regionibus afferunt. Opus hoc ad formã à Sanſouino nobiliſſimo & architecto & ſtatuario deſcriptam Leo X. Põtifex cœpit: Clemens VII. propè ad faſtigium perduxit: Paulus III. abſoluit. Sterit autẽ, vt è rationum libris compertum eſt, aureorum nũmmûm millibus pænè quatuor & quadraginta. Iam ædes ſacra, cuius gratia tantum opus tantis ſumptibus exſtructum atque à me deſcriptum fuit, obtegitur circum vndique, & licet parietibus marmoreis non cohæreat diſiuncta, vt dixi, nonnihil: extrinſecùs tamen aſpectui non patet, intrinſecus ſpectatur tangitúrque liberrimè. itaque crebro attritu læuigati, & lucentium tot lampadarũ repercuſſibus illuſtrati muri clarùm ſplendent: & quamquam nigricent à tãti temporis vetuſtate, incutiántque tacitũ quẽdam cum religione horrorem, integri tamen ſolidique adeo ſunt, vt æterni videãtur futuri: cæteroquin, vt in paupere caſa, rudes atque informes, neque ad perpendiculum, neque ad regulam exacti: loricati tamen opere tectorio, & veteri pictura obducti, quæ ſupernè multis locis manet; infernè temporis vetuſtate attritúque

Sacræ ædiculæ ſpẽcies porrò deſcripta.

hominum cum tectorio defluxit. Craſſi ſunt cubitum non ampliùs, è coctis lateribus ſaxiſque ineleganter conſtructi. ita nimirum tenues ædificant, quos inopia porioris materiæ vti ſine delectu quacunque, cuius copia ſit, cogit. Tectum ligneū quomdam: ſed in æde nihil pulchrius ſpectabatur; quippe cæruleo pigmento oblita lacunaria, auratiſque interiectis ſtellis aſſimilabantur cælo: verùm arida materies & incendio opportuna, tot ſubter ardentibus lucernis, non ita pridem depoſita, & laquearium vice ſubſtitutus opere teſtudineato hic fornix fuit; nitidus tunc, iam à fumo ater. De cetero licet ædem nominauerim, vt alij vulgò nominant, nemo exiſtimet domum eſſe in cameras contignationéſque diuiſam. vnica cella eſt, longa pedes circiter XL. lata XX. altitudine paululum latitudinem ſuperante. In ſiniſtro pariete armarium exſtat, fictilibus aſſeruandis, vt reor, quomdam comparatum: in illo, qui templi fores ſpectat, feneſtra eſt, qua ingreſſum Angelum D. Mariȩ virginei partus nuntium tuliſſe ferunt. contra feneſtram caminus neque amplus, neque ornatus. Poſt altare (quod Apoſtoli iuxta atque ædem ipſam conſecraſſe memorantur) Virginis filium ſiniſtra manu amplexantis, dextra ſuſtinentis ſtatua colitur: Nazaretho ipſa quoque in Dalmatiam, ac porrò in hunc locum Angelorum manibus aducta. Cedrina eſt, & ferè bicubitalis, ſpecie prorſus peregrina:

Simulacrum D. Mariæ & pueruli Ieſu.

namque

namque facies velut inargentata nitet: obſcuriùs tamen, quia luminum circumcircà appenſorum fumo idemtidem afflatur. Crines paſſi diſcriminatique Nazarenorum ritu, per nuda colli & humeros fluunt: vertex gemmata corona redimitus: cætera corporis ſtoia aurata latiore Zona adſtricta atque ad pedes promiſſa velat:cui ſuperinductum cærulei coloris amiculum ex humero pēdet. Puer dextræ Matris impoſitus, & Nazareno habitu amictus:talari ſcilicet tunica, Zona & diſcriminato capillo, læua auratum geſtat globū:dexteræ manus digitos binos benedicentis in modum tollit. Atque hæc, vt fama eſt, Lucæ Euāgeliſtæ manu è cedro ſculpta oblitaque coloribus omnia, vt ab Angelis allata fuerunt, ita manent:ſuperadditis tamen ſericis,argenteis,aureis,gēmeis ornamētis, quibus plerunque ſimulacra qua matris, quà filij ita operta ſunt, vt ligni parum admodum appareat. Circumcirca ſuſpenſæ votiuæ tabellæ,argento atque auro cælatæ, murum penitus obtegunt.dependent è laquearibus innumeræ argenteæ lampades & ſacratam illuſtrant cellam. Sacræ aliæ opes profectò numero pretióque ſtupendæ,alibi túto in loco ſeruantur. Viſa ibi Regum ac Principū opulentiſſima donaria, plurima auro argentóque ſolida, multa aurata, multa argentata, quædam gemmea.Viſa humanorum corporum membrorúmque ſimulacra,aurea alia, alia argentea ex voto

Theſaurus ſacer.

dono data. Viſæ materiæ eiuſdem, ponderis ac pretij ingentis ſtatuæ Diuorum, atque inter eas duodena Apoſtolorum ex argento ſimulacra ſeſquicubitalia, ſingula pondo circiter L X. Viſus diuini miniſterij apparatus: calices, patinæ, phialæ, pelues, gutti, thuribula, & id genus complura vaſa ſacris faciundis dicata. Viſa ſacerdotalium veſtimentorum multiplex ſyntheſis artificio, materiæ nobilitate, pretio ac varietate concinna, quò ſacra obeuntium habitus pro Feſtorum ratione mutari ſubinde poſſet. viſa pallia, chlænæ, dalmaticæ, brachialia ex aureo, argenteo & holoſerico pãno, textilibus aureis figuris grauia, gemmis item & vnionibus intertextis rigentia. Quid memorem aulæa Mileſia, cortinas, vela altarium, mappas, mantilia, puluinaria textilibus picturis perornata? Quid amicula veſtiendo D. Virginis ſimulacro cõparata? opere iuxtà ac materie præſtantia, ſericis, argenteis, aureis filis cõtexta, picta acu, nitentia creberrimis margaritis, fulgentia precioſiſſimis lapidibus: quorum, vt ſileã alia, quod nouiſſimum eſt, non ita pridem è Belgio tranſmiſſum, adamantum tribus, vnionũ viginti millibus obſitum, aureorum nummûm X L. M. æſtimatur. Alia pariter exculta quis æſtimet? quis enumeret? ſat ſcio obrui ſolere ſpectatores multitudine rerum illuſtrium, cúmque ad poſteriora deuenerint, priorum non meminiſſe, itaque numerum & deſcriptionem exactam hoc in

Supellex ſacra.

Iſabellæ Infantæ donum.

in genere nequidquam à me expectauerit lector:cætera quæ in Lauretano templo ſpectabilia ſunt, fide ac diligentiâ, quâ potero maximâ, percenſebo. Alas eius Sacella obtinent, venuſtiſſima pictorum plaſtarúmq; operibus exornata. Præcipuè placebat apud ſiniſtras fores æreum baptiſterium ita eleganter cælatum vt ſpectantium oculi non poſſint quin ſummam inde hauriant voluptatē. Nec paruæ artis alterum ex ære opus: coloſſea,inquam, Sixti V. Pontificis Maximi ſtatua, quam populares Pincentes benè merito,pro templo poſuerunt:templi partis merita eius erga hunc locum ſuperſcripſerunt his verbis: *Sixtus V. P. Max.Picenus Eccleſiam hanc ex Collegiatâ Cathedralem conſtituit. Laureti oppidi Epiſcopali dignitate ornatum ciuitatis iure donauit.M. D.LXXXVI. Pont.An.I.* Hæc portis vtrimque aureis litteris ſupraſcripta:medium ſpatium ænea DEI paræ DEIgeræque effigies, Lombardi celebris ſtatuarij opus,obtinet. Ianua quæ ſubtus maxima panditur, mamoreis ſtriatis columnis decorata: binæ laterariæ paraſtatis & ſtylobatis ornatæ ſunt.cetera faciei niueis Hiſtrici marmoris operta cruſtis candent; aut vitreis diſcriminata feneſtris ſplendent. Ante templum patet ſpatioſa area, nunquam non religioſorum aduenarum referta; quam Romani Pontifices ſuperbâ Baſilicâ, geminatáq; præſtructâ porticu cingere parāt;cinxerúntque

Sacellæ.

Baptiſterium æneum inſignis operis.

Statua ærea Sixti V.Pont. Max.

Portarum & veſtibuli ornatus.

Baſilica & porticus ante templum.

que ferme dimidiam, incredibili ornamento loci. Alia Laureti conſpicua ædificia, pauca ſunt; exiguum enim opidum eſt, à cauponibus & religioſarum rerum propolis potiſſimè habitatum. Propè exciderat memoriâ vnũ, quod prætermiſſum nõ nemo ægrè laturus foret: vinaria cella quàm vlla Italiæ totius ampla, inſtructáq; immanibus vini cadis. Hîc eſt, Bacchi cultores, vnde religionẽ veſtram expleatis. habete gratias indici, & premiũ date. Ad vos redeo, pij hoſpites, qui veræ religionis amore Lauretũ aduenistis; ſin vota debitóſq; Deo ac Deiparæ honores ritè perſoluiſtis, & iã proficiſci anim⁹ eſt, agite dum, edicite, quò cogitatis? ego me comitẽ ducemq; prębeo, ſicut adhuc fui. Audio; conſona vox eſt Romam petentium, illam ſanctam, & terrarum orbis primam vrbem. laudo, indicóque viam.

Recinetum vulgò *Racanati*.

Primum à Laureto tribus paſſuũ milibus diſſitum Recinetum adeundum eſt. è Laureti colle ſtatim adſpicitur conſpicuo in loco ſitum, dorſóque montis longè excurrentis ita impoſitum, vt ampliſſimæ vrbis ſpeciem referat; & eſt longitudine quidẽ inſigni, latitudine haut quaquam pari, ſitu prorſus amœniſſimo: hinc Hadriaticum mare, inde latiſſimos cãpos ſubiectos habens; in quos eùm lõgo deſcenſu te demiſeris, ac circiter octo millium iter per plana æquáq; omnia cõfeceris, pari aſcenſu in excelſos, ſed fertiliſſimos pulcherrimóſq; montes euades.

Loci

Loci cõditio frequẽtiã habitatorũ poſtulabat. Itaque ex Heluia Recina campeſtri vrbe, & ab Heluio Pertinace Aug. cognominatâ, pulſi à Gothis ciues alij in citeriores montes tranſtulêre ſedes; conditúmque opidum, vt patriæ memoria conſeruaretur, paucis adiectis Recinetum nominârunt: alij vlteriores non minùs opimos montes inſederunt, inque eorum faſtigio maceratam extruxerunt. Quæ vrbs in tantam amplitudinem excreuit, vt Piceni digniſſima habeatur; ibi Prouinciæ Præſes ſedeat; ibi popularium de grauiſſimis rebus iudicia celebrentur; ibi Picena iuuentus congregata litterarum ſtudiis operam nauet. Situ non diſſimilis eſt Etruſcis Senis de qua vrbe dixi ſuperiùs: in altiſſimi montis faſtigio perbellè extenta, incinctáque fructiferis collibus circumcirca leniter aſſurgentibus. Inde iucundi campi, viridantibus hinc atque inde tumulis tecti, ad fauces Cimmaræ vallis porrigũtur. Medio ferme ſpatio eminens in colle Tolentinum opidum tranſitur, Colonia olim itémque municipium Romanum; patria Nicolai Auguſtiniani monachi, inſigni vitæ ſanctitate promeriti, vt Diuorum Catalogo adſcriberetur; & Franciſci Philephi litteratiſſimi viri. A Tollentino crebriores iam colles, obſiti frequentibus caſtellis, paulatim arctari, tum altiſſimi montes excipere; intra quos Cimmara vallis iacet, proten-

Heluia Ricina.

Inſcriptis antiquis apud Apian. pag. 151. inuenies ſeptimum Seuerum Heluiæ Ricinæ conditorem.

Maceratæ Piceni metropolis.

Tollentinum.

Cimmara vallis.

Centius fl. ditúrque longè. Videbis Centium tortuoſum amnem, ideóque crebris pontibus conſtratum, ex anguſtiis obuiam procurrere, aucto iam alueo liberius ſpatium in Tollentinatibus agris quærentē. hoc exeunte tu ingreſſus Vallem ignobiles aliquot Cameritium Vmbrorū pagos offendes: intra primas ſtatim anguſtias ſparſos iuxta Centium plures vicos, quos caput Cimmaræ vallis nominant; deinde in abrupti montis apice Varani arcem: mox Pulucrinam, exiguum pagum; poſt hunc quarto milliari Mutſciā, item infrequens caſtellum: ſat tamen lata lætáque via eſt; quinto deinde Serrauallem in ima anguſtiſſimáque valle pænè ſepultum vicum, altiſſimis circūiacētibus Apennini iugis. E quibus anguſtiis ſimul atque emerſeris, conſpicies Fulginiam ſeu Fulginium, ſeu cū incolis mauis dicere *Folignum*, opidū diues mercaturâ, nec inelegās; quod profugit ex agro Tudertino è Fori Flaminij ruderibus conſtruxerunt. Regionis huius facies lōgè amœniſſima eſt, à Propertio in primis decantata; in hac quippe natum memorant, & oſtentant ad Tiniæ, vulgo *Topini*, & Clitumni confluentes patriam Meuaniam, iam *Beuagnam*, à dextris: à ſiniſtris Trebulanos colles Clitumni fluuij ortu celebres, proptérque fluuium peruetus mormoreū fanum Clitūno ipſi, vt opinio eſt, inter deos relato, ab Vmbris erectum ac conſecratum.

Caput Cimmaræ vallis. *Varani arx.* *Pulucrina.* *Mutſcia.* *Fulginiū.* *Meuania.* *Clitumnus fluuius, & deus.*

Sequitur

Sequitur Spoletium nota vrbs ex hiſtoriis etiam veterum Romanorum, quorum florente imperio, nobilis ac præpotens fuit Colonia: oppreſſo eodem Longobardorum viribus, diu prouinciæ in Ducatus formam redactæ caput fuit, & Longobardici Ducis ſedes. Etiam Gothos inſediſſe tantam vrbem litteris proditum eſt, & Theodericum Regem ſuperbo eam prætorio regiáque ornaſſe; quæ diruta Gothorum ſcelere Narſes Iuſtiniani Imp. in Italia legatus inſtaurauerit. Meminit And. Lymuic. in itin Rom. & adnotat fani Concordiæ reliquias, quas videre mihi non contigit: Schraderus eas in ſuburbano locat. Atqui priſcæ magnificentiæ haut paruum argumentum ſupereſt Amphitheatrum, quod in editiore tumulo exſtans quadratam inædificatam arcem ambit. hunc tumulum operoſi fornices, an formæ aquæductum vaſtiſſimis XXIV. pilis nixæ, propinquo monti coniungunt. Vndique vicinus circumſtat Apenninus; cuius brachia inter non latet abiecta, verùm arduo ſitu eminet vrbs, populo ædificiiſque frequens, & validis mœnibus firmia, & conſpicua crebris turribus, templis aliiſque, licet à vetuſtate peſſimè affectis, monumentis. A Spoletio ad duodecimum vſque milliare contracta altiſſimorum montium iuga arctam impeditámque anfractibus vallem efficiunt; in cuius faucibus Ternium ſitum eſt. Narem fluuium præterlabentem quia opidani

SPOLETIVM.

Epit. Liuii l. 20. Vel. Pater. l. 1.

Concordiæ fani rudera.

Amphitheatrũ.

Apenninus.

Interamna, iam Terni,

opidani ad hortorum molendinorúmque vſum in plures ramos diſtraxerunt, intérque eos ceu tot amnes opidum cõcluditur, Latini Interamnam Nahartem vocarunt: quo antiquato nomine Ternium dici cœptum eſt. Municipium fuit non incelebre Romanorum; ſi antiquitatem ſpectes, vrbi ipſi propè æquæuũ, conditũ Numa regnante, annis ante natum Chriſtum DCLXXIII. Circuncingitur pænè montibus cornuum modo hinc inde ambientibus: aſt ab Occidente apertum infernates, quos vocat Vitruuius, campos habet ſummè lætos fertiléſque vini & ceterarum frugum; raporum inprimis mõſtroſę magnitudinis, quę vidiſſe ſe XXX. librarum ampliùs pondo ſingula teſtatur Pighius. Plinius iam olim vidiſſe ſe quoque Interamnates rapas X L. pondo; quater item anno ſecari prata ſcripſit. Infernates, quos dixi, campi in longitudinem V I I. M.P. extenti ſunt: ſcilicet ad Narniæ vſque montes. Narnia ab difficili rupe in fœcundam vallem dependet, imminet excelſior quadrata arx. æquè celſi è regione montes ſurgunt, ſed profundiſſima dirempti valle, adeóque anguſta, vt Nar non maximus fluuius albentibus aquis perſtrepens totam occupet; & olim Auguſtus fornicato ponte à Narniæ iugis in aduerſos montes proiecto conſtrauerit. cuius reliquiæ putantur illæ à dextris exſtantes arcuum & pilarum minæ. Certè Procopius conſtructi ab Auguſto iuxta

Varro l.4. de ling. Lat.

l.18.c.13.

Narnia.

Nar fl, vulgo *Nera* finis Vmbriæ contra Sabinos.

Pons Auguſti, *l.1. rer. Goth.*

iuxta Narniam pontis meminit: & fornices eius omnium, quos vnquam viderit, longè excelſiſſimos deſcripſit. Opidum Narniæ nomen à Nare fluuio primùm poſt deductam à Romanis coloniam accepit. antea Nequinum vocabatur, vt Liuius & Plinius ſcribunt: ſeu quòd nequam homines incolerent, ſeu quòd iniquus locus eſſet. Ita ſanè eſt, & prorſus, vt Martialis canit, Nequinũ. *l.10. Plin. l.3.c.14. l.7. epig. 93.*

Narnia, ſulphureo quam gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti vix adeunda iugo.

Nihilo æquius, quod Narnia Ocriculum vſque viæ eſt, octo millium paſſuum aſperi montes ſuperandi ſunt, & inter mõtes profundæ valles. Ocriculum inter Vmbriæ Auſtralis opida extimum, in amæno colle ſitum, à dextris vallem deſpectat, quam Tiberis perluit, egregio ponte conſtratus; quem iuxta Schraderus veſtigia notauit Ocreæ Sabinorum antiquiſſimæ vrbis. Sed falsũ ipſum alióſque plures Italicarũ antiquitatum ſcriptores, qui Interocreã hoc loci ſtetiſſe prodiderũt, obſeruauit Stephanus Pighius: & probat liquidò Romanũ Itinerarium, quod Ocream ſeu Interocream illam Sabinorũ in agro Reatino propter Salariam viam locat: in hac vero Tiberina regione nec via, niſi Flaminia, nec vrbs aut municipium illuſtris nominis vllum, niſi Ocriculũ fuit: patuitque longè ac latè ad ripam vſque Tiberis per II. ferè millia Ocriculũ. Interocrea iuxta Reate ſita, iam *Antrado-co.*

excus

excurrens; & integro Romano imperio admodum floruit, vt vel tacentibus hiſtoricis reliqua ædificiorum veſtigia loquuntur; quorum, vt alia præteream, vnum, quod præterij, non poſſum quin indicem. Antequam opidum ingreſſus eſſem, ſecus viam impoſitum præcipitio rotundum ædificium adſpexi. Schottus affirmat Amphitheatrum fuiſſe. Etiam intra muros ad viam erectum lapidem & priſcis inſcriptum litteris vidi; vidit eumdem ſuperioribus annis Pighius, exſcripſitque titulum & Herculi ſuo inſerüit, vbi leges. Tum Ocriculo degreſſus ingreſsúſque veteres Sabinos, conſpicies ſupra ſiniſtros montes Maglianum opidum. Subiectam vallem Tiberis rigare pergit; mox lapideo ponte tranſitur. tum in imminente tumulo Burgetum, ignobilis vicus. Hinc vallem Tiberímque ſequendo ad Tregliam peruenies, tenuem fluuium, cùm ſuas aquas vehit: cùm pluuiæ accefferunt, tumidus vicinos campos longè latéque occupat. Vltrà amplum nemus ad Soractem vſque porrectum. Montis hoc nomen eſt, apud quem Faliſci finiebant, vt alias dixi. addo ex Plinio Apollini ſacrum fuiſſe, & annuo ſacrificio nobilem, quo Hirpiæ familiæ ſuper ambuſtum rogum incedentes non adurebantur; quamquam velit Maſſa miraculi hoc in Faliſcorum monte, qui hodie Mons Fiaſconis contigiſſe: iſtum quippe eſſe,

Amphitheatrũ.

Maglianũ op.

Tiberis fl.

Burgetũ.

Treglia fl.

Soracte, iam *Mons S. Silueſtri*, *l.7 cap.* 2. *Solin.c.*8. *Virg.*11. *Æneid. vbi Seru. Sili.l.*8. *Lib.de Faliſcis.*

eſſe, quem Soractem dixerint Latini. Sed ego ſcriptorum plurimos ſecutus Soractis nomen huic Faliſcorum monti, quem S. Silueſtri indigitant, impoſui: Montem Fiaſconis verò aut Phaliſcam, aut Troſſulum à veteribus nominatum fuiſſe dixi ſuperius. S. Silueſtri nomen hinc natum, quod intra montis huius cauernas pius ille Pontifex, Romanorum Cæſarum crudeles iras fugiens, delituiſſet. ea re ſacratum nomini illius, & in ſummo vertice conditam ac dedicatam ædem, quæ hodiéque conſpicitur, fuiſſe exiſtimo. Arduus eſt, & nudis alibi coſtis, alibi opaca ſilua tectis horret, minatúrque in cælum. Adiacet ſiniſtro in tumulo opidum eiuſdem cum monte nominis; & iuxta monaſterium eminet, à Carolomanno Pipini fratre & Duce Francorum D. Silueſtri honori erectum, habitatúmque antea, quàm in Caſſinum montem monaſticæ vitæ amore ſeceſſiſſet, vt Lupoldus Bebenburgius memorat, itémque Regino & Francicarum rerum ſcriptor Aimonus. Hoc ſitu, quem cœnobium obtinet, ſtetiſſe olim templum cum luco Apollinis, cui Mons ſacer, antiquarij conjectant. Locus vero fuit non modò celebratus ſollennibus ſacris Hirpinorum, qui ambulaturi per ignem medicamento plantas tingebant, vt ex Varrone refert Seruius: ſed & inſolito

In monte templum S. Silueſtri, & opidum cum monaſterio.

to

ad Virg. l.11. l.31.c.2.

to fonte, qui, vt ex eodem Varrone narrat Plinius, Sole oriente exundabat, feruenti ſimilis, auéſque, quæ guſtaſſent, enecabat, ipſis adeo venenatis animalibus lethifer, cùm iuxta eum anguium & lacertarum reliquarúmque ſerpentium oſſa iacentia apparerent, inquit Vitruuius. Nec verò fons iſte tantùm peſtilentia admirabilis: ſed aqua agri Faliſci circa Soráctem vniuersè eamdem cum Clitumno Vmbriæ vim habuit, vt pota candidos boues faceret: quod idem teſtatur Plinius, & Ouidius:

l.8.c.3.

l.2.c.103.

Ducuntur niueæ, populo plaudente, iuuencæ,
Quas aluit campis herba Faliſca ſuis.

De zelo Princip. German. c. 3. Regino in Chron. an. 745. Aimon. l.4. c. 60.

Arignanum.

Caſtellũ Nouum.

Via Flaminia, *quam, vt auctor Panuin. pater Flaminius cœpit, filius perfecit.*

Soracte monte opidóque prӕteritis Arignanum in humili valle abditum vicum offendes: & ſeptimum poſt milliare Caſtellum Nouum, inter montes, pronum in ſiniſtras valles. Hinc Romam vſque quinque & decem millium paſſuum iter eſt. Viam C. Flaminis Cos. latiſſimis & nigricantibus ſilicibus ſtrauit, à quo Flaminia dicta: quàm olim trita & crebris ædificiis ſepta, tam hodie infrequens. Lego veteris Romæ ſuburbia, Ocriculum vſque pertigiſſe, quod triginta milliarium interuallum eſt; adeóque habitata frequenter fuiſſe, vt Conſtantius Aug. illa

illa tranſiens putauerit media in vrbe ſe eſſe. Eheu, vt res mutantur mortalium: tot humanorum operum præter informia quædam rudera, & Flaminiæ viæ ſparſas reliquias ſupereſt nihil. Hæc vos via, hoſpites, recta Romam ducet: mox Tiberis Miluio ponte conſtratus, & vrbs ipſa in conſpectu erit. Inite felices, & luſtrate mille ſacris, mille profanis ædibus fulgentem. index ero ſi non omnium, at certè earum, quas noſſe maximè expediet.

Romæ antiquæ amplitudo.

R O M A.

Romæ vrbis & nominis origo.

ROMAM vrbem à Romulo conditam atque appellatam vulgò obtinuit;etſi ex ſcriptoribus non deſint, qui Romam, Itali filiam incoluiſſe Palatinũ montem,atque in eo opidum exſtruxiſſe referant,quod à iuuenum robore Valentia vocatum ſit:tunc in Græcã dictionem Latina vox tranſierit; ῥώμη enim apud Græcos eſt, quod latinè robur dicimus.

Heraclid. apud Feſt. & Solin. Vid. & Dionyſ. ac Plutarch.

Alij Romam mulierem, quæ vrbi nomen fecerit, narrant fuiſſe in Æneæ comitatu,cùm Troia exciſa nouas ſedes quæſitũ diu cum claſſe errabundus denique ad Tiberim appuliſſet:ibi Romam illam ceteráſque Ilienſes feminas longi ac moleſti itineris pertæſas conſilium iniiſſe de claſſe exurenda; cuius conſilij operíſque mox ſecuti quia Princeps Roma fuerit,promeritam ſcribunt, vt Troiani nouam vrbem, quæ ipſis poſt amiſſam claſſem neceſſariò ſtruenda fuit,ipſius potiſſimum nomine appellarent.

Callias ap. cit. Feſt. & Dionyſ. Agathocl. ap. Solin.

Alij auctores conſentiunt quidem Romam origine Troianam, Aſcanij filiam & Æneæ neptem cum ceteris gentilibus claſſe in Italiam veniſſe:ſed hîc expetitam à rege Aboriginum Latino in matrimonium peperiſſe geminos Romulum ac Romum ſeu Remum, qui conditæ poſtea nouæ vrbi maternum dederint nomen.

Dionyſ. l. 1.

Alij memorant multò ante Romuli tempora ex-

titiſſe

ſtitiſſe iiſdem in locis opidum, quod Siculi primùm, poſtea illis expulſis Aborigines Latini incoluerint; huc deinde ſexta decima ætate poſt captum Ilium ductam fuiſſe frequentem Coloniam ab Alba Latinorum, ductu atque auſpiciis Romuli, qui fuerit ſeptimus decimus ex Æneæ ſtirpe progenitus; ab hoc Palantium & Saturniam (ea enim loca noui coloni inſederant) communi deinceps nomine Romam vocari cœpiſſe. Certè antiquiſſimis temporibus in Capitolino, tunc Tarpeio dicto Monte ſtetiſſe vrbem Saturniam ab Herculis Argiui comitibus habitatam, eiúſque ad ſuam adeo ætatem monimenta quædam reliqua manſiſſe auctor eſt locuples M. Varro lib. IV. de Lingua Latina. Valentiam aliam in Palatino vrbem Romuli ætate priorem antiquiorémque fuiſſe plurimi prodiderunt: ſed in hoc varij, an à Roma Itali vel Aſcanij filiâ conſtructa denomitáque fuerit, an (quod plures ſcribunt) Siculi per ea tempora Italiæ hanc oram longè obtinentes in Palatino Valentiam quoque habuerint, vnde eos Euander Latinorum rex ſeu ſolus, ſeu aduenæ Æneæ ſociorúmque viribus adiutus eiecerit; Æneam quidem & comites Græcè loquentes abhorruiſſe peregrinum Valentiæ nomen, & maluiſſe captam vrbem ſui deinceps ſermonis vocabulo ῥώμην nominare. Alij ſcriptores Euandrum ipſum ferunt, ex quo vrbem Siculis ademerit, vertiſſe

Feſtus & Solin. c. 1. Seruius ad 1. Æneid.

Latinum

Latinum nomen in Græcum,& hinc Romulum cognominari cœpiſſe ; neque extitiſſe præter Euandrum alium mortalium,cui Romulo fuerit nomen. Noſtri homines , quibus ad hæc talia ingenium & otium ſuppetit,inſtituto accurato ſcriptorum examine aggreſſi ſunt vt pura puta figmenta refellere , quæcumque de Ænea Troianorúmque in Italiam appulſu,& de Romulo vrbis conditore prodita litterarum monumentis reperiuntur: vti quidem extiterunt ante hac viri docti,qui Troiam vmquam captam fuiſſe auderent in dubium vocare. Quod ſi ita ſit , oportet me hercle Romanos illos rerum dominos ipſoſque Diuis adſcriptos Cæſares falsò ſibi ac ridiculè blanditos fuiſſe,dum vrbis & in terris clariſſimæ gentis Iuliæ originem ad Æneam Troianóſque referrent. Qui tantus lapſus in adeo illuſtri familia ſuſpicionem mouet eſſe quoque non pauca fabulis adſperſa , quæ noſtra tempeſtate de magnarum ſtirpium vetuſtis primordiis incrementíſque narrantur. Anceps quidem iam olim & obſcura vrbis Romanæ origo nominíſque cauſa fuit ; ita enim Plutarchus : *magnum* , inquit , *Romæ nomen, quod eſt apud omnes gentes glorioſum , à quo & qua de cauſſa vrbs acceperit , non conuenit inter ſcriptores.* Nec ſanè mirum erat nominis cauſſa ignorari, cùm ipſum adeo vrbis primum ac genuinum nomen neſciretur,aut certè id enuntiare vetitum eſſet;

Dion. Chryſoſt. libro ſing.

Salluſt. in Catilin.

Tacit. in Druſo l. 4. annal.

In Romulo.

eſſet; nam refert apud Feſtum Verrius vrbi ab origine Latinum nomen à Græco ῥώμη diuerſum inditum fuiſſe, quòd ſuppreſſum dein & proloqui piaculum eſſet; ita vt Valerius Soranus ob id modò, quòd contra edictum auſus eſſet hoc nomen effari, mox neci datus fuerit. ob quam eamdem noxam tribunum quemdam (an Valerius ille fuit) in crucem actum pœnas malè cautæ linguæ luiſſe Seruius memorat. Itaque *mihi* cum Liuio, *quæ ante conditam vrbem poeticis magis decora fabulis, quàm incorruptis rerum geſtarum monumentis tradũtur, ea nec affirmare, nec refellere in animo eſt.* Cœpit Roma, à quocumque condito, vt ſcriptorum plurimi numerant, Olympiadis ſeptimæ primo circiter anno, poſt Troiæ excidium verò ſecundo ſupra quadringenteſimum, poſt conditum terrarum orbem ducenteſimo vigeſimo ſupra MMM. XI. Kal. Maij; atque ex agreſtibus primò & mille tantummodò caſis, vt auctor Plutarchus, concinnata muróque cincta ciuitatis formam accepit; inde cùm per opes inualuiſſet, politæ ab opulentioribus ciuibus ædes ſunt, ornatáque in tantum vrbs, vt neceſſitatis id cauſſa, non luxus fieri videretur. Poſterioribus demum temporibus ab antiqua ea & felici frugalitate receſſum eſt: ſed ita, vt quæ inter vilia tuguria aut modicè certè excultas domos ſemper floruit Reſp. atque ab aratris ſæpè ſuos Imperatores petiit, inter

Solin. c. 1. Plin. l. 3. cap. 5. ad 1. Æneid.

Vid. Pighi. l. 1. annal.

marmora

Centius fl. ditúrque longè. Videbis Centium tortuoſum amnem, ideóque crebris pontibus conſtratum, ex anguſtiis obuiam procurrere, aucto iam alueo liberius ſpatium in Tollentinatibus agris quærenté. hoc exeunte tu ingreſſus Vallem ignobiles aliquot Cameritium Vmbrorũ pagos offendes: intra primas ſtatim anguſtias ſparſos iuxta Centium plures vicos, quos caput Cimmaræ vallis nominant; deinde in abrupti montis apice Varani arcem: mox Pulueriuam, exiguum pagum; poſt hunc quarto milliari Mutſciã, item infrequens caſtellum: ſat tamen lata lætáque via eſt; quinto deinde Serrauallem in ima anguſtiſſimáque valle pænè ſepultum vicum, altiſſimis circũiacẽtibus Apennini iugis. E quibus anguſtiis ſimul atque emerſeris, conſpicies Fulginiam ſeu Fulginium, ſeu cũ incolis manis dicere *Folignum*, opidũ diues mercaturâ, nec inelegãs; quod profugit ex agro Tudertino è Fori Flaminij ruderibus conſtruxerunt. Regionis huius facies lõgè amœniſſima eſt, à Propertio in primis decantáta; in hac quippe natum memorant, & oſtentant ad Tiniæ, vulgo *Topini*, & Clitumni confluentes patriam Meuaniam, iam *Beuagnam*, à dextris: à ſiniſtris Trebulanos colles Clitumni fluuij ortu celebres, proptérque fluuium peruetus mormoreũ fanum Clitũno ipſi, vt opinio eſt, inter deos relato, ab Vmbris erectum ac conſecratum.

Caput Cimmaræ vallis. Varani arx. Pulueriна. Mutſcia. Fulginiũ. Meuania. Clitumnus fluuius, & deus.

Sequitur

Sequitur Spoletium nota vrbs ex hiſtoriis etiam veterum Romanorum, quorum florente imperio, nobilis ac præpotens fuit Colonia: oppreſſo eodem Longobardorum viribus, diu prouinciæ in Ducatus formam redactæ caput fuit, & Longobardici Ducis ſedes. Etiam Gothos inſediſſe tantam vrbem litteris proditum eſt, & Theodericum Regem ſuperbo eam prætorio regiáque ornaſſe; quæ diruta Gothorum ſcelere Narſes Iuſtiniani Imp. in Italia legatus inſtaurauerit. Meminit And. Lymuic. in itin. Rom. & adnotat fani Concordiæ reliquias, quas videre mihi non contigit: Schraderus eas in ſuburbano locat. Atqui priſcæ magnificentiæ haut paruum argumentum ſupereſt Amphitheatrum, quod in editiore tumulo exſtans quadratam inædificatam arcem ambit. hunc tumulum operoſi fornices, an formæ aquæductum vaſtiſſimis XXIV. pilis nixæ, propinquo monti coniungunt. Vndique vicinus circumſtat Apenninus; cuius brachia inter non latet abiecta, verùm arduo ſitu eminet vrbs, populo ædificiiſque frequens, & validis mœnibus firma, & conſpicua crebris turribus, templis aliiſque, licet à vetuſtate peſſimè affectis, monumentis. A Spoletio ad duodecimum vſque milliare contracta altiſſimorum montium iuga arctam impeditámque anfractibus vallem efficiunt; in cuius faucibus Ternium ſitum eſt. Narem fluuium præterlabentem quia opidani

Spoletium. *Epit. Liuii l. 20. Vel. Pater. l. 1.* Concordiæ fani rudera. Amphitheatrū. Apenninus. Interamna, iam Terni,

opidani ad hortorum molendinorúmque vſum in plures ramos diſtraxerunt, intérque eos ceu tot amnes opidum cõcluditur, Latini Interamnam Nahartem vocarunt: quo antiquato nomine Ternium dici cœptum eſt. Municipium fuit non incelebre Romanorum; ſi antiquitatem ſpectes, vrbi ipſi propè æquæuũ, conditũ Numa regnante, annis ante natum Chriſtum DCLXXIII. Circuncingitur pænè montibus cornuum modo hinc inde ambientibus: aſt ab Occidente apertum infernates, quos vocat Vitruuius, campos habet ſummè lætos fertiléſque vini & ceterarum frugum; raporum inprimis mõſtroſę magnitudinis, quę vidiſſe ſe XXX. librarum ampliùs pondo ſingula teſtatur Pighius. Plinius iam olim vidiſſe ſe quoque Interamnates rapas XL. pondo; quater item anno ſecari prata ſcripſit. Infernates, quos dixi, campi in longitudinem VII. M.P. extenti ſunt: ſcilicet ad Narniæ vſque montes. Narnia ab difficili rupe in fœcundam vallem dependet, imminet excelſior quadrata arx. æquè celſi è regione montes ſurgunt, ſed profundiſſima dirempti valle, adeóque anguſta, vt Nar non maximus fluuius albentibus aquis perſtrepens totam occupet; & olim Auguſtus fornicato ponte à Narniæ iugis in aduerſos montes proiecto conſtrauerit, cuius reliquiæ putantur illæ à dextris exſtantes arcuum & pilarum minæ. Certè Procopius conſtructi ab Auguſto iuxta

Varro l.4. de ling. Lat.

l.18.c.11.

Narnia.

Nar fl, vulgo *Nera* finis Vmbriæ contra Sabinos.

Pons Auguſti, *l.1.rer. Goth.*

iuxta Narniam pontis meminit: & fornices eius omnium, quos vnquam viderit, longè excelſiſſimos deſcripſit. Opidum Narniæ nomen à Nare fluuio primùm poſt deductam à Romanis coloniam accepit. antea Nequinum vocabatur, vt Liuius & Plinius ſcribunt: ſeu quòd nequam homines incolerent, ſeu quòd iniquus locus eſſet. Ita ſanè eſt, & prorſus, vt Martialis canit, Nequinū. *l.10. Plin. l.3.c.14. l.7. epig. 92.*

Narnia, ſulphureo quam gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti vix adeunda iugo.

Nihilo æquius, quod Narnia Ocriculum vſque viæ eſt, octo millium paſſuum aſperi montes ſuperandi ſunt, & inter mōtes profundæ valles. Ocriculum inter Vmbriæ Auſtralis opida extimum, in amæno colle ſitum, à dextris vallem deſpectat, quam Tiberis perluit, egregio ponte conſtratus; quem iuxta Schraderus veſtigia notauit Ocreæ Sabinorum antiquiſſimæ vrbis. Sed falsū ipſum alióſque plures Italicarū antiquitatum ſcriptores, qui Interocreā hoc loci ſtetiſſe prodiderūt, obſeruauit Stephanus Pighius: & probat liquidò Romanū Itinerarium, quod Ocream ſeu Interocream illam Sabinorū in agro Reatino propter Salariam viam locat: in hac verò Tiberina regione nec via, niſi Flaminia, nec vrbs aut municipium illuſtris nominis vllum, niſi Ocriculū fuit: patuítque longè ac latè ad ripam vſque Tiberis per II. ferè millia Ocriculū. Interocrea iuxta Reate ſita, iam *Antrado-co.*

excus

eſſe, quem Soractem dixerint Latini. Sed ego ſcriptorum plurimos ſecutus Soractis nomen huic Faliſcorum monti, quem S. Silueſtri indigitant, impoſui: Montem Fiaſconis verò aut Phaliſcam, aut Troſſulum à veteribus nominatum fuiſſe dixi ſuperius. S. Silueſtri nomen hinc natum, quod intra montis huius cauernas pius ille Pontifex, Romanorum Cæſarum crudeles iras fugiens, delituiſſet. ea re ſacratum nomini illius, & in ſummo vertice conditam ac dedicatam ædem, quæ hodiéque conſpicitur, fuiſſe exiſtimo. Arduus eſt, & nudis alibi coſtis, alibi opaca ſilua tectis horret, minatúrque in cælum. Adiacet ſiniſtro in tumulo opidum eiuſdem cum monte nominis; & iuxta monaſterium eminet, à Carolomanno Pipini fratre & Duce Francorum D. Silueſtri honori erectum, habitatúmque antea, quàm in Caſſinum montem monaſticæ vitæ amore ſeceſſiſſet, vt Lupoldus Bebenburgius memorat, itémque Regino & Francicarum rerum ſcriptor Aimonus. Hoc ſitu, quem cœnobium obtinet, ſteriſſe olim templum cum luco Apollinis, cui Mons ſacer, antiquarij coniectant. Locus vero fuit non modò celebratus ſollennibus ſacris Hirpinorum, qui ambulaturi per ignem medicamento plantas tingebant, vt ex Varrone refert Seruius: ſed & inſoli-

In monte templum S. Silueſtri, & opidum cum monaſterio.

to

ad Virg. l.11. l.31.c.2. to fonte, qui, vt ex eodem Varrone narrat Plinius, Sole oriente exundabat, ferventi ſimilis, auéſque, quæ guſtaſſent, enecabat, ipſis adeo venenatis animalibus lethifer, cùm iuxta eum anguium & lacertarum reliquarúmque ſerpentium oſſa iacentia apparerent, inquit Vitruuius. *l.8.c.3.* Nec verò fons iſte tantùm peſtilentia admirabilis: ſed aqua agri Faliſci circa Soráctem vniuersè eamdem cum Clitumno Vmbriæ vim habuit, vt pota candidos boues faceret: quod idem teſtatur Plinius, & *l.2.c.103.* Ouidius:

Ducuntur niuea, populo plaudente, iuuencæ,
Quas aluit campis herba Faliſca ſuis.

De zelo Princip. German. c. 3. Regino in Chron. an. 745. Aimon. l. 4. c. 60. *Arignanum.* *Caſtellũ Nouum.* *Via Flaminia, quam, vt auctor Pannin. pater Flaminius cœpit, filius perfecit.*

Soracte monte opidóque præteritis Arignanum in humili valle abditum vicum offendes: & ſeptimum poſt milliare Caſtellum Nouum, inter montes, pronum in ſiniſtras valles. Hinc Romam vſque quinque & decem millium paſſuum iter eſt. Viam C. Flaminis Cos. latiſſimis & nigricantibus ſilicibus ſtrauit, à quo Flaminia dicta: quàm olim trita & crebris ædificiis ſepta, tam hodie infrequens. Lego veteris Romæ ſuburbia, Ocriculum vſque pertigiſſe, quod triginta milliarium interuallum eſt; adeóque habitata frequenter fuiſſe, vt Conſtantius Aug. illa

illa tranſiens putauerit media in vrbe ſe eſſe. Eheu, vt res mutantur mortalium: tot humanorum operum præter informia quædam rudera, & Flaminiæ viæ ſparſas reliquias ſupereſt nihil. Hæc vos via, hoſpites, recta Romam ducet: mox Tiberis Miluio ponte conſtratus, & vrbs ipſa in conſpectu erit. Inite felices, & luſtrate mille ſacris, mille profanis ædibus fulgentem. index ero ſi non omnium, at certè earum, quas noſſe maximè expediet. Romæ antiquæ amplitudo.

ROMA.

Romæ vrbis & nominis origo.

ROMAM vrbem à Romulo conditam atque appellatam vulgò obtinuit;etſi ex ſcriptoribus non deſint, qui Romam, Itali filiam incoluiſſe Palatinũ montem,atque in eo opidum exſtruxiſſe referant,quod à iuuenum robore Valentia vocatum ſit:tunc in Græcã dictionem Latina vox tranſierit; ῥώμη enim apud Græcos eſt, quod latinè robur dicimus.

Heraclid. apud Feſt. & Solin. Vid. & Dionyſ. ac Plutarch.

Alij Romam mulierem, quæ vrbi nomen fecerit, narrant fuiſſe in Æneæ comitatu,cùm Troia exciſa nouas ſedes quæſitũ diu cum claſſe errabundus denique ad Tiberim appuliſſet:ibi Romam illam ceteráſque Ilienſes feminas longi ac moleſti itineris pertæſas conſilium iniiſſe de claſſe exurenda; cuius conſilij operíſque mox ſecuti quia Princeps Roma fuerit,promeritam ſcribunt, vt Troiani nouam vrbem, quæ ipſis poſt amiſſam claſſem neceſſariò ſtruenda fuit,ipſius potiſſimum nomine appellarent.

Callias ap. cit. Feſt. & Dionyſ. Agathocl. ap. Solin.

Alij auctores conſentiunt quidem Romam origine Troianam, Aſcanij filiam & Æneæ neptem cum ceteris gentilibus claſſe in Italiam veniſſe:ſed hîc expetitam à rege Aboriginum Latino in matrimonium peperiſſe geminos Romulum ac Romum ſeu Remum, qui conditæ poſtea nouæ vrbi maternum dederint nomen.

Dionyſ. lo.

Alij memorant multò ante Romuli tempora extitiſſe

ctiſſe iiſdem in locis opidum,quod Siculi primùm, poſtea illis expulſis Aborigines Latini incoluerint; huc deinde ſexta decima ætate poſt captum Ilium ductam fuiſſe frequentem Coloniam ab Alba Latinorum, ductu atque auſpiciis Romuli, qui fuerit ſeptimus decimus ex Æneæ ſtirpe progenitus; ab hoc Palantium & Saturniam (ea enim loca noui coloni inſederant) communi deinceps nomine Romam vocari cœpiſſe. Certè antiquiſſimis temporibus in Capitolino, tunc Tarpeio dicto Monte ſtetiſſe vrbem Saturniam ab Herculis Argiui comitibus habitatam, ciúſque ad ſuam adeo ætatem monimenta quædam reliqua manſiſſe auctor eſt locuples M. Varro lib. IV. de Lingua Latina. Valentiam aliam in Palatino vrbem Romuli ætate priorem antiquiorémque fuiſſe plurimi prodiderunt: ſed in hoc varij, an à Roma Itali vel Aſcanij filia conſtructa denomitáque fuerit,an (quod plures ſcribunt) Siculi per ea tempora Italiæ hanc oram longè obtinentes in Palatino Valentiam quoque habuerint,vnde eos Euander Latinorum rex ſeu ſolus, ſeu aduenæ Æneæ ſociorúmque viribus adiutus eiecerit; Æneam quidem & comites Græcè loquentes abhorruiſſe peregrinum Valentiæ nomen, & maluiſſe captam vrbem ſui deinceps ſermonis vocabulo ῥώμην nominare. Alij ſcriptores Euandrum ipſum ferunt, ex quo vrbem Siculis ademerit, vertiſſe

Feſtus & Solin.c. 1. Seruius ad 1. Æneid.

Latinum

Latinum nomen, in Græcum,& hinc Romulum cognominari cœpiſſe ; neque extitiſſe præter Euandrum alium mortalium,cui Romulo fuerit nomen. Noſtri homines , quibus ad hæc talia ingenium & otium ſuppetit,inſtituto accurato ſcriptorum examine aggreſſi ſunt vt pura puta figmenta refellere , quæcumque de Ænea Troianorúmque in Italiam appulſu,& de Romulo vrbis conditore prodita litterarum monumentis reperiuntur: vti quidem extiterunt ante hac viri docti,qui Troiam vmquam captam fuiſſe auderent in dubium vocare. Quod ſi ita ſit , oportet me hercle Romanos illos rerum dominos ipſoſque Diuis adſcriptos Cæſares falsò ſibi ac ridiculè blanditos fuiſſe,dum vrbis & in terris clariſſimæ gentis Iuliæ originem ad Æneam Troianóſque referrent. Qui tantus lapſus in adeo illuſtri familia ſuſpicionem mouet eſſe quoque non pauca fabulis adſperſa , quæ noſtra tempeſtate de magnarum ſtirpium vetuſtis primordiis incrementíſque narrantur. Anceps quidem iam olim & obſcura vrbis Romanæ origo nominíſque cauſa fuit ; ita enim Plutarchus : *magnum* , inquit , *Romæ nomen, quod eſt apud omnes gentes glorioſum , à quo & qua de cauſſa vrbs acceperit , non conuenit inter ſcriptores.* Nec ſanè mirum erat nominis cauſſa ignorari, cùm ipſum adeo vrbis primum ac genuinum nomen neſciretur,aut certè id enuntiare vetitum eſſet;

Dion. Chryſoſt.

libro ſing. Salluſt. in Catilin. Tacit. in Druſol. 4. annal.

In Romulo.

eſſet; nam refert apud Feſtum Verrius vrbi ab-origine Latinum nomen à Græco ῥώμη diuerſum inditum fuiſſe, quòd ſuppreſſum dein & proloqui piaculum eſſet; ita vt Valerius Soranus ob id modò, quòd contra edictum auſus eſſet hoc nomen effari, mox neci datus fuerit. ob quam eamdem noxam tribunum quemdam (an Valerius ille fuit) in crucem actum pœnas malè cautæ linguæ luiſſe Seruius memorat. Itaque *mihi* cum Liuio, *quæ ante conditam vrbem poeticis magis decora fabulis, quàm incorruptis rerum geſtarum monumentis tradũtur, ea nec affirmare, nec refellere in animo eſt.* Cœpit Roma, à quocumque condito, vt ſcriptorum plurimi numerant, Olympiadis ſeptimæ primo circiter anno, poſt Troiæ excidium verò ſecundo ſupra quadringenteſimum, poſt conditum terrarum orbem ducenteſimo vigeſimo ſupra MMM. XI. Kal. Maij; atque ex agreſtibus primò & mille tantummodò caſis, vt auctor Plutarchus, concinnata muróque cincta ciuitatis formam accepit; inde cùm per opes inualuiſſet, politæ ab opulentioribus ciuibus ædes ſunt, ornatáque in tantum vrbs, vt neceſſitatis id cauſſa, non luxus fieri videretur. Poſterioribus demum temporibus ab antiqua ea & felici frugalitate receſſum eſt: ſed ita, vt quæ inter vilia tuguria aut modicè certè excultas domos ſemper floruit Reſp. atque ab aratris ſæpè ſuos Imperatores petiit., inter

Solin. c. 1. Plin. l. 3. cap. 5. ad 1. Æneid.

Vid. Pighi. l. 1. annal.

marmora

marmora demum purpurámque perierit. Exſtant adhuc temporis in noua iſthac Roma plures ruentis illius imperij ruinæ,& frequentia damnati luxus veſtigia; quæ intuentem te etſi operis magnificentia in admirationem rapiet,ſubire tamen ſemper animo velim iis molibus grauatam oppreſsámque corruiſſe Remp. ſtetiſſe autem per tot annos,per quot horrida ciuium vita & agreſtia illa tecta ſtetere. De hodierno,qui maximus eſt,principis in Orbe vrbis ornatu nihil demo; neque enim ſuperfluum quid: & eſt omnis hæc magnificentia à veteri maximè diuerſa,vtpote qua DEVS dumtaxat Diuíque ſine vana oſtentatione coluntur. Itaque quot olim Circos, Theatra, Balneas,Thermas,& ſimiles ſcelerum officiuas Roma habuit: tot templa hodie, cœnobia, noſocomeia numerat; quæ cùm auguſtiſſima ſint,omni tamen reprehenſione merito vacant. ſicuti nec veteres culpo, quòd ſumptuoſas fabricas erexerint:ſed id damno,quòd inutiliter & improbè immenſas opes profuderint; quas ſi quando in falſorum etiam deorum cultum elargiti ſunt,poſſunt videri rectè eas collocaſſe:cùm in delicias tantùm luxuriémque abſumpſerunt, non bene ipſos iis vſos fuiſſe nemo eſt,qui non affirmet. Verùm hæc vberiùs meliúſque diſcutere quiuis alius ingenio excellentior poterit: ego quod mei eſt propoſiti, de hodiernæ vrbis ſtatu & generatim quædã dicturus,

Laudata vrbis Romæ iſta magnificentia.

atque

atque ex antiqua Roma nonnulla parcè adducturus, quæ ad nouam hanc illuminandam facient; & ſpeciatim de eius mẽbris:collibus videlicet,plateis, hortis ædificiiſque cùm publicis ac ſacris, tum priuatis, ex oculata magnam partem experientia,nonnullam è probatorum auctorũ ſcriptis narraturus, operæ pretium,vt arbitror, fecero, ſi in certas primùm partes, in quas ipſa vrbem natura diuiſit, in mea ego etiam Topographia eam diſtinxero, quæque in earum vnaquaque memoratu digna videbuntur,vt loco coniuncta ſunt,ita ſcribendo quoque,quantum fieri poterit,non diſiunxero, tum ea,quæ dici vniuerſim poſſunt, narrauero. Quamuis non lateat mihi ſcriptores alios, qui plurimi in hoc genere verſati ſunt,alium atque alium ordinem tenuiſſe, vt tantùm legenti haut iniucundum:ita ei,qui legere ac ſimul videre lecta vult,non magnopere commodum, quòd ſparſa alibi atque alibi ſint,quæ ſub vno veluti aſpectu, atque ordine eo,quo ſita ſunt, collocari debuiſſent.

Ordo in huius vrbis deſcriptione obſeruatus.

Extima vrbis pars eſt MONS VATICANVS(ab eo enim ordiri placet)olim ne pars quidem, vt quem inferiori primùm æuo Nicolaus V. Pont. Max. mœnibus amplexus fuerit. Antiquiſſimis verò temporibus etiam extra Latij fines, in Etruſcorûm ditione fuit: quibus eiectis Vaticano inditum nomen. Feſtus: *Vaticanus collis appellatus eſt, quòd eo potitus*

MONS VATICANVS. de cuius amplitudine Baron. ad an. 69.

 ſit

ſit populus Romanus, vatum reſponſo ex-
l. 16. c. 17. *pulſis Etruſcis.* aliter M. Varro apud A-
gellium: *ſicut*, inquit, *Aius deus appella-*
tus araque ei ſtatuta eſt, quæ eſt infima No-
ua via: ita Vaticanus deus nominatus, penes
quem eſſent vocis humanæ initia: quoniam
pueri, ſimul atque parti ſunt, eam pri-
mam vocem edunt, quæ prima in Vati-
cano ſyllaba eſt: idcircoque vagire dici-
tur exprimente verbo ſonum vocis recentis.
Tiberis Vaticanum vrbémque interluens
a De quo plura Blond. l. 1. Romæ inſtaur. Marlian. Top. Rom. l. 2. c. 8. & l. 5. c. 8. diſcernit, cui veteres pontem impoſuêre:
qui quòd Vaticanum vrbi adnectebat, Va-
ticanus dictus eſt: & Triumphalis, quia
per eum triumphus duci ſolebat. Exſtant
hodie quoque eius in medio Tiberi iuxta
trans Tiberinum S. Spiritus Xenodochiũ
rudera quædam. Proximè pons Ælius
Pons S. Angeli. abeſt, quem S. Angeli hodie vocãt. Eum,
& imminentem ponti molem Ælius Ha-
Caſtellũ S. Angeli. drianus Imp. excitauit: munimentum po-
tiùs cinerum ſuorum, quàm receptacu-
lum. poſt quem omnium deinceps Anto-
ninorum ibi conditi cineres fuere, poſi-
táque in marmore epitaphia, quæ hodie
quoque aliquot conſpiciuntur. Sic Pro-
copius de bello Gothico: *Hadriani quon-*
* Æliam cenſeo legendum, Aurelia enim ſupra Ianiculũ fuit, vt dicam. *dam Imp. ſepulchrum*, inquit, *velut moles*
& arcis monumentum extra portam Aure-
liam * *iactu lapidis impoſitum. primus eius*
ambitus quadrati figuram habet, totúſque è
marmore Pario ſumma artificum diligentia
incruſtatus eſt: in medio verò eius rotunda
moles exſurgit, excelſa altitudine & tanta,
vt

vt ſuprema eius parte area ſit, cuius diameter vix lapidis iactu tranſigatur.

Supra pinnas, inque loculamentis ſtatuæ hominum equorúmque & quadrigarum ampliùs DCC. ſteterant, quas Gothico bello hoſtis decuſſit. ambitum porticus columnatæ concluſerant, quæ vel temporum vi, vel iuſſu Magni Conſtantini, cùm Apoſtolorum Baſilicas eſſet cōditurus, deiectæ fuerunt: Pancirollus certè ex Hadriani hac mole colūnas LXXX. tranſlatas fuiſſe in ſuburbanam D. Pauli ædem exiſtimat. Poſtea locus à Romanis Pontificibus egregiè permunitus, & altiſſimis ab Alexandro VI. foſſis clauſus fuit. Vulgus & pontem, vt dixi, & Arcem S. Angeli vocat, quòd cùm grauiſſima vrbs peſtilentia laboraret, indictáque publicè ſupplicatione illac D. Gregorius Magnus cum omni clero populóque pacem ſuperûm expoſcens tranſiret, viſus in apice molis Angelus fuerit, ſanguinolentum gladium in vaginam recondens; quo loco ſacellum exſtructum eſt, & pictura res omnis expreſſa. Ab Arce vſque ad Vaticanas ædes idem Alexander VI. occultum penſilémque pontem deduxit, quo commeari vltro citróque nemine vidente, poſſet. Vaticanarum ædiū primus conditor, Hugone teſte, Magnus Imperator Conſtantinus, ex plurium verò ſententia Symmachus I. fuit, vel vt aliis placet, Nicolaus III. quas tamen rudes atque inermes, prout tempora tunc & res haut

l. 1. de reb. ant. deperd. tit. 30.

Vnde pōti & arci S. Angeli nomen?

Narrat exactè Sigon l. 1. de regno Ital.

Vulgo Curitorium.

Palatium Vaticanū.

ſtatione II.

opulentæ erant, Maximi deinceps Pontifices excoluere: inprimis Nicolaus V. & Sixtus V. qui cùm vrbem vniuerſam, tum hanc partem magnificis operibus exornauit. Neſcias ſanè, an potiùs molem firmitatémque ſtructuræ, an multitudinem aularum ornatúmque ab exquiſitiſſimis ſtatuis, picturis, periſtromatis admireris. Duplices ſunt: veteres templo contiguæ; nouæ à Sixto V. conditæ. hæ quinque contignationibus, & loci præterea celſitudine adiutæ, altiſſimè ſurgunt. feneſtrarum venuſtiſſimus ordo atque ornatus externam ſpeciem planè admirabilem reddunt. Nouas has & veteres inter ædes area interiecta eſt, quam porticus quatuor contignationum amplectitur, trianguli inſtar circumducta. cuiuſlibet contignationis triginta ſunt arcus, iíque preter infimos, ſummo artificio omnes picti: in ſummæ contignationis parietibus totius Orbis regiones exacta dimenſionē deſcriptæ & coloribus illuſtratæ ſpectātur, additæque ſingulis ſingulæ deſcriptiones leguntur, breues quidem, ſed neruoſæ, & à Schradero pridē vulgatæ. Quid memorem ab imo ędium ad ſumma eductas ſcalas adeo molliter, vt vel equo aſcendere facile ſit ac tutum. Conclauia, vt dixi, omnia auguſta, ſed eminent tamen tres aulæ: Paulinam vnam vocant à conditore Pontifice. iuxtà altera à Sixto exſtructa, in cuius anteriori muro Michaël Angelus Bonareta extremi futuri iudicij formam

Palatij noui Sixtini deſcriptio.

Gregorij XIII. impēnſa. lege Cicarel. in Vita eius. l. 2. mo num. Ital.

Aula Paulina, Sixtina.

mam confeſſione omnium peritorum elegantiſſimè depinxit, tertia à Gregorio nouiſſimè ornata; illam videat, qui picturæ quãta vis ſit, noſſe cupit; difficillimas enim rerum imagines ſummo ingenio temperatis coloribus, ita ad viuum ſcitè expreſſas cernet, vt multi non pictas, ſed exſculptas putauerint. parietes veſtiti ſunt læuiſſimis marmoribus, in quibus, velut in ſpeculo, omnia, quæ contrà & ad latera ſunt, refulgentia videre queas. A Vaticanis ædibus geminæ porticus per quadringẽtorum & quinquaginta paſſuum ſpatium excurrunt: deſinunt apud hemicyclum, quod Pius IV. Pontifex Vaticanorum hortorum ornamento excitauit. Mediò ferme ſpatio tranſuerſum inter porticus interiectum ædificium eſt. hic locus Bibliothecæ Vaticanæ, quàm refertæ optimis libris, tam ornatæ à Sixto V. pulcherrimis picturis; quas cum adſcriptis titulis Io. Bapt. Cicarella in Sixto V. & F. Angelus Roccha libro ſingulari, & Laurentius Schraderus ſecundo monumentorum Italiæ exactè deſcribunt. Summè hilaris locus eſt & Muſarum digna ſedes. lucem ampliſſimis feneſtris copioſãm accipit, & è propinquis hortis ſuauem auram, quæ libros legentéſque recreat. Pretioſiſſimi ac vetuſtiſſimi Codices, ſeparati à reliquo grege, ligneis armariis clauſi aſſeruantur: quæ haut grauatè recludunt cuſtodes, & reconditum theſaurũ litteratis hoſpitibus mon-

Gregoriana.

Hemicyclum in hortis Vaticanis.

Bibliotheca Vaticana.

Codices aliquot vetuſti inter libros Vaticanos.

ſtrant binos Virgilios in membranis ampliùs mille ante annos ſcriptos; eiuſdem vetuſtatis Terentium, qui, vt memorant, Alexandro Seuero imperante conſcriptus, non ita pridem à Petro Bembo poſſeſſus, deníque inter ceteros Fuluij Vrſini lectiſſimos libros Vaticanæ Bibliothecæ acceſſit. Monſtrant item Acta Apoſtolorum Græcè aureis litteris diligentiſſimè deſcripta: à Cypri Regina Innocentio VIII. donata. auro tunc & gemmis fulgebat liber: ſed à Borbonianis militibus ſedulò nudatus fuit. Biblia Græca vetuſtiſſima in mẽbranis exarata: Petrarchæ epigrammata ipſiuſmet manu ſcripta. Etiam in Sermonum quodam libro duobus locis monſtrantur aliquot verſus, quos D. Thomas Aquinas adſcripſit. Oſtendunt & Volumen, id eſt membranam craſſiorem Hebraicis litteris conſcriptam ac circumuolutam. qui apud priſcos circumuoluendi libros mos erat vſitatus; atque ita in orbem collectas & inuolutas chartas Volumina appellabant, muniebántque cedrino oleo aduerſus cariem: extremitates verò ſiue margines, apud quos incipiebat definebátque liber, cornua vocabant, quia ſcilicet coloratis aut corneis vmbilicis exornarentur. vmbilici autem bacilli erãt ita adglutinati, vt volumine complicato capita vtrimque extarent: quemadmodum ad Martial. lib. II. epigr. LII. eruditè obſeruauit Matthæus Raderus, recenſuítque Pancirollus inter cætera antiquo

Libri cur priſcis Volumina dicti.

tiquorum opera, quæ in deſuetudinem abierunt. Hæc pauca ex innumeris, quæ in Vaticana Bibliotheca rara ſunt & exquiſita. Nunc hortos, quos ab amœniſſimo aſpectu haut falsò *Beluedere* nominant, peruagemur, ſtatuarũ pręcipuè cauſsâ, quæ in iis crebræ: ſed antiquiſſimæ in periſtylo quodam aſſeruantur. Ibi pulcherrimum ſignum Laocoontis cũ duobus filiis anguium complexibus implicitii ex vno marmore Pario trium clariſſimorum inter Rhodios ſculptorũ, Ageſandri, Polydori & Athenodori communi opera vtique artificiosè effecti cernes: opus, vt Plinius cenſet, omnibus picturæ & ſtatuariæ artis operibus præponẽdum, repertum non ita multis abhinc annis inter rudera ædium Titi Imp. quæ in Eſquiliarum cacumine cõſpici dicam poſtea. Spectabis etiam effigiem Veneris vultum in adſiſtente Cupidine defigentis: & Cleopatræ moribundæ, quam Anapauomenen Nymphãm quidam exiſtimant eſſe. Videre prętereà eſt in Vaticanis hortis è cãdido marmore plures auguſta forma ſtatuas: Mercurij putà, Cybeles capite turrito, Herculis, Apollinis, & Antinoi Bithynici pueri, quẽ, vt Pauſanias refert, Hadrianus Imp. adamauit. alij Genium Principis hoc ſimulacro expreſſum eſſe autumant. Tiberim adhæc propè Romulum Remumque lactẽtes cum nutrice lupa habentem aſpicies: & Nilum cum notis ſuis ſanè ingenioſis. Sphyngi inniti-

De characteribus, vbi Salmuth.

Horti Vaticani ſuprà indicati.

in his ſtatuæ veteres pluri-mæ.

Nili ſignum. *Plin. l. 36.*

tur,ferturque corpore ſuo ſedecim puellos ludibundos; ab horum vltimo, quem humero gerit,calathum fructibus ac floribus refertum accipit,capitis decus; ſcilicet vltimum Nili, quod ad decimum ſextum cubitum vſque ſurgit,incrementum Ægyptia arua beat: alia humiliora ferme infelicia sũt.baſi aliquot Ægyptiæ plantæ & animalia,quorum Nilus vnicè ferax eſt,inſculpta sũt:Crocodilli, inquã, cum æternis hoſtibus Tentiritis,Hippotami,Ichneumones,Trochilli,Ibes,Scinci & ſimiles aliæ Nili proles.Hæc de ædibus hortiſque Vaticanis. Proximum eſt D.Petri templum auguſtiſſimum vrbis & orbis terrarum. Id principio Magnus Conſtantinus extruxit,atque etiam ſuiſmet ipſe humeris XII. corbes arenæ è fundamentis ſuã dextrâ egeſtæ aſportauit, hoc infimæ ſubmiſſionis actu totidẽ Apoſtolos veneratus. Pridem Iulius II. hanc,quæ iam exſurgit,ſuperſtruere molem orſus eſt, ceteríque poſt eum Pontifices immenſo ſuo ſumptu, Michaëlis Angeli Bonarotæ & Iacobi Portę eximiâ operâ propemodum ad ſidera duxêre. Etenim celſitudinis eſt planè admirabilis:ſtadij dimidij aut pedum trecẽtorum; longitudinis quadringentorũ; tecta quatuor ædiculis fornicatię, quas inter medius eſt ingens & vertice ſuo longè reliquum tectum exſuperans tholus, qui duplici fornice conſtat,atque in interuallo, quod inter vtrumque fornicem patet, plures

Templũ Vaticanũ S.Petri.

Baron. ad an. 324. n.6. & ſeq. itemque in Martyrolog. 18. Nouemb. M. Attil. Serran. libro de 7. vrbis Eccleſ.

Thom. Stapleton. de magnit. Eccleſ. Rom. plura Ang. Roccho. lib. de Sixti V. ædific.

plures cameras habet elegantiſſimis feneſtellis,& inter eas interiectis columnis aliiſque ornamentis lucentes:radiat vero intrinſecùs auro,& Moſaicæ picturæ genere ornatus adeo ſplendidè eſt,vt adiici ád elegantiam nihil poſſe videatur. Alæ templi in plura ſacella diſcretæ : ſed omnium auguſtiſſima illa, quæ quaternis, quas dixi , fornicatis ædiculis teguntur, micantque auratis laquearibus. Horum illud , quod primum ad dexteram ſe offert,Gregorianum nominatur; quia Gregorius X I I I.eius nominis Pontifex D. Gregorio Nazianzeno dicauit, & ſepulchrum in eo viuens ſibi præparauit.E regione Pauli I I I. ex illuſtri Farneſiorum familia æneum inſigne cenotaphium : vt omittam alia tam ærea, quàm marmorea Rom Pontificum ſepulchra,quæ in veteri nouáque Baſilica crebra atque illuſtria conſpiciuntur. Veteris Baſilicæ à Conſtantino ædificatæ nõnulla pars ſupereſt, non quidem ſtructuræ magnificẽtiâ cum noua cõparanda, ſed quam tamen ſplendidam fuiſſe haut pauca reliqua ornamenta oſtendant : plurimæ ſcilicet ac vaſtiſſimæ columnæ varij marmoris , quarùm multæ ex Hadriani mole detractæ fuerunt, vt templi huius fulcra eſſent. parietes muſciario ſeu muſiuo opere illuſtres fuiſſe reliquię probant licet à vetuſtate ſordidæ. Atqui inſtar omnium queat eſſe vna integra periclitantiũ diſcipulorum Petríq; ſuper vndas ad Chriſti

Sacellum Gregorianum, in quo Gregorius XIII. Pont. humatus:ex aduerſo Paullus III.

Vid. ap. Schot. 2. p. Itin. Schrad. 2. p. monum. Ital.

Templi veteris reliquiæ.

Imago Petri & diſcipulorum religione celebris.

conſpectum procumbētis imago, in primæ porticus interiori muro ab illo, cuius in Florentiæ deſcriptione memini, Iotto depicta; illa argumēto ſit, quàm fulgidum templum fuerit. Illam pij, antequam progrediantur, flexis genibus precantes venerantur; quod fieri hoc mirabar ego, cùm paſſim videre ſit Chriſtianos ante ſacras imagines DEVM & Diuos adorantes: verùm M. Attilius Serranus erudito libello, quem de VII vrbis Eccleſiis conſcripſit, hunc imagini iſti exhibitum cultum ſingularem iudicat eſſe, & vetuſtiſſimi moris, olim quippe inter alia, quæ ex nupero deorum cultu ſuperſtitioſa homines retinebant, orientē Solem ſpectantes venerabantur; itaque etiā, cùm Principis Apoſtolorum limina viſerent, non priùs templum inibant, quàm auerſi ab illo verſique ad oriētem Solem, eum ſubmiſſo Corpore conſultaſſent. En Leonis Magni Pontificis Max. de hac re teſtimonium: *De talibus*, inquit, *inſtitutis etiam illa generatur impietas, vt Sol inchoatione diurnæ lucis exſurgens à quibuſdam inſipientioribus de locis eminentioribus adoretur, quod nonnulli etiā Chriſtiani adeo religioſè facere ſe putant, vt priuſquàm ad beati Petri Apoſtoli baſilicam, quæ vni DEO viuo & vero eſt dedicata, perueniant, ſuperatis gradibus: quibus ad ſuggeſtum areæ ſuperioris aſcenditur, conuerſo corpore ad naſcentem ſe Solem cōflectant, & curuatis ceruicibus in honorē ſe ſplendi*

Sermo. 7. in Nat. D.

ſplendidi orbis inclinent; quod fieri partim ignorantiæ vitio, partim paganitatis ſpiritu multum tabeſcimus & dolemus. Vetuſtiſſimus ergo mos ante templum ingreſſum ſpectandi Solem orientẽ, quæ ad noſtra vſque tempora traditum acceptumq; ab aliis manaſſe videmus, ſed mutatum & emendatum: neque Sol enim, falſum antiquitatis numen, ſed imago; quid imago? in imagine Chriſtus DEVS adoratur. Sub eâ anguſta ædicula eſt; vbi loci D. Petrum celebraſſe ſacrum Miſſæ officium vulgò ferunt. Porticus iuxtà & plures portæ ſunt, de quibus vide, ſi libet, Serranum: ex me tamen ſcias velim eſſe inter eas Auream illam, quæ anno Iubileo tantùm patet. In area quæ inter memoratã porticũ & templũ interiecta eſt, quandoque Paradiſum ſuâ ætate dictam fuiſſe auctor eſt Paullus Diaconus, pinea nux ex ære fuſa conſpicitur, alta ampliùs quinque cubitos, integiturq; æneâ crate porphyreticis columnis ſuffultâ. Facilè equidem credo, quod vulgi ſermonibus fertur in Hadriani mole eam ſtetiſſe: illud incertum, an pauones, qui in cratis fronte conſiſtunt, in Scipionis ſepulchro fuerint vnquam, quos inde fuiſſe deſumptos vulgus iactat, nullo certo argumento. Superſunt præterea ex veteris templi ornamentis æreæ figuris variegatæ fores, & illæ tortiles foliatis gyris cinctæ colũnæ, vt Schottus ac Boiſſardus nominant, quæ ad principalem Aram ſitæ, à

Ædicula S. Petri ſacrificãtis.

Porta Aurea.

l. 5. c. 11.

Nux pinea ex ære.

Veſpaſiano Imp. Hieroſolymis è templo Salomonis Romam aduectæ inter aliam prædam. Alia aliò diſtracta fuerunt; & propediem non paries ſupererit antiqui templi, properante Paullo Pōtifice ſupremam addere manum nouæ moli, cui vetus locum cedat neceſſe eſt. Iam pio hoſpiti quæ in hoc templo veneretur, aliqua edicam. Sudarium D. Veronicæ impreſſam Chriſti vultus imaginem retinens; ferrum, quo latus eius Centurio aperuit, à Baiazete Turcarum Rege, vt memorant, Innocentio VIII. Pontifici dono miſſum. Præterea in quadrata tabella pictæ DD. Petri & Pauli imagines exſtant, quas cùm apud Silueſtrum Papā, Conſtantinus M. conſpexiſſet, faſſus eſt eodem habitu dormienti ſibi eos apparuiſſe. Cathedra lignea principis Apoſtolorum, quam hodiéque magno in honore Romani habent, Alexandrinorum & Hieroſolymæorum exemplo, qui DD. Marci & Iacobi antiſtitum ſuorum ſedilia diu ac religiosè conſeruârunt; quorū exemplo Veneti etiam Marci eiuſdem ſellam, in qua Aquileiæ reſiderat, in cuſtodia ac veneratione habent. Sub Ara maiori dimidium corporum SS. Petri & Pauli reconditum eſt. Etiam æneum peruetus D. Petri ſimulacrum colitur, cùm Capitolini olim Iouis fuiſſet: à Chriſtianorum aliquo in eam formam verſum. Sub media tēpli teſtudine ad dexterā colūna eſt ferreis cancellis incluſa; ferunt

SS reliquiarum in templo Vaticano index.

De hoc Gretſer. l. 1. de Cruce c. 84. Iac. Boſi. de Cru. triumph. 1. c. 17.

Hiſtoria hæc habetur in Act. 1. Nicæ. Syn. & tom. 2. epiſt. decret. Niceph. l. 7. c. 33. & 35. S. Anton. p. 2. tit. 9. c. 1. §. Vincent. in Spec. l. 13. c. 47. Cedren. prin. to. 3. Baron. ad an. 324. Euſeb. l. 7. c. 14. Sanſouin. l. 2. Ven. deſcript.

atteſtantúrque inſcripta ei, cùm in Hieroſolymitano templo ſtaret, Chriſtum concionantem ſæpè innixum fuiſſe, atque id ita eſſe arguit, quòd qui à malis ſpiritibus vexantur, vbi admoti ad eam fuerint extemplo liberantur. Etiam in vetere templo marmorea ara exſtat, D. Andreæ ſimulacrum & caput à Peloponneſi regulo Romam delatum gerens. Ad hoc DD. Simonis & Iudæ corpora: X. Romanorum Pontificum, qui proximi D. Petro Apoſtolicam ſedem ſuo ſanguine conſecrarunt; Ioannis item Primi eius nominis Pont. Max. & Fabiani, & Sixti Martyrum; præterea Ioannis Chryſoſtomi, Gregorij Magni Pontificis Max. Gorgonij, & Tiburtij & Proceſſi & Martiniani & Gabinij & Petronillæ Martyrum. Inſuper capita Iacobi Minoris, Lucæ Euangeliſtæ, Sebaſtiani, Thomæ Conturbienſis Epiſcopi ac Martyris; Amandi, & Chriſtophori humerus; brachia Ioſephi, qui Chriſtum ſepulchri honore affecit; & Longini impij moxque pientiſſimi in Chriſtum militis; & innumera alia DD. oſſa in S. Petri templo, quæ æquum eſt, veneratione coluntur; vt meritò dixerit D. Thomas Aquinas Vaticani templi pauimentum parietéſque ipſos Sanctorum reliquiis eſſe refertos. Exiſtimo dixiſſe me de hoc templo, quæ propoſito mihi breuitatis ſtudio dici poſſe videbantur. Antè quàm pergam, exeundum in aream eſt, quæ ante templum Palatiúmque Vaticanum

Diui in Vaticano conditi.

ticanum ampla patet. Adſpicio vaſtum atque excelſum lapidem, quadratum, ſenſim graciſcentem, veteri nomine Obeliſcum dictum. accedo & baſi inſculptos titulos perlego. diſco Auguſti & Tiberij eſſe dis gentium impio cultu quondam dicatum: nuper operoſo labore tranſlatum à Sixto V. Pont. Max. & digniſſimo hoc loco erectum fuiſſe, expurgatúmque à priſcæ ſuperſtitionis macula S. Cruci, cuius in apice aureum ſimulacrum conſiſtit, conſecratum. Præterea ex Bernardo Gamuccio ſcio altum eſſe pedes LXXXI. excepta baſi, quæ huius altitudinis tertiam ferme partem continet: ſculpſiſſe verò Seſoſtridem Noncorei Alexandrini filium; cuius nomen quia immortali memoria dignum cenſuerunt illorum temporum ſcriptores, multò maiori iure noſtri eumdem honorem habent architecto, qui tantam molem erigere, & ſuper ænea quatuor Leonum ſimulacra ſtatuere illæſam potuit, me quoque iuuabit memoriæ eius pro virili conſuluiſſe. Fuit patria Milius ex agro Nouocomenſi, nomine Dominicus Fontana, ob hoc aliaque inſignia opera equeſtrem dignitatem promeritus. Cæterùm, quæ ex Gamuccio ſcire me dixi, non adeo certa duco, vt neſciam multos pares ei ſuperioréſque ſcriptores diuerſa ſentire. circa altitudinis dimenſionem præſertim, tot ferme ſententias, quot capita, reperias. Ille, vt memoraui, LXXXI. pedes Obeliſcum, excepta

Obeliſcus Vaticanus.

l. 4. antiq. Rom. Vid. Cicarell. in Sixto V. Mercat. de Obeliſc. c. 15. & 40. Galeſin. & Barga. lib. ſing.

excepta baſi, altum ſcripſit: Hugonius CVII. Mercatus, qui Obeliſcorum hiſtoriam diligentiſſimè compoſuit, palmos CXIII. & ſemis: Angelus Roccha palmos CXIV. Boiſſardus ac Schottus baſi XXVXII. pedes altitudinis attribuunt, Obeliſco ipſi CLXX. vt iudicio eorum propè centenis pedibus altior ſit, quàm Gamuccius eum metiatur. Veteres ſcriptores, ipſi quoque varij. P. Victor enim LXXII. ſiue, vt à Mercato correctus, XCII. pedes ſcripſit; Herodotus, Diodorus & Plinius cubitos C. ſiue pedes CL. alij plures aut pauciores magno diſcrimine tradiderunt. Æquè anceps de materie controuerſia eſt. Itali quidem vno ore pronunciant lapidem *granitum* eſſe: Latini hoc nomen quomodo interpretentur, non ſatis vident. multi ophitem dicunt, quidam Thebanum; alij Sieniticum; non nemo Æthiopicum, aut Græcè pyrrhopoecilon. fuere, qui à colorum varietate Pſaronium nominarent. Conditor deinde quamquam non ab vno Seſoſtris ſcribatur: ego Plinio credendum eſſe cenſuerim, qui Noncoreo Seſoſtridis filio hoc opus adſcribit. Ingens profectò opus, quod niſi erectum videremus, erigi poſſe negaremus; cùm maximè ſuperiorum temporum Pontifices id aliquoties irrito conatu tentauerint. Sed nempe natus exercendæ humanæ arti Sixtus V. hac re pluribúſque aliis immortali laude dignis teſtatum fecit ſuperari ab ingenio naturam,

Auctorũ varietas de altitudine huius Obeliſci.

Stat. 11.
Mercat. l. cit.

Herod. l. 2.
Diod. l. 1.
Plin. l. 36. c. 11.

Varietas de nomine lapidis.

Vid. Mercat. c. 2. l. cit.

naturam,quæque hæc fieri non ſinit, induſtriæ viribus fieri poſſe. Operæ pretium ſit legere,quæ de machinis & ratione moti, tranſlati atque erecti Obeliſci huius omnium immaniſſimi Hieronymus Ferrutius in ſupplemento, quod libris Marliani adtexuit, ſcripta reliquit: *Cùm*,inquit,*Sixtus V. Pont. Max.initio ſui Pontificatus; anno nempe M D L X X X V. de transferendo Obeliſco Vaticano à ſua priori ſede (abditus enim quodammodo erat, ac ſemiſepultus in latenti & anguſtiore loco) in forū Principis Apoſtolorum, vbi ad præſens cernitur, ageret: multi ex præcipuis architectonicæ diſciplinæ artificibus, nedum vrbis, verùm etiam variis ex Italiæ locis conuenere. ſpectaculum enim ingens & nouum mirandúmque in vrbe parabatur,qui ſingula ſinguli, & plaſticen & modulum, vt aiunt, certatim producentes, varios pro ſuo quiſque ingenio oſtendere modos & ſtructuras Obeliſcum huiuſmodi amouendi atque euehendi. Verùm tandem iuſſu Pontificis negotium & tota rei ſumma Dominico Fontanio ex pago Mili agri Nouo Comenſis demandata eſt, vt pote qui illius ædificiis longè, antequam ad Pontificatum eueheretur, præfuiſſet. Mane itaque ſummo, id eſt Nonis Maij eiuſdem anni.cùm parata eſſent omnia, quæ ad amotionem tanti ſaxi opportuna erant, vndique circum Obeliſcum pro loci & ſitus opportunitate quadraginta machinarum volubilium inſtrumenta ſeu rotæ, vt Amianus Marcel.vocitat,ſunt diſpoſita,ſingula*

gula ſingulos triplicatos habentia rudentes, quaternóſque equos validos, qui ea in gyrum agerent, vicenóſque viros in ſingulis itidem, qui & auxilium diuerticulis & vbi opus eſſet, ferrent, ac ad alia ſuppeditanda adminicula præſto eſſent: nam & ipſis machinis centum & ſexaginta equi, quattuor nempe in ſingulas, ac octingenti homines diuerticulis ipſis adſtitere. Sed vt ordine quodam præuio ad rem procederetur, ac vno eodémque tempore tum ſimul verterent, tum etiam vbi opus eſſet, ſiſterent, adhibitus eſt tubicen ex cohorte equitum leuis armaturæ à cuſtodia Summi Pontificis, vt omnes ſimul dato ſigno ad tubæ ſonitum equos inceſſerent: tum interim ſi quid non æquè proceſſiſſet, ipſe operis auctor & caput pulſata campana, quæ ad hoc in ſummitate molis locata erat, omnes ſimul conſiſtere faciebat. Inter vertendum verò adeò ingens trochlearum ſtrepitus, ſtridorque rudentum & rotarum erat, vt terræmotui aut tonitrui ſimile quidpiam eſſe videretur, & vix humanæ voces exaudirentur: ſed & campana & manibus & pileis ad conſiſtendum annuerent. Deinde cùm exactum eſſet, quod reſarciendum & colligandum erat, tunc denuo ſigno dato ab ipſo architecto, ad tubæ ſonitum opus inſtaurabatur: atque adeo viciſſim pluries, prout opus erat, tum ad motum, tum etiam ad conſiſtentiam eſt proceſſum, donec primo die ternos circiter pedes à columine ſublatus eſt Obeliſcus, atque lignea eidem fulcimenta ſuppoſita, vt inde ad vehendum curuaretur Octauo

uo deinde ſubſequente die ad id peragendum paratis eodem ordine ſtructuris, magna ex parte dies ea actione conſumptus, tandem veſpere incolumis Obeliſcus & illaſus in via conſtratus & coæquatus eſt. Verùm in ipſa coæquatione hic ordo, vt memini, ſeruatus: cùm enim lapis hic erectus eſſet prope antiquam Tribunam, quod Sacrarium hodie eſt Baſilicæ Principis Apoſtolorum, frangendus fuit paries eiuſdem Sacrarij ab vtroque latere (ex eoque ſepulchrum Calliſti III. Pont. quod in ea Sacrarij parte intrinſecùs exſtabat, tollendum atque in Eccleſia reponendum) vt dum curuaretur calx Obeliſci, ſenſim retrotraheretur ſenis, ſi probè memini, rotis ſeu organis, quò mox paulatim in ipſa declinatione pondus machinæ ad terram vergentis tum diminueretur, tum & quò rectiùs res procederet, vt penitus ſcilicet proſtrata mole, radix Obeliſci leniter in columine reperiretur. Sicque ita demum ex animi ſententia res proceſſit, vt manibus propemodum in planum depoſita & collocata moles videretur. De erectione à priori ſuo loco ad forum vſque nihil referre attinet, tum modicum ob interuallum, tum etiam ob facilitatem euehendi; nam via, qua vectus eſt, ab vna ad alteram ſedem in æquum ſtrata ac complanata eſt, aggeribus, vbi eſſet opus, additis, qui ad duorum columinum ipſius Obeliſci coæquationem extitere, vt faciliùs eleuaretur. In ſubleuatione deinde, quæ peracta eſt die quarta Iduum Septemb. ſequentis, poſtquàm in forũ eſt deuectus, vbi ad præſens exſtat, fabri-

cata

cata denuo eadem mole lignea ſeu caſtello aliquatenus altiori, ob altitudinem nepe duorum columinum ſeu baſium, quibus ſuperimponi debebat, eodem ordine, forma, machinis & inſtrumentis, quibus ad declinationē ſunt vſi, in priſtinam faciem reſtituerunt. Iam verò quàm à primæua ſede conſpicuus appareat, Leonúmque inauratorum ſimulacris æneis quattuor, quaſi in Obeliſci fulcimentum additis in ſinguliſque angulis diſpoſitis, facilè diſceraere licet, quantum ab eo, quo priùs vidimus, ſtatu diſtet honorificentiorque ſit, ſuperimpoſito maximè S. Crucis ſigno, in quo eſt ſalus, vita & reſurrectio noſtra. Nam antea pila ænea impoſita ei erat, quæ figura eſt Orbis & mundi huius, in qua Iulij Caſ. cineres extitiſſe ferebant. Hæc Ferrutius & nos de Vaticano Obeliſco. Iam via, quam rectam & latam ad S. Angeli arcem duci vides, olim Triumphalis fuit, vt quidam ſcribunt: ſed ego conſtans aduerſor, non enim ad Triumphalem pontem duxiſſet; quod nemo non videt. Exornant eam hinc atque inde ſuperbæ ædes; & eximium D. Virginis Tranſpontinæ templum, in quo geminæ paris formæ columnæ, ad quas DD. Apoſtolos Petrum & Paullum religatos flagríſque cæſos fuiſſe creditur; & obſeruauit quoque in annalibus Cæſar Baronius. Porrò iuxta deſcriptam D. Petri Baſilicam Cœmeterium colitur: Cāpum Sanctum vulgus appellat, quadrato muro ſeptum, in quo peregrini humantur, ac neſcio, an vulgò

Vid. Blōd. l. 1. Rom. inſtaur.

Templum S. Mariæ Tranſpōtinæ.

Campus Sanctus.

vulgò fabulantur terram illam Hieroſo-
lymis petitam ea vi eſſe, vt quatuor ac
viginti horarum ſpatio cadauera exe-
dat: attamen aduerſus exterorum dumta-
xat carnes tam potens ſit, Romanorum
verò corpora penitus non conſumat. Cœ-
meterio iſti Ioanna Auſtriaca Xenodo-
in addit. chium adſtruxit. hacque Vaticani regio-
ad Marl. ne Pyrrhus Ligorius & Hieronymus
l.7. Ferrutius Caij ac Neronis Hippodromũ
Circus Neronis. & Circum illum Chriſtianorum Petrí-
que in primis ſuppliciis celebrem fuiſſe
Palatium Card. Cæſij. ſcripſerunt. Cæſij Card. ampliſſimæ ædes,
refertiſſimę ſignis priſcíſque aliis monu-
mentis: quæ aut videas, ſi ſanus es, aut
p.1. & 3. ant. Rom. apud Boiſſardum legas. Inquiſitionis Pa-
latium, aduerſus perperam de religione
Domus Inquiſitionis. ſentientes comparatum. Vltimo vrbis
montíſque Vaticani angulo Caſtra ſunt
Caſtra equitum. Prætoriani equitis, ſcripti ad Pontificum
Romanorum ſalutem maieſtatémque
tuendam: Ex Vaticano monte in Ianicu-
lum tranſeundi ego auctor ſim, præter S.
Porta Vaticana. Spiritus templum, per Vaticanam por-
tam, olim Triumphalem & Aureliam,
parad. 33. aut certè in Aureliæ ſitu poſitam, ſiqui-
dem verum eſt Pyrrhi Ligorij parado-
Boz de ſig. Eccl. l. 19. cap. 5. xum. Locum Saxiam vocant, quòd à Sa-
xonibus quomdam fuerit habitatus. Ibi
Innocentius III. pulcherrimum Xeno-
Templum & Xenodochium S. Spiritus. dochium erexit, Sixtus IV. ampliſſimis
reditibus ditauit; quos annuos ferunt eſſe
ſeptuaginta millium aureorũ nummûm,
quibus magna ægrorum, orphanorum ac
peregri

peregrinorum multitudo alitur, alitúrque etiam delicatè. Amplius C. lecti mundiſſimè inſtructi in ampliſſima & picturis auratíſque periſtromatis lucente aula conſiſtunt, in quibus ægroti reponuntur, curantúrque diligenter. Aulæ in medio ſub tholo lapideis ſtatuis exornato Ara ſita eſt, vt ſacrum officium Miſſæ liceet in lectulis iacentes ægri audiant. alibi puerorum agmina ſpectabis, quos à parentibus deſertos niſi hic locus exciperet, fames & rerum omnium egeſtas conficeret. hîc lactantur nutriuntúrque ad aliquantum ætatis, dum genius atque indoles cuiuſque appareat; tum alij ad liberalia ſtudia, alij ad opificia, vt cuique expedit, admouentur. A Porta Vaticana, quæ Xenodochio huic iuncta eſt, vſque ad Septimianam, à Septimio Seuero Imp. exædificatam atque ab Alexandro VI. refectam, rectiſſima via ducitur; ciues Longaram vocant; Iulius II. Pont. Max. fecit, quam vtrimque ſuperbæ aliquot procerum Romanorum ædes exornant. Eam excipit IANICVLVS MONS, qui poſt Septimianam Portam hac parte incipit, dextra autem pænè Vaticano ſe iungit; etenim ſub D. Onuphrij anachoretæ, Perſarum Regis filij, templo, quod egredientibus porta Vaticana ad dexteram in ſummo cliuo mox apparet, ſe attollere incipit, & ſiniſtro cliuo dictam viam radens ad D. Pancratij vſque portam, quæ Aurelia olim, longè protenditur; ibi arduus

indicata eius magnificentia.

Porta Septimiana. *quæ fortè olim Fontinalis Boiſſard. 2. p. Top. c. 8.*

Via Longara.

MONS IANICVLVS. *de cuius amplitudine Baron. ad an. 69. n. 16.*

Templum S. Onuphrij.

Porta S. Pācratij.

Templum S.Petri in Monte Aureo. duus oſtentat ſe, ac ſummo vertice D. Petri ædem geſtat, à Ferdinando Hiſpaniæ rege inſtauratam, cum proximo cœnobio. In cuius atrio Sacellum eſt, ſi verus Boiſſardus, Tiburtinæ Sibyllæ Dorica eaque elegantiſſima ratione conſtructum: etenim cùm rotundũ ſit, columnis circũcingitur, ſupráque eas alius columellarũ ordo ducitur, coronæ inſtar ambiens ſacellum, vt infrà ſupráque circuiri poſſit. Eo loco multi auctores ſunt D. Petrum cruci affixum fuiſse; etſi in contrarium trahant alij, quibus magis credere lubet

an hîc crucifixus, Apoſtolus Petrus, an. 69. n. 15 & ſeq. in Circo cum Neronis ſupplicium oppetiiſse. Beronium tamen ſuadeo ad eas, qui media quadam ſententia controuerſiam hanc, vt ſolet, eruditè diiudicat. At Ianiculum vulgus Aureum Montem cognominat, quòd fulgida ex eo arena in ſcribarum vſus effodiatur. Subiacet huic

Trans Tiberina regio, Trans Tiberina Regio. ita vocabant omnem illum agrum, qui ſub Vaticano & Ianiculi iugo eſt ad Tiberis vſque vlteriorem ripam: etenim etiam inſulam Tiberinam in ea collocabant. ambitus illius omnis eſt pedum ccIↃↃcIↃ IↃↃ ccIↃↃ IↃↃ ∞ cccc lxxx viii. In quam

in qua templum S.Mariæ Trans Tiberinæ. vbi te demiſeris, S. Mariæ ædes occurret, ſatis amplam antè aream fontémque Alſietinæ aquæ, cuius Frontinus meminit, habens. Eo loco cùm olim Taberna Meritoria eſſet, in qua pauperes atque emeriti milites publicè alebantur: ipſa nocte, qua Chriſtus natus eſt, oleum è terra vbertim

vbertim ſcatuſiit, ac pleno riuo in Tiberim effluxit, *quo ſigno*, inquit Oroſius, *declaratum eſt Chriſtum & ex eo Chriſtianos, id eſt vnctum & ex eo vnctos, de meritoria taberna, hoc eſt de hoſpitali largaque Eccleſia affluenter atque inceſſabiliter pro ceſſuros.* Admiranda certè res & æterno monumēto digna, vt hoc templum vetuſtiſſimum omnium, quæ D. Virgini Mariæ dicata eſse ſcimus, Alexandri Imp. permiſsu à Calliſto I. Pont. Max primum conderetur, inde à Iulio, poſtmodum à Gregorio III. tum ab Innocentio II. denique à Marco Sitico Altemſio Card. magnificentiùs inſtauraretur, effecit; hiatque adhuc terra, qua oleum profluxit: & teſtantur, qui experti ſunt, immiſſas in voraginem manus pingui quodam liquore velut vnguento tingi, egeſtamque arenam, vtique ſi comprimatur, madere. Coluntur in hoc templo DD. Calliſti, Cornelij, Iulij Pontificum, & S. Quirini ſacrata oſſa; quibus adnumerare nō vereor Staniſlai Hoſij Card. cineres, ob inſignem viri tam eruditionem, quàm pietatem.

Vide ſis Eutrop. Oroſ l. 6. hiſtor. cap. 20. Ioan. Boniſac. hiſt. Virg. l. 2. cap. 1. Boz. de ſig. Eccl. l. 2 c. 6. Baron. in appor. n. 28. & ad an. 224. Boiſſard. 2. p. top. Rom. cap. 136.

reliqua ſigna olei olim manantis.

Hoſij Card. ſepulchrū.

Porrò ab hoc templo cùm paullum meridiem verſus proceditur, ſpatioſa ſe ſub Aureo monte pandit via, Incolæ Renellā vocant, ea ad Tiberim ducit, parum trita, quòd ea vrbis incultiſſima pars ſit ob aëris intemperiem. quo circa olim quoque non niſi ſordidiſſimorum artificum officinis, aut nauali fuit turba referta. Attamen S. Coſmæ nobile in ea cœnobium eſt,

Renella.

Lege Lipſi. ad illa Taciti 2. annal. extra portam Eſquilinam.

S. Coſmæ monaſterium.

Templa S.Blaſij. Apolloniæ Margaretæ. Rufinæ. Agatæ. Chryſogoni. Benedicti. Cæciliæ.

eſt, quod Pont. Sixtus IV. exſtruxit; degebántque in eo, ſi verus Fuluius, ampliùs quàm C. virgines, clari & pleræque patritij generis. Præter hoc, cœnobia & templa religione inclyta aliquot in trans Tiberina regione reperiuntur: hinc D. Blaſij; inde Apolloniæ, Margaretæ, Rufinæ, Agatæ, Chryſogoni, Benedicti, Cæciliæ, nuper poſt effoſſum eius corpus celebrari frequentaríque cœptum: olim Anaſtaſius Bibliothecarius inter Paſchalis res geſtas hæc ſcripſit: *Fecit à nouo Eccleſiam S. Cæciliæ, vbi & corpus eiuſdem comitè poſuit cum cariſſimo Valeriano ſponſo atque Tiburtio & Maximo martyribus, nec*

15. *Act.* *non Vrbano & Lucio Pontificibus.* Addit Hugonius eumdem Pontificem nongentos Martyres è cœmeterio Prætextati in Cæciliæ hanc ædem tranſtuliſſe. Se-

S. Mariæ in Horto. S. Francisci. Campus Iudæorum.

quitur DEIparæ in Horto templum, poſtque illud extimum S. Franciſci, vbi Pandulphus Anguillariæ Comes cubat, centenarius ſenex, præcipitíque ſenecta monachij clauſtra ob DEI ſalutíſque ſuæ ſtudium ingreſſus. Subit inde, vltimam verſus vrbem, Iudæorum Campus; in quo circumcirca complexu Aurelianæ & Septimianæ thermæ fuiſſe putantur. Neque abſimile vero eſt Porſenam Cluſinorum regem poſt captum Ianiculum, vt

l.5. Dionyſius narrat, hîc loci caſtrametatum fuiſſe, fixiſséque regium territorium ea forſitan regione, qua D. Franciſci ædem indicauimus. Quo loco cum aggreſſus C. Mucius

Mucius adoleſcẽs nobilis permouit exuſta dextera, vt obſidionem ſolueret. Itaque Mucio virtutis cauſſa, quòd conſtantia ſua hoſtem ab vrbe dimouiſſet, populus agrum Porſenæ caſtris inſeſſum, quãtum circumarare vno die poſſet, dono dedit: quæ Mucia deinceps Prata appellata: porrecta, vt opinio eſt, à D. Franciſci templo Tiberim versùs ad noua Naualia, quæ *Ripam magnam* vulgò nominant; *Ripetta* enim ſeu Parua ripa ſupra S. Angeli pontem, minùs hodie frequens: ſed olim Romana ibi Naualia ſteterunt, vt infrà dicam ſuo loco. In hac quam calcamus, Tranſtiberina regione ipſumque fluuium iuxta Portuenſis Porta ad Oſtienſem portum tendentes emittit: vnde etiam nomen accepit. Legere eſt in ea inſcriptionem huiuſmodi: *Impp. Caſſ. DD. NN. Inuictiſſimis Principibus Arcadio & Honorio Victoribus & Triumphatoribus ſemper Augg. ob inſtauratos vrbis æternæ muros, portas ac turres egeſtis immenſis ruderibus è ſuggeſtionibus V.C. & in luſtris militis & magiſtris vtriuſque militiæ ad perpetuitatem nominis eorum ſimulacra conſtituit.* Cernere præterea eſt in propinquo Tiberi exſtantes pilas, veſtigia Sublicij pontis, quem ligneum Ancus Marcius primùm fecit, deinde Æmilius Lepidus Prætor lapideũ; à quo & Æmilius & Lapideus, vt ex Antonini Itinerario didici, appellatus: poſtea Tiberis furore corruptum Tiberius

Liu. l. 2.

Prata Mucia.

Ripa, vbi hodie naualia.

Porta Portuẽſis.

Pons Sublicius, *de quo plura Boiſſard. 2 p. top. Rom. c. 159.*

Cæſar:denique Othonis principatu euerſum Antoninus Pius, vt Iulius Capitolinus teſtatur, è marmore refecit, Marmoratúſque à vulgo dictus deinceps fuit. Ex eo, quòd cæteris excellſior eſſet, noxij mergendi præcipitabantur: & Chriſtiani haut pauci, cæco illo & crudeli æuo. De ponte, qui ſupra Sublicium trans Tiberinam partem vlteriori connectebat, moneo cum antiquitus Senatorium appellatum, quia illo Senatores, cùm Sibyllinos libros inſpecturi in Ianiculum tenderent, tranſibant. Poſtea & ædi, quæ propè ſita, ac Pudicitiæ aut virili Fortunæ à Dionyſio nominatæ ſacra erat, nomen ac numen commutatum, dedicatáque ea D. Mariæ Ægyptiacæ; & pons ipſe ab illa cognominatus fuit. Nuper marmoribus inſignis, ſed fluminis impetu abruptus ſpectabatur. Iuxtà vetuſtum iamque fatiſcens ædificium viſitur, quod vulgus Pilati Palatium nuncupat: cum Boiſſardo Schottus thermas & Laconicum ſudatorium fuiſſe ex caminorum in pariete exſtantibus ſpiraculis conicctat. Æquè incertum eſt, illa rotunda ædes, quæ ſupra Tiberis ripam ibidem ſpectatur, cui quomdam numini fuerit conſecrata. peruetuſtam eſſe ſpecies & ſtructuræ ratio ſatis indicat, quamquam immutatam eius formam arbitrer, & columnarum interſtitia expleta muro, vt nunc ſunt, poſtea fuiſſe: principio apertam vacuis interſtitiis patuiſſe, & foſſitan

ex hoc necati Martyres Chriſtiani.

Pons Senatorius, iam S. Mariæ.

Templũ S. Mariæ Ægyptiacæ.

quæ Ligorio teſte fuit Baſilica Caii & Lucij.

Palatium Pilati vulgo.

Templũ S. Stephani.

forſitan Veſtæ aram fuiſſe à Numa exſtructam, quod meliores auctores ſcribunt. alij Solis aut Lunæ fanum faciunt, Herculis alij, quidam Matutæ, Ligorius Portumni. quiſquis cultus inibi deus aut dea fuerit, falsò fuit. Itaque D. Stephano ſacratum templum, vt meritis in eo honoribus princeps noſtræ religionis afficeretur. Paullò ſuperiùs Tiberina inſula medio in flumine exſurgit, fronte tergóque acuta, à parte autem laterum duorum

Boiſſard. & ap. eum Marlia. l. 2. top. Rom. c. 53.

Inſula Tiberina.

Porrigit æquales mediâ tellure lacertos.

Ouid. 5. Metam. l. 2.

Itaque naui figurâ quàm ſimillima eſt. Liuius ita enatam ſcribit: Tarquinij regis bona Patres Plebi diripienda conceſſerant; Tarquiniorum autem ager inter vrbẽ Tiberímque vbi Martius poſtea campus fuit, erat, maturam meſſi ſegetẽ farris ferens, quem campi fructum quia religioſum erat conſumere, plebs cum ſtramento deſectum corbibus in Tiberim effudit, tenui fluentem aqua, vt mediis caloribus ſolet. ita in vadis hæſitantis frumenti acerui ſedêre illiti limo: inſula inde paulatim & aliis, quæ fert temerè flumen, eodem inuectis facta: poſtea additæ moles adiutaque manu fuit, vt tã eminens area, firmaque templis quoque ac porticibus ſuſtinendis eſſet. Etenim & Iouis Lycaonij in ea templum, & Æſculapij, (vnde ſacra Æſculapio inſula fuit) & Fauni in frõte eius, quæ pars merſa fluctibus hodie nec è veſtigiis quidem noſcitatur. Æſculapij fano proximum Noſocomiũ

ea quomodo enata.

Inſula Æſculapio ſacra, in qua eius fanũ & Iouis ac Fauni.

erat, cuius quædam rudera in hortis D. Bartholomęi ſuperſunt: fanum autem cur Æſculapio in inſula dicatum fuerit, Plutarchus Quæſt. Rom. XCIV. & Feſtus tradunt, quòd ſcilicet ægroti à medicis aqua maximè ſuſtententur. Inſula Ceſtio ponte aditur: exitur Fabricio. ſed priſca hæc ſunt, & vulgo incognita nomina. Ceſtium hodie S. Bartholomæi indigitāt, ſcilicet à propinquo eius fano, quòd olim Æſculapij fuiſſe putatur: alterum, qui Fabricius, vt dixi, & Tarpeius variè nominabatur, Quattuor capitum appellant, à quattuor quadrifontibus marmoreis ſimulacris, quæ poſita illic fuerunt. Leguntur adhuc temporis L. Fabricij conditoris, & Q. Lepidi Marcique Lollij probatorum operis huius nomina vtrique pontis lateri forinſecùs inciſa: præterea reſtitutorum eius Valentis ac Gratiani. Hic Trans Tiberinæ regionis finis: vlteriora iam deſcribenda ſunt. Auentinus primo Mons, qui dextro cliuo Tiberi incumbens è regione Ianiculi, ad Auſtrum longiùs, quàm latiùs, procurrit. continet in ambitu, vt Dionyſius exequitur numerādo, ſtadia XVIII. vt alij, pedes cc1ↄↄ. 1ↄↄc1ↄcc. at nomen à qua re aut homine ſit conſecutus, auctores variè tradiderũt. Ego Liuio crediderim Auentinum Albanorum regem ſepultum in hoc colle, cognomen ipſi feciſſe. Iam iter ita inſtituas velim. A Ponte Fabricio, quem memoraui, breui circuitu redeas ad Senatoriũ, vbi

Marginalia: Pons S. Bartholomæi. Templi eiuſdem. Pōs Quatuor capitum. Mons Auentinus. l. 3. L1.

vbi D. Mariæ Ægyptiacæ templum eſſe dixi; pone quod alia D. Mariæ ædes colitur, Scholæ Græcæ cognomine, in qua D. Auguſtinum docuiſſe volunt. vetuſtum certè templum eſt, columnatum, ac verſicoloribus teſſellis pauimentatum: Fortunæ Primigeniæ olim ſacrum, niſi falſa Boiſſardus: qua quidem ſuſpicione ipſe aliique apud me facilè carent. Sed vulgus oſtentat ingens ibi marmor humanæ faciei ſimilitudinem referés, & neſcio qua de cauſia, *Os veritatis* appellitat: Schottus pluuias aquas in eo exceptas fuiſſe autumat. Pòſt in accliuem tumulũ Auentinus attollitur, verticéque D. Sabinæ templũ fert, à Petro quodam Illyrico Epiſcopo priuata impenſa exſtructum, & marmorum copia eleganter excultum: ab Eugenio II. Pont. Max. tum à Sixto V. & Othone Truchſeſſio Card. in meliorem faciem opere & cultu ſplendidiore refectum. Illi neſcio quàm rectè, qui principium eius penè vrbis origini exæquãt, & à Regibus (Ancóne an Seruio, ipſi dubitant) certe à Regibus conſtructum, dicatúmque Dianæ, poſtea expiatum ac conſecratũ D. Sabinæ fuiſſe ſcribunt. Fuluius, Marlianus, Lucius Faunus, vt ſileã plures, non ipſum quidem eſſe vetuſtiſſimum illud & celeberrimum Auentinæ Dianæ fanum, obtinere tamen ſitum eius exiſtimant. Dubia ergo vetuſtas: illud non dubium S. Sabinæ ædem maiorũ ætate ex potiſſimis ſacris vnam, nec procul pri-

Templũ S. Mariæ in Schola Græca.

Vid. de hoc Boiſſard. 1 p. top. Rom.

Templũ S. Sabinæ.

Boiſſard. 1. p. topog.

Dianæ Auentinæ fanũ hoc montis ſitu.

ma fuiſſe, vt oſtendit Pompeius Hugonius principio libri, quem de Stationibus vrbis Italicum conſcripſit. Propè ab hac æde S. Alexij domus eſt, paterna quōdam, in qua quoad vixit, ſub ligneis gradibus, qui exſtant, omnibus incognitus deſpectúſque latitauit; mors & genus & ſanctitatem vitæ detexit. Itaque conſecrata dedicatáque ipſi Diuo ea domus fuit, vt in qua etiam viliſſimorum ſeruitiorum cottidiana conuīcia audiret lubens, omnium poſteà hominum ſupplicationes laudéſque audiret. Hinc ad mœnia vſque campi occupāt. Quì in Tiberim Auētinus propēdet, parietū & excelſorū fornicū crebra veſtigia ſpectantur. Salinas aliqui fuiſſe ſcribūt: mihi ruderū multitudo perſuadet ampliſſimū ędificiū fuiſſe, quale ſali aſſeruando neceſſariū non erat. Itaque exiſtimo centū ac quadraginta populi Romani horrea fuiſſe; quæ in hac vrbis regione prope Tiberim ſtetiſſe multis auctoribus ſcimus. In iis autumo publicum frumentum recōdi ſolitū fuiſſe, quod florēte Imperio Romano ex Ægypto Africáque vrbi quot annis aduehebatur: atque vt aliqui computant, fuere ſexcenties centena millia modiorum. Incredibilis ſanè ſumma, ac rectè diligentiùs à doctis inſpectā, æſtimata, ac dimidio imminuta. tamē vereor ne ſic quoque multis parū ſatis ſit factum, qui noſtrorū temporum tenuitatē cum illa maximi atque opulentiſſimi imperij immenſitate æquant: certa tamē res vel

Ædes S. Alexij.

Horrea publica veteris Romæ.

Frumenti Romam importati vis ingēs. Lipſ. de magn. Rom. l. 2. c. 10.

vel hoc argumento eſt, quòd, vt ſubtiliter doctiſſimus æui noſtri Iuſtus Lipſius ſupputat, circiter quadragies centena hominum M. vnam eam vrbem incoluere. profectò huic multitudini paruus ille commeatus, & ſi vel ſexcentiès centena modiorum millia concedam, nulla copia. Seneca non fictè, quidquid terris omnibus aratum fuiſſet, in vna vrbe Roma cõſumptum ſcripſit. Itaque alios ciuium ex Etruria, Campania, Sicilia, aut vnde cuique commodum fuit, frumentum ſumpſiſſe crediderim: Ægyptiaco Africanóque, quod in horrea reponebatur, humilem atque inopem plebem publice fuiſſe paſtam: maximam eam multitudinem & quandoque amplius trecenta hominũ M. quorum plerique patres familias tantum accepere, quantum alendæ familiæ neceſſarium erat. Nec frumentũ modò & panes, qui poſterioribus temporibus etiam dari ſoliti: ſed porcina nõnumquam caro & oleum additum: dummodo frumentariam teſſeram, quæ ad id ipſum publicè dabatur, exhiberent. Hæc paucis monuiſſe ſufficiat, ſi non ab inſtituto aliena meo, certè à noſtris temporibus alieniſſima. longè & longè extra terrarum orbem exſulat eiuſmodi principum munificentia; pauci, qui augeant tenues ſubditorum reſculas, haut pauci, qui accîdant: nobis rudera horreorum peruidiſſe ſatis ſit, poſteaquã liberalitatis illius nulla veſtigia ſuperſunt. In vicinia

de magn. Rom. l. 3. c. 3.

Numerus incolentium veterem vrbẽ.

Exemplũ Romanæ munificentiæ erga pauperes.

Vincent. Contaren. libro ſing. Couarru. l. 4. var. reſol. c. 1. num. 9 & 12. Zaſi 4. p. feud.

Mõs Teſtaceus. veterum parcimoniæ monumentum exſtat : Teſtaceus mons in angulo vrbis iuxta Tiberim collocatus , altus pedes CLX. complexúſque in ambitu amplius *Doliolũ olim.* pedum duo millia. Olim, vt Ligorio placet, Doliolũ vocabatur , à doliis videlicet ſiue luteis vaſis , quæ figuli forſan in eo loco artem exercentes coniectarunt:vnde Mons potuit excreuiſſe:nam apud priſcos Romanos haut ferme alia epitrapezia in vſu,quàm illa terrea fuere:aurum argentúmque adeo non deſiderata vt deorum *ſ.3. antiq. Rom.* etiam ſimulacra lutea effinxerint. Nec verò impedio , quin Boiſſardo aſſenſus aliquis montem hunc è feralibus vrnis aggeſtum fuiſſe exiſtimet : cùm maximè *Campus circumiacens cui apud veteres [illegible]* Antonius Lafrerius interiora eius rimatus multas epitaphiis peruetuſtis inſcriptas extraxerit. Teſtaceũ hunc mõtem & Auẽtinum largus campus interiacet. Hippodromus apud veteres , & in quo Armi- *Volater. & Alci. Pulia.* luſtrũ quidam actũ fuiſſe ſcribant, nõ ſanè ex ſententia Plutarchi, qui in Auentino Armiluſtrum deſcribit locum, quo Ta- *Pyramis C. Ceſtij ſepulchrum.* tiũ vita functũ Romulus cõdiderit. Spectatur præterea in ipſis mœnibus ſaxea pyramis, vna ex omnibus antiquæ Romæ *Ceſtij duo eodem nomine fuerũ, pater ac filius, à Tacito ambo nominati l. 3. & 6. annal.* fabricis maximè incorrupta : at innatis fruticibus ſqualida. quod C.Ceſtij ſepulchrũ eſſe contra vulgarẽ opinionẽ ex ipſo epitaphio colligimus:prægrandibus enim litteris ita ſcriptum eſt : *C. Ceſtius L. F. Pob. Epulo. Pr. Tr. pl. VII.Vir Epulonũ.* ſubſcriptumque minuſculis: *Opus abſolutũ ex teſta*

teſtamento diebus CCCXXX. Arbitratu Ponti.P.F.Clamelæ hæredis & Ponti.L. Propè D. Paulli Porta eſt, quæ Trigemina olim fuit; etſi nō negarim vetuſtiſſimam illam, quâ trigemini Horatij exierunt, alibi ſitã fuiſſe. Hîc mœnia pomœriúmque linque: atque vbi velut in vrbē iturus paululũ progreſſus fueris, ad dexterã flecte; vbi in altero Auentini iugo (nam duo Mons habet) S.Sabæ Abbatis templũ conſpicitur. ibi T. Veſpaſiani ſepulchrũ, vt vulgò cenſent. Poſtea immania Thermarum Antonini Caracallæ rudera: vaſtiſſimi parietes lateritij, fornicéſq; excelſi & marmorum fruſta, quibus incruſtati muri fuiſſe videtur. Iuxta has Thermarum parietinas S. Balbinæ templum, cognomento in Asbeſton, vt Martinus polonus fabulatur, & cognominis cauſſam memorat, candelabrum ibi fuiſſe fictum è lapide Asbeſton, qui ſub dio accenſus nullâ arte potuerit reſtingui. Fides penes ipſum ſit: melioribus ego auctoribus ſcio in iſta Auentini regione DD.Praxedis & Baſilei cœmeterium: atq; vbi D. Priſcæ nunc, antea Herculis tēplũ, ibi Decij Imp. à S.P.Q.R. conditas Thermas ſtetiſſe; vt vt reclamet Pyrrhus Ligorius, & Varianas thermas potiùs, quàm Decianas, Auentino tribuat. Equidem compertum habeo Andream Fuluium, Pomponium Lætum, Sanctium & ſcriptorum plurimos à mea ſententia ſtare. Sequitur D. Gregorij ædes, in paterna

Porta S. Paulli. *Vid. And. Ful. l. 1. antiq. Rom. Boiſſard. 1. p. 1. topogr. & 2. p. c. 8.*

Templũ S. Sabæ.

Thermæ Antonini.

Templũ S Balbinæ.

S. Priſcæ vbi Thermę Decij. *Paradox. 81.*

Templũ Gregorij.

domo extructa; vbi Scauri olim Vicus. Prope Septizonium ſeu Septiſolium fuerat à L.Septimio Seuero Imp.aut inſtauratum tantùm, aut iuxta vetus à fundamentis extructum; nam duorum apud ſcriptores mentio fit:vtraque tamen parum ab ſe diſſita, aut forte in eodem ſita loco fuêre, prope viam Nouam inter Palatinum & Cælium montes. Nuper è ſeptem columnarum ſibi inuicem ſuperimpoſitis ordinibus ſeu Zonis (tot enim habuiſſe quidam volunt,atque inde Septizonij etymologiam ſtruunt) tres comparebant cum ſaxeo in ſeptem ſolaria diſcreto ædificio, vnde Septiſolij ortum nomen eſt. Marlianus autem negat alias columnas ſuperſtetiſſe. Demontioſius vnicum ordinem ſuperſtruit, vt ſuam de temporis ſymbolis eâ mole notatis diuinationem probet; & totius operis imaginem confingit.cuius, vt dixi, nuper aliqua ſpecies ſupererat, hodie prorſus nihil; quippe Sixtus V. Pontifex fatiſcens, & caſum minitans ad ſolum vſque euertit. Steterat verò inter Palatinum & Cælium montem à tergo Circi Maximi; quem in valle,quæ Palatinum Auentinumque interiacet, à Caſſiodoro Martia vel Murcia nominata,Tarquinius Priſcus cœpit, C. Cæſar ac poſt eum plures Principes ad inſaniam vſque exornârunt.Area eius, vt ſcribit Plinius, longa fuit tria ſtadia, lata vnum, capax hominum ducenties ſexa

Septizonium Seueri, de Pighi.l.1. annal. Ortel. in theſau.geograph.

l.4.top. Rom. in hoſpite Gallo 1. p.

Circus Maximus.

Vallis Murcia.

Circi Max.amplitudo.

ſexagies, vel vt Dio aliíque minuunt, centies quinquagies M. P. Victor verò apud Ligorium adeo exauget, vt quadringenta hominum millia commodè admodum ſpectare Circenſia potuiſſe affirmet. Extant extremi ambitus aliqua veſtigia & graduum ruinæ; area conſita oleribus horti formam, nullam ſuperbi illius Circi gerit. Itaque obiter inſpecto loco, & informibus ruderibus prætererire te, atque in Cælium montem velim aſcendere. Cælius ab memomorato D. Gregorij templo incipit; mox ad læuam SS. Ioannis & Paulli ædem exhibet: in qua, teſte Fuluio, viuentes habitârunt, mortui ſepulti ſunt, Diuorúmque Martyrum adſcripti numero piè coluntur. Supra fornices Hoſtiliæ Curiæ hæc ædes à Pammachio quodam patritij generis viro extructa fuiſſe narratur. Cœnobium quod adiacet, ipſum quoque ſuper rudera Hoſtilij operis: regiæ puta, quam in Cœlio, conciliandæ monti dignitatis atque frequentiæ gratiâ, Tullus Hoſtilius condidiſſe ſcitur. Hinc progreſſus mox D. Mariæ templum adſpicies, cognominatum à Nauicula, quæ è marmore affabre effičta:& fórſitã à naufrago ex voto olim dedicata, pòſt à Leone X. inſtaurata ante templum conſiſtit. Adiacent horti Matthæiorum, quod pace aliorum dixerim, longè iucundiſſimi inter Romanos; referti pulcherrimis ſtatuis & vetuſtis aliis

lib. de Circis.

MONS CAELIVS.

Vnde ita dictus tradit Tacit. l. 4. annal.

Templũ SS. Ioannis & Paulli.

Curia Hoſtilia.

Ita & Boiſſard. 1. p. 109. quamquã idem meminit etiam alteram Curiam Hoſtiliam in foro Romano.

Liu. l. 1.

Templum S. Mariæ in Nauicula.

Horti Matthæiorum eorúmq; elegantiæ deſcriptio.

monumentis. Primo in conſpectu paradromis eſt annoſis cupreſſis inumbrata: inq; eius capite quadratæ ædes marmoreis ſignis & antiquis ſubſcriptis titulis exteriùs interiùſque ornatiſſimæ. maximè placebat in aula digniſſimo loco ſita Herculis integra ſtatua; & noui operis menſa, diuerſorum colorum marmoribus ſplendidiſſimè picturata in proxima camera Cleopatræ & plurium huius æui procerum effigies pictæ aut ſculptæ; Ciceronis caput, & ſuper marmorea tabula tres recumbentes puelli, nitidiſſimis membris venuſtiſſimè inter ſe inuicem implexis. Iuxta ædes amœnum pratum hemicyclo clauſum, in cuius intimo ſinu magnum Magni Alexandri caput ex Auctini ruderibus effoſſum herus collocauit: ad latera coloſſea ſigna Paſtoris & Nymphæ. medio in prato Hiſpani ac Galli ſaxis certantium ludicra ſimulacra; vbi etiam Obeliſcum à S.P.Q.R. ad hortorum ornatum dono acceptum ſtatuit; circà quattuor lapideos Satyros adpoſuit. Iuxta pratum hoc atque ædes bina auiaria concinentium atque nidificantium volucrum gregem continent. ſubiacet lateritius murus, in quo plurimæ vetuſtæ inſcriptiones inſertæ ſunt. Quis titulos ſtatuáſq; omnes enumeret? quamcunque ingreſſus ſis viam, in capite & ad latera tabulas ſignáq; lapidea, vetera alia, alia noua conſpicies: inter ipſa adeo arbuſta lapideas, ſed viuentibus ſimillimas

feras.

feras magna cum voluptate adſpicies: alibi capram, hædos alibi luxuriantes, alibi intentum ſtare cum cane paſtorem; ceruum alibi ſimilémque aliquam feram procul velut in remoto nemore cernes. deierares ſimulacra hæc viuere & ſpirare, tanta non membrorum modò à ſculptore, ſed colorum etiam à pictore ſimilitudo indita ipſis eſt. Fontium verò & multitudo & elegantia eſt ſingularis; præcipuè oblectant ij, qui velut è rupibus aquulam guttatim effundunt. Hæc tu cùm probè peruideris, profectò fatеberis, quod principio dixi, longè iucũdiſſimos inter Romanos Matthæiorum hortos eſſe. Ferunt Cyriacum Matthæium hortorum conditorem teſtamento cauiſſe & ſanxiſſe, vt ſui hæredes annua aureorum ſex millia, ne minus, in culturam ornatúmque eorum impendant, ſecùs ſi faxint, poſſeſſione cadant; hortos Pontifex occupet. E regione D. Stephani rotunda ædes conſpicitur, Fauno Capripedi olim ſacra, quam Simplicius Papa luſtratam purgatámque Chriſtiano Protomartyri dedicauit, poſtea Nicolaus V. contracto ambitu in minorem hanc formam redegit, & tectum neſcio quà vi auulſum; auulſum certè, vt Blondus teſtatur, reſtituit. tandem Germanicum Collegium manum admouit, & longè, quam à Gregorio XIII. acceperat, illuſtriora omnia reddidit, graui, non nego, ſed laudabili vtilíque impenſa.

Legatum annuum in hortorum culturam.

Templum S. Stephani olim Fauni.

Germani Collegij ſumptibus exornatum.

ſa.depicta quippe in parietibus ſacra emblemata,& adſcripta ſingula epigrammata (quæ Schraderus vulgauit) ſimul ornant templum, ſimul ſtimulant ſpectatorem , eruditum iuxta ac rudem , ad imitandum illa Diuorum facta , quæ aut nitido carmine decantata legerit,aut coloribus expreſſa viderit. Hoc loco Martialem Campum quidam ſtatuunt , in quo cùm Tiberis ſuper ripas effuſus Martium Campum oppleſſet, Equiria celebrari ſolita fuerint;& Caſtra peregrina in culmine Cælij ab Auguſto conſtituta alij auctores ſunt.quo poſtea loco Honorius I. templum SS. quattuor Coronatorum excitarit, vbi Diuorum quàm plurima corpora condita fuere ; de quibus & aliis ad hiſtoriam huiuſce templi ſpectantibus vide ſis Pompeium Hugonium in Stat. XXVII.Vicina ei D. Clementis domus eſt,paterna olim;poſtea inter Diuos relato , ibique ſepulto conſecrata. Ceterùm pone D.Stephani fanum exſtant Claudiæ aquæ ductuum rudera quædam ; quod opus , vt narrat præter alios Plinius, C. Caligula cœpit , Claudius Cæſar abſoluit , impenſis L X. millibus talentorum, teſte Fuluio;at Schottus quingenta modò & ſexaginta numerat ; Plinius ſeſtertia quingenta L V.millia.Claudiæ aquæ partem poſtea Ant.Caracalla in Capitolium deriuauit; poſtque eum Hadrianus I. veteres ductus vi temporis corruptos inſtaurauit , vt auctor eſt Bibliothecarius. Late

Campus Martialis.
Caſtra peregrina.
Templum IV.coronatorum.
Ædes S. Clementis.
Claudiæ aquæductuum reliquiæ.
l.36.c.15.
Frontin.
Sueton.

Lateranenſe deinde celebratiſſimum Xenodochium: & propinqua ei eſt Baſilica Lateranenſis, à Lateranis nobiliſſima gente, cuius ibi ædes fuére, cognominata, quam teſtibus Damaſo & Beda, primam omnium Magnus Conſtantinus Chriſto Deo Diuíſque Ioanni Baptiſtæ & Ioanni Apoſtolo dedicauit; addidítque donaria inæſtimabilis pretij; lucernas auro & argento ſolidas, in quibus nardinum piſticum oleum nutriret æternum ignem, vtque comparando huic tam pretioſo pabulo ſufficerent ſumptus, agri Latini Campaníque partem Eccleſiæ Lateranenſi donum dedit. Ornamenta templi & ſacram ſupellectilem, ſtatuas nimirum, calices, patinas, cantharos, aliaque id genus vaſa aurea & argentea, quæcumque huic ædi pientiſſimus Imperator largitus eſt, vetus quidam de munificentia Conſtantini ſcriptus & inſcriptus liber ſigillatim enumerat, habita ponderis eorum exacta ratione; pendebant autem, vt ego computaui, auri puriſſimi pondo MLXXXXV. argenti puti pondo MDCLXXXV. Ceterùm templi Lateranenſis facies hodie talis eſt. Tectum eius vermiculatis emblematis ĩnauratíſque laquearibus fulgidum: quà veró principali aræ incumbit, arcuatum eſt & Diuorum imaginibus pictum, quas inter meritò ſpectanda Chriſti effigies, quoniam omnium prima Romæ publicata fuit; atque ab incendio, quo

Xenodochium Lateranenſe.
S. Ioannis Lateranenſis Baſilica de qua D. Hieronym. in Fabiola, *Baſilica, ait quondam Laterani, qui Cæſariano truncatus eſt gladio.* *Damaſ. in Siluestro. Beda de ſex ætat. mundi.*
Conſtãtini Imp. dona in hoc templum collata.
Ornamẽta templi Lateranenſis.
Chriſti imago prima Romæ publicè ſpectata.

quo cetera non ſemel arſere, intacta permanſit. Tectum quadruplex columnarum ſeries ſuſtentat, quas Conſtantinum ipſum ſubdidiſſe arbitror: cetera ornamenta ſatis ſcio non ita pridem Romanos Pontifices addidiſſe. Martinus V. cuius in medio templo ſepulchrum ſimulacrúmque viſitur, Baſilicam vetuſtate atque incendio deformatam pictura & teſſellato pauimento illuſtrauit; cui operi, quia Martinus non omnino perfecit, Eugenius IV. extremam addi manum curauit. inde alij Pontifices fulgentia auro laquearia impoſuerunt. Monumenta, quæ hîc ſpectanda, in primis illuſtria ſunt Laurentij Vallæ, Martini V. quem diximus, & Silueſtri II. Pont. Max. Hic aſtronomicas diſciplinas adeo calluit, vt imperitæ talium plebeculæ in ſuſpicionem de Magicis præſtigiis occultíſque cum dæmone commerciis venerit; exorti ſunt poſtea quidam, vt Suetonij vtar verbo, monſtroſi ſcriptis, qui id & plura fando audita rerum geſtarum monumentis inſeruere, ſiue incuria, ſiue inuidia & odio Pontificiæ maieſtatis. Panuinium vide præter cæteros, qui confictam in innocentem Pontificem fabulam ſatis ſupérque confutarunt. Iam ſacræ opes, quæ Lateranenſe intra templum ſeruantur, pæne innumeræ ſunt. ex quibus paucas tantùm dabo. In marmoreo tabernaculo, quod ſupra D. Magdalenæ aram erectum vides, caput Zachariæ ſacerdotis ac Pancratij,

Silueſtri II. Pont. innocentia aſſerta.

Recenſitę SS. reliquiæ in Baſilica Lateranenſi.

cratij Martyris colitur; de quo ferunt totos tres dies ſanguinem ſtillaſſe, cùm ab hæreticis templum eſſet exuſtum. Calix præterea D. Ioannis Apoſtoli, è quo venenum illæſus hauſit;& catena,qua vinctus Romam deductus fuit,& tunica,quæ tribus mortuis impoſita extemplo reſtituit vitam. induſiolum, quod DEIpara virgo filio ſuo texuiſſe fertur;& linteum, quo Chriſtus diſcipulorum lotos pedes ſiccauit; arundo inſuper, qua capiti eius ſpinea corona impacta eſt; & purpura, qua amictum Pilatus Iudæis exhibuit; & ſpongia, quam aceto repletam ſitienti carnifices porrexerunt. aquæ etiam mixtæ cruore aliquantulum, quæ è ſacratiſſimo eius latere, cùm id Centurio lancea hauſit, effluxit; collecta, vt mea fert opinio,à Virgine matre,quam Metaphraſtes *ad 15. Auguſti.* veterum ſcriptorum auctoritate probat, ſtillantem de filij latere aquam ſanguinémque piè iuxtà ac reuerenter excepiſſe.Monſtratur adhæc linteum,quo vultus Chriſti, cùm in ſepulchrum conderetur, obtectus:alterum, quo ſummum ſupplicium heû ob noſtra crimina perpetiens fuit velatus. Veſtium D. Virginis & capillorum;ſanguinis item à Ioanne Baptiſta profuſi, & cilicij camelorum pilis hiſpidi pars.humerus S.Laurentij & Protomartyris Stephani tunica cruore tincta laceratáque lapidum ictibus; adhæc dens D.Petri,cuius caput cum capite D. Paulli plane incorruptum ſupra medium altare

S.Petri caput & vultus figura. *l.2.c.37.*

in marmorea ædicula ferreis inauratis cancellis clauſa aſſeruatur; haut ſanè diſſimile formæ & oris lineamentorũ, quæ nobis Nicephorus deſcripſit: faciem videlicet ſubpallidã & albam admodum, capillos & capitis & barbæ criſpos ac denſos, ſed non admodum prominentes, oculos nigros & velut ſanguine reſperſos, ab aſſiduo nimirum ploratu; ſupercilia propè euulſa, naſum autem longiorem quidem illum, non tamen deſinentem in acumen, ſed preſſum ſimúmque magis; in capite caluitium. quod habere Petrum Clemens in Periodis ſcripſit. Paulli caput, vt ab eodem Nicephoro deſcribitur, modicum, facies candida, annóſque plures præſeferens, ſupercilia deorſum vergentia, naſus pulchrè inflexus idémque longior, barba denſior & ſatis promiſſa, eaque non minus, quam capitis coma, canis reſperſa. Ædiculæ, intra quam bina hæc Eccleſiæ columnarum capita recluſa, aduerſum eſt Muſicum Organum, & magnitudine & pulchritudine inter pauca conſpiciendum. E regione ad altare IV. æreæ auro ſuperfuſæ, pari forma & ſtriis æqualibus Corinthiis capitulis excultæ columnæ ſpectantur, altæ pedes circiter duodenos: ſi plurium ſermoni danda fides eſt, è nauium roſtris, quæ captiuis nauibus detracta cõflatáque ab Auguſto Cæſ. ſunt, efformatæ fuerunt. In hoc altari ſeruatur lignea quadrata ferme æquilatera menſa, nigricans vetuſtate, ſuper qua Paſcha

ap. D. Hieron. epiſt. ad Gal. 1. Caput Apoſtoli Paulli, oríſque ſpecies.

Menſa Paſchali cœna celebris.

Paſchalem agnum cum diſcipulis Chriſtus ſumpſit, & ſacratiſſimum ſuum corpus ipſis ac nobis porrò omnibus in eſcam dedit. Serranus addit ſeruari ſub eodem altari Fœderis arcam cum geminis Teſtamenti tabulis,& virgis Moſis atque Aaron;quę aliaque Iudęorum ſacra Titus Veſpaſianus Hieroſolymorum euerſor tranſtulit Romam. Exſtat inſuper ligneũ altare, quo Petrus Apoſtolus ad Sacrificia vſus fuit; manétque religio,vt ſuper eo præter Summum Pontificem ſacrificet nemo Proximè principalem templi portam marmorea tabula muro inſerta eſt; depictæ in ea teſſeræ indicant infami militum de Chriſti veſtimentis ſortientium luſui ſeruiiſſe. E regione marmoreis columnis innixum ſaxum vulgò ab omnibus ſubitur. ſtaturæ Chriſti creditur illa menſura eſſe, idcirco gaudet experiri quiſque,quàm ſua ad illam proximè accedat:ſed nimirum deluſi omnes abeunt, nec fuit vnquam aliquis,qui illam menſuram iuſtè expleret. Expertus ipſe vt fueris, hoſpes, tum è templo in ſacella exi,quæ aliquot,velut appendices magni templi, adiacent. Inprimis Conſtantini Magni baptiſterium, circularis figuræ,porphyretici, colũnis circumcinctũ, plumbeis à Leone D. tectum laminis. inſcriptio in fronte hæc legitur:

lib. de 7. Eccleſ. vrbis.

Baptiſterium Conſtantini Magni.

In hoc ipſum Imp. baptizatum fuiſſe auctores Baron. an. 324. n. 55. Serra de 7. Eccleſ. Couar. l. 4. Var. c. 16. n. 1.

Inſons eſſe volens iſto mundare lauacro,
Seu patrio premeris crimine,ſeu proprio.

Fuere autem cetera quidẽ porphyretica: vas,

vas,quod aquam continebat, argento ſolidum,pondo M M M. V I I I inque medio eius è porphyrite ſculpta columna ſurgebat auream lampadem L. pondo ferens,cui in vicem olei balſamum infundebatur; poſiti circùm ſeptem argentei ceruí erant, aquam fundentes, quorum quiſque pondo L X X X. pendebat: aureus inſuper agnus pondo X X X. & argenteum Chriſti ſimulacrum C L X X. pondo. Ioannis Baptiſtæ ſtatua item argentea pondo C. thymiamaterium ex puro puto auro duabus & quadraginta pretioſiſſimis gemmis redimitum pondo X. Hęc quò rapta,aut in quos vſus verſa fuerint,equidem ignoro. porphyreticæ modò columnæ, quas baptiſterio circumdederat Conſtantinus,ſuperſunt:aliaque inſuper lapidis eiuſdem æreum galli ſigillum geſtans columella, neſcio vnde in hunc locum illata. Sed Hugonius columnas illas ex porphyro longè poſt Conſtantini tempora Sixtum I I I. Pont. Max. erexiſſe ſcribit:nec diffitetur verò Magnũ Conſtantinum locaſſe eas ſculpendas, vt baptiſterium iuxta ſtatuerentur. Alterum D. Ioannis Baptiſtæ Sacellum eſt, ab Hilario Pont. Max. conditum ac dedicatum, in quod feminas ingredi nefas, vt audio; luere ſcilicet hac pœna debent femineum ſcelus (Herodiadis inquam) in D. Baptiſtam admiſſum. volunt aliqui Magni Conſtantini id cubiculum * fuiſſe. Tertia ipſa quoque Baptiſterio,quod dixi contigua

Vid. tom. 1. Concil. in Silueſtro.

Stat. 5.

Sacellum S. Ioannis Baptiſtæ.

* *Cubiculi nomine ſacellum intelligi dicã poſtea.*

gua ædicula, inſignis vetuſtatis nuper refecta magnifice admodum fuit. Quartam S. Venantij indigitant, venerabilem ipſius multorúmque prætere a Diuorum cineribus; nec minùs DEI paræ effigie, cuius cultum innumeris muneribus DEVS compenſauit. Iam in templi atrio tres marmoreæ portę ſpectantur, Pilati quondam in ædibus conſtitutæ, per quas Chriſtus ad Pilatum, vt aiunt, fuit introductus. Nec longè ab his duæ porphyreticæ ſedes aberant, vbi recens creatus Pontifex, vt ſexus ſui periculum fieret, pati debebat. Ita vulgò credita celebratáque res, & rei etiam prætexta cauſſa Ioannis Angli ſub occultato ſexu admiſſum facinus; noſtróque æuo cateruæ hominum ſunt, quibus grauis Pontificia maieſtas eſt, qui hiſtoriam hanc pro vtique certa firment. Quàm vero incerta ſit ac falſa: non ita pridem Georgius Schererus è Societate IESV eleganti edito opuſculo clariſſimè demonſtrauit; demonſtrauit idipſum hoc maior Onuphrius Panuinius in Notis ad Platinam, Robertus Bellarminus lib. III. de ſum Pont. c. vlt. Simon Maiolus dierum canicularium ſcriptor colloq. II. &, quem Schottus citat, Florimundus Rę mundus, & quem nuperrimè legi, Laurentius Albertus libro ſingulari, itémque D. Heruartus in Mantiſſa Bzouiana. Porrò inter Lateranenſis templi appendices colloco quoque Sacellum D. Laurentij à Nicolao III. ſacratum. *Sancta Sanctorum* vulgò

Sacellum D. Venãtij.

Exactè de his Serran. in Lateran. Baſil. deſcript.

Calumnia de Ioanna Anglica Papiſſa.

Sancta Sanctorum.

vulgò appellant, nomine theſaurum ibi reconditum indicante. Inter alia Chriſti effigies colitur à D. Luca delineata, ab Angelo perfecta, poſt fortè à Pontificum aliquo cælata auro gemmíſque. Ea quotannis, vt narrat Fuluius, ſolenni ac velut triumphali pompa ſub veſperum, XIV. Auguſti menſis die, ad S. Mariæ Maioris ædem geſtatur, poſteráque luce eadem cum celebritate in Lateranum refertur: quo die rei noxæ capitalis quattuordecim carcere ac ſupplicio liberantur. Quam ego circumlationem pro quadam luſtratione habeo: proditum enim memoriæ eſt Arcum Latonæ & S. Luciæ ædem cognomento in Silice, cùm ille malis ſpiritibus, hæc à baſiliſco in ſubterranea ſpecu latitante infeſtaretur, ea ratione fuiſſe liberata. Cæterùm ad Sancta Sanctorum marmorea Scala ducitur duo de triginta graduum: ipſa quoque Hieroſolymis aducta, cùm ad Pilati ædes fuiſſet, per quam tractus Chriſtus, quamque ſanguine è vulneribus rorante imbuiſſe creditur. Cernere adhuc guttas aliquot licet ſub ferrea crate. itaque pedibus calcare locum nefas: genibus nixi reptant per gradus, conceſsáſque à Pontificibus Indulgentias merent. Hæc ſunt, quæ de Lateranenſi templo templíque appendicibus ſcire te volui, lector. Iuxtà Pontificiæ ædes ſunt, Sixti V. opus, dignum cæteris, quibus vrbem pulcherrimè exornauit. Idem Pontifex Obeliſcum pro

De qua multa Iconomachis noſtris audienda Serran. l. de 7. Eccl.

Vid. Fulu. l. 2. ant. Rom. c. de Eſquil. Bibliothec. & Pandulph. Oſtiar. in Leone IV. Hugon. ſtat. 5.

Scala Sācta.

Palatium Lateranenſe.

Lateranenſi Baſilica erexit, Hieroglyphicis notis, id eſt, vt Apuleij vtar verbis, *partim figuris animalium, partim nodoſis & in modum rotæ tortuoſis capreolatimque condenſis apicibus* inſignitum; altum, vt menſus eſt Michaël Mercatus, palmos CXLIV. aut pedes circiter CXV. qua in dimenſione altitudo baſis non continetur. Exciderat eum ante annos ter mille Ramiſes Ægypti Rex; ex Ægypto Conſtantinus magnus Alexandriam deuexerat; Alexandria Romam tranſtulerat Conſtantius eius filius, vt refert Ammianus & indicat inſculptus titulus, oneraria ingenti naui, quæ trecentorum hominum remigio agebatur. quos Imperatores æmulatus Sixtus V. laudatiſſimus Pontifex viginti abhinc annis Obeliſcum inter Circi Maximi rudera ſepultum repperit, effoſsúmque & inde auulſum in Lateranenſem aream tranſtulit.

Obeliſcus Lateranenſis.

c.42. & in append. conſil.'5. vid. Roccha in append bibl. Vatic. c. 1. Vid. Boiſſard. 2. p. top. Rom. c. 63. l. 17.

Idem Xyſtum, vt vocant, ſeu elegantiſſimam illam porticum duplici contignatione euectam, quam foro imminentem vides, adſtruxit, vt Summi Pontifices ex conſpicuo loco conſpicui ipſi populo benedicerent. Porrò à Lateranenſi templo breuis rectáque via ad vrbis vſque mœnia ducit, atque ad S. Crucis ædem, inter ſeptem principes Romanæ vrbis ipſam quoque connumeratam, cognominatámque in Hieruſalem; quam Magnus Conſtantinus iuxta Veneris & Cupidinis fanum in Atrio Seſſoriano conſtru

Xyſtus Lateranenſis Sixti V. opus.

Templum S. Crucis in Hieruſalem.

Beda & Damaſus in Silueſtro.

conſtruxit: poſtmodum vetuſtate fatiſcentem alij atque alij inſtaurarunt. Et huic ſuæ opes ſunt: corpora SS. Anaſtaſij & Cæſarei ſubter ſummum altare in Lydij marmoris ſepulchro locata; quibus adnumerent licet Benedicti VII. Pont. Max. oſſa propè ſita. Vaſculum adhæc ſanguinem è ſacratiſſimis Chriſti vulneribus exceptum ſeruans: gemini de ſpinea corona aculei: de Cruce tria fruſtula: de clauis, quîs Cruci Chriſtus affixus, vnus cuſpide carens, M. Conſtantini in caſſide aduerſus hoſtes præſidium, à Iacobo Boſio deſcriptus depictúſque luculenter. Hîc me numerando reliqua executurum interrumpit hoſpes, &, O bone quot tu mihi clauos cudis, inquit; Venetiis vnum indicaueras, Senis alterum, hîc tertium: Mediolani quoque illum, qui Conſtantini fræno, teſtibus Eccleſiaſticis ſcriptoribus, inſertus fuerat, in maiore Baſilica ſeruari Iacobus Philippus Bergomenſis auctor eſt. quin & aliis quibuſdam in locis alios haberi fando audiui: & auctor eſt grauis Gregorius Turonenſis vnum ex ipſis illis, quibus Chriſtus crucifixus, ab Helena Conſtantini matre in Hadriaticum mare naufragium vectoribus minitans demerſum, móxque recepto ſacro pignore placidas vndas conquieuiſſe: at enim non niſi tribus, aut ſummûm quattuor * clauis totidem noſtri Seruatoris membra confixa & affixa Cruci fuiſſe conſtat. Ligni deinde ſalutiferi

partes

SS. reliquiarũ in hoc tẽplo catalogus.

Clauorũ per Chriſti mẽbra impactorum numerus.

l. 1. de triumph. Cruce c. 15. Curti. de clau. Dom. cap. 7.

Socrat. Eccl. hiſt. l. 1. c. 13. Sozom. l. 2. c. 1. Niceph. l. 8. c. 29. Theodoret. l. 1. c. 18. Rufin. l. 2. c. 8. Ambr. in Orat. fun. Theodoſ. Imp.

Bergom. in ſupplem. Chron. l. 9.

Greg. Turon. de glo. Mart. l. 1. c. 6.

** ita Curti. de clau. Dom. c. 4.*

partes & fruſtula, quæ paſſim monſtrantur, tot ac tanta ſunt, vt quod Caluinus luſit, iis portandis vix triceni baiuli futuri ſint. Tum ego: ſcrupulus, inquam, iſte pridem alios quoque pupugit, quem eximere iis tibíque huius loci & inſtituti mei non eſt: ſuadeo tamen Gretſerum adeas, virum noſtræ tempeſtatis & prouinciæ doctiſſimum, qui dubitationem de clauorum multitudine omnem ex animo præclarè euellet; & cogites, quod D. Ambroſius docuit, fidem purgare facinus, cùm nemo fidelium ferrum colat, ſed Chriſti potiùs paſſionẽ veneretur & adoret in ferro. Geneuenſi illi impoſtori fruſtulorum S. Crucis copiam ridenti iam olim DD. Cyrillus ac Paullinus reſpondere, quorum verba digna profectò ſunt, quæ iterum audiantur: *Lignum Crucis*, inquit Cyrillus, *Chriſtum teſtatur ad hodiernum diem apud nos apparens, & apud eos, qui ſecundum fidem ex illo hinc capientes vniuerſum orbem ferè iam replerunt.* Idem Catech. 13. *Ex hoc*, ait, *loco per particulas ſparſum eſt per vniuerſum orbem.* Et Catech. 4. *Ligno Crucis vniuerſus terrarum orbis per partes repletus eſt.* Paullinus Chriſtianis, quicunque Hieroſolymam veniſſent, ídque ab Epiſcopo flagitaſſent, fruſtulum Dominicæ Crucis concedi ſolitum, neque eo ipſam imminutam fuiſſe teſtatur, *quæ* (verba ipſius ſunt) *operante diuina virtute, iugi miraculo in materia inſenſata vim vi-*

Crucis Chriſti reliquiæ vnde tantæ:

l. de Cruc. c. 20. & 81. & Curti. de Clau. Dom. c. 6. & 8.

Catechs. 10. Vid. cit. Gretſer. l. 1. de Cru. c. 66. Baron. an. 326. n. 50. & in Martyrolog. 3. Maij. epiſt. 11.

uam tenens, ita ex illo tempore innumeris penè quotidie hominum votis lignum ſuum commodat; vt detrimentum non ſentiat, & quaſi intacta permaneat, quotidie diuiduam ſumentibus, & ſemper totam venerantibus: ſed iſtam imputribilem virtutem & indetribilem ſoliditatem de illius profectò carnis ſanguine bibit, quæ paſſa mortem non vidit corruptionem. Deſinant ergo ſacrarum rerum oſores noſtri calumniari & mirari, quomodo tot in loca Crux Chriſti fuerit diuiſa. Tibi, pie hóſpes, quæ alia in hoc templo colas, aperio: in primis D. Thomæ Apoſtoli digitum; tum & partem tabellæ ligneæ, in qua Pilatus titulum Crucis trium potiſſimorum idiomatum litteris exarauit: D. Helena auro gemmiſque excultam in hac æde repoſuit. ad hæc nummum argenteum è triginta, qui Chriſti pretium fuere. Quibus nominibus venerandum haut mediocriter hoc templum eſt, non item magnificentiæ elegantiæque cauſſa ſuſpiciendum. Fuiſſe attamen ipſum quoque inſignibus ornamentis aliquando ſpectabile, licet à conditore Conſtantino coniecturam nón petam, religioſiſſmo Principe, quem eximiis donatiis locupletaſſe hanc ædem præter cæteros. Baronius ſcribit: reliquiæ marmorum in pauimento exſtantes, & quæ ſuperſunt, viceæ columnæ argumento ſunt. Me, hoſpes,

Tēpli cōditor Cōſtantinus M.
an. 324. *n.* 106. *Hugen. ſtat.* 6.

hoſpes, ſi ſequeris, deſcendimus in Sacellum, quod D. Helena Imperatrix exſtruxit; conſecrauit Siluelter ceteríque deinceps Pontifices Maximi ſacris opibus & Indulgentiis ditârunt; nec ita pridem Albertus Auſtriæ Archidux parietes illuſtrauit. Teſtudinem veteris picturæ genere, quod *Moſaicum* vocant, ipſa, vt exiſtimo, Imperatrix Helena exornauit; ipſa, vt fama eſt, atteſtantúrque fictilibus tabellis inſcripti longiſſimi verſus, deuectam è Caluariæ monte terram, quæ ſacratiſſimum Chriſti ſanguinem biberat, huc intulit, & pauimento ſubſtrauit. Quæ, ni me fallit opinio, cauſſa eſt, vt mulieres ingredi Sacellum hoc prohibeantur, præterquam die tertio decimo Kal. Aprilis, qui dies dedicationis eius anniuerſarius eſt. Moneo, ſcriptores ſunt, qui Auguſtæ hoc Cubiculum fuiſſe tradiderint; ſcilicet ex more ſui temporis, quo cubicula Sacella, & Cubicularij dicebantur, quos Capellanos nominamus. falſi itaque, qui Latiũ illud vetus cogitantes atque à cubando cubiculum deriuantes. Helenam cubantẽ inibi nocturnam quietem cepiſſe exiſtimant. E regione alterum colitur Sacellum, D. Gregorio ſacrum. At in monaſterij horto inter mœnia vrbis exſtant rudera Amphitheatri cuiuſdam, quod forma ſatis indicat: nec verò ſatis declarant auctores, Caſtrenſe ne id amphitheatrũ fuerit, an diuerſum à Caſtrenſi, quod Taurus

Gretſer. de Cruce c. 68.

Matris Helenæ ſacellum.

Baron. in Martyrolog. ad 11. Iun.

Sacellum D. Gregorij.

Amphitheatrum Caſtrẽſe.

Blond. *Fulu.* *Mar.* non Statilianum.

Statilius vrbis ſub Auguſto præfectus in Eſquilina regione à multis ſcribitur cõſtruxiſſe; minimè ex mente Dionis, cuius libro quinquageſimo primo iſta ſunt: *Statilius Taurus in Campo Martio theatrũ* (amphitheatrum habent libri veteres, teſte Ligorio) *quoddam venatorium lapideum, & ſtruxit ſuis impenſis & dedicauit*: minimè etiam ex mente P. Victoris,

lib. de Circis.

qui Tauri Statilij amphitheatrum in regione Circi Flaminij ponit. Itaque hoc malim Caſtrenſe vocari, conditorémque eius Tiberium: cuius opus Caſtra quoque fuere, Tacito atque aliis teſtibus. Porrò inſiſte viæ illi, quæ hinc ad S. Mariæ Maioris ædẽ recta ducit per dorſum Eſquiliarum: nam & S. Crucis templum in Eſquiliarum cliuo ſitum eſt. vbi paullum

Porta Maior.

proceſſeris, Porta Maior dextra erit: quæ olim fortè Næuia fuit, nam contrà tendunt alij, & aquæductum hunc Claudiæ aquæ primùm à Claudio Cæſare introductæ in vrbem, reſtitutæ poſtea à Veſpaſianis, patre filióque fuiſſe volunt. quibus ſuffragatur inſcriptio, quę cubitalium litterarum interiùs exteriúſque legitur: ſuffragantur crebri illi arcus, qui à Porta

Claudiæ aquæ ductus.

Maiori Cælium verſùs montem longè producti ex omnium ſcriptorum ſentẽtia Claudiam aquam vexere. Sunt auctores, quibus videtur Portã hanc in Arcu triũphali eſſe excitatam; neque abſimilis ædificij ſpecies eſt, ex immanibus Tiburtinis ſaxis ad Corinthiæ Ruſticæ architecturæ

tecturæ regulas exſtructi: aliis ſimilius veri ſit Portam Labicanam aut Præneſtinam fuiſſe, ita dictam, quòd ab ea alia in Labicanos agros, aliam Præneſtinos via mitteret. Biuium, vt vides; & aliud ſcriptores faciunt, quorum in re obſcura quidam huc, quidam illuc trahunt. nos, quia immorari in re ambigua nihil iuuat, neutris ducibus vtemur. ad D. Iuliani quadriuio imminens ſacellum tranſeamus: vbi aliquando Marij Trophæa conſtiterant, quæ nunc in Capitolio fixa ſpectantur, vt monebo, cùm eò peruentum fuerit. Interim ſcias velim ſemiſphæricum ædificium, quod hinc atque inde alarum inſtar ſemirutos arcus habere vides, Caſtellum aut Marciæ aut Iuliæ aquæ fuiſſe. Obuia deinde S. Euſebij ædes erit: & paruo ab hac interuallo altera S. Viti. vbi lapis colitur ferreis cancellis ſeptus; publica enim & antiquitus accepta opinio eſt plurimos ſuper eo mactatos Martyres, corporáque defoſſa eodem loco fuiſſe. Medium inter vtramque ædem Fuluius macellum conſtituit, in quo Gordiani operis nonnulla ſigna; quod opus quale fuerit, in controuerſo eſt. Iulius Capitolinus refert ſua ætate ſtetiſſe in hoc loco Gordiani Villam ducentis columnis ſuffultam. huius ergo reliquias eſſe, quæ in macello conſpiciuntur, aliqui cenſent: alij thermarum Gordiani parietinas exiſtimant, non probati Fuluio, quod extra promœriũ Spar-

S. Iuliani Sacellum, vbi trophæa Maij.

Caſtellũ aquæ Marciæ.

Ædes S. Euſebij. S. Viti.

Villa Gordiani: aut thermæ:

ant. Rom. l. 2.

aut arcus triũphalis. Agger Tarquinij. 1. p. topog. Rom.

tianus idémque Capitolinus eas locent: quare coniectat ipſe Arcum triumphalem fuiſſe;eius nāq; ab auctoribus métio fit in hac vrbis regione & in aggere Tarquinij,quem hoc loco fuiſſe volunt. Boiſſardus atque alij euersũ Gordiani arcum è materie eius Cancellariã, quã vocant, & S.Gregorij in Damaſo tẽplum conſtructa fuiſſe ſcribunt. Schottus quoq;Pomponiũ Lætum,Marlianũ atq; alios ſecutus, prope S.Viti tẽplũ ſupra Tiburtinã viã, quæ quõdam Eſquilias media diuidebat,Arcũ Gallieni locat, & macellũ Liuianũ. Moneo ego Viminalẽ eum collem eſſe qui ad læuã eminet ; cui ſuppoſitus Campus ab ipſo Viminalis appellatus, à Romanis vulgò Viuarium, quòd olim ibi feræ alerentur. Neque verò neſcius ſum alios atque inprimis Boiſſardum alibi loci Viuariũ hoc collocare:ſed Fuluium ego,quem ſequerer, potiorem duxi. Viminali campo reſpondet ad dexteram alius, Eſquilinus nominatus,à priſcis Foculus, quòd ciuiũ ibi cadauera exurerentur. Auguſtus impatiens fœtoris, quo idemtidem vrbs afflabatur, Mæcenati locum conceſſit, qui amœniſſimos ibi hortos fecit,& ſideream illam turrim * in ſummo Eſquiliarum vertice, quem hodie Montem ſuper aggere appellitant, quia Tarquinij ſub eo agger fuerat Hinc ad dexterã flecte iter: S.Antonij primùm templum : inde Baſilicam D.Mariæ Maioris attinges. Nota etiam in vulgus res eſt Ioannem Patri-

Arcus Gallieni. Macellũ Liuianũ, quod & Libyæ Campus Viminalis. Viuariũ.

Eſquilinus. Turris Mæcenatis.

* *Horatius vocat molẽ propinquam nubibus arduis.*

Templũ S. Antonij. Baſilica S.Mariæ

ciuim

cium Romanum, quia è ſterili coniugio proles nulla erat, opes vniuerſas templi fabricæ deſtinàſſe, agitantémque ſubinde animo ſecum, quo loco id condi præſtaret, diuinitus in ſomno doctum fuiſſe, vt qui poſtridie niuibus obtectus in vrbe locus foret, in eo templum excitaret. Auguſtus tunc menſis erat: itaque dubitans adeò alieno anni tempore ſignum illud reperiri poſſe, ac pænè pro vano ſomnium habens, tamen Liberium Pontificem adit, rem edocet. Pontifex congratulans profectò ait ipſum illud ſibi quoque ſomnium fuiſſe. Eunt alacres, & Eſquiliarum eam aream, in qua poſtea templum locauere, niuibus coopertam reperiunt. Ex hac cauſſa condita ædes fuit, quæ Liberij initio, poſtea & Sixtiana baſilica appellata fuit ab inſtauratore Pontifice: *fecit enim Sixtus ſucceſſor Cæleſtini* (verba ſunt Papæ Hadriani) *baſilicam S. DEI genitricis Mariæ cognomento Maiorem, quæ & apud Præſepe dicitur; ſimili modo & ipſe tam in metallis aureis; quàm in diuerſis hiſtoriis, ſacris decorauit imaginibus.* Iſtas ipſas eſſe hiſtorias, quæ muſiuo opere concinnatæ adhuc ſpectabiles ſint, teſtatur Baronius: idcirco ſupra maiorem arcum inſcripta fuiſſe, *Sixtus Plebi DEI.* Cognominata fuit eadem baſilica, vt ex Hadriano audiuimus, *apud Præſepe*; extat namque ibi pars præſepis, in quo Chriſtus virgineo vtero egreſſus primùm

Maioris.

Prater innumeros Io. Bonif. hiſt. Virg. l. 2. c. 1. & 6. F. Sanctius ſtat. 8.

in epiſt. ad Carolum Mag. Imp.

in Martyrolog. ad 5. Auguſt.

Bonifac. hiſt. Virg. l. 2. c. 1.

Sacellum Sixti V.

mùm recubuit : ſeruatûrque in laterali Sacello, quod Sixtus V. vt cetera, ſplendidiſſimè conſtruxit, operuit pulcherrimo tholo, picturis marmoribúſque elegantiſſimè veſtiit, hinc ſuo, inde Pij V. iconico ſimulacro, & rebus geſtis Pario marmore expreſſis. Geminum huic è regione Paullus V. erigit.

ex aduerſo Paulli V.

Templi ipſiuſmet tria præ ceteris memoranda altaria videntur: Summum, ſub quo D. Matthiæ Apoſtoli oſſa; alterum ad dexteram columnatum, plurium Diuorum à Serrano nominatorum oſſa ſeruans: tertium item ornatum columnis, ferentibus notam illam DEIparæ effigiē, qualem S. Lucam pinxiſſe ſcribit Nicephorus, deſcribítque Virginis formam iis coloribus, vt iconicam eſſe imaginem de facili agnoſcere queat, quiſquis pictoris opus cum ſcriptoris verbis contulerit. Interim dum ſpectatum admittimur, hoſpiti Nicephorum legendum do. *Fuit*, inquit, *Maria colore triticum referente capillo flauo, oculis acribus, ſubflauas & tanquam olea colore pupillas in eis habens. ſupercilia ei erant inflexa, ac decenter nigra. naſus longior, labia florida. facies non rotunda, aut acuta, ſed aliquanto longior. Manus ſimul ac digiti longiores.*

circa fin. libri de 7. vrb. Eccleſ.

Imago D. Mariæ à S. Luca picta.

l. 2. c. 23. l. 14. c. 2. & l. 15. c. 14.

Forma D. Virginis Mariæ.

Præter ſacras opes, quæ in hac Mariana baſilica ſpectandæ; prætérque Diuorum oſſa, quæ veneranda, offerent ſe noſtris obtutibus, dum templum ſedulò perluſtramus, multa paſſim eáque illuſtria monumen

menta: in primis conditoris Ioannis Patricij; Franciſci Toleti è Societate IESV, ob eruditionem vitæque ſanctitatem in purpuratos Patres adlecti; Platinæ Romanorum Pontificum biographi Honorij III & Nicolai IV. PP. Vt taceam alios, D. Hieronymi cineres ſilens præterire non poſſum: nec prætereas, hoſpes, quin venereris. Templum vniuerſim Ionicis fultum columnis; micant auro & vermiculatis emblematis laquearia; humus lithoſtroto; parietes picturis ornati. Longũ eſt pedes CCCXII. latum CXII. Pro templo latè patens area; inque ea celſus ſtat Obeliſcus, alter ex iis; qui ad Mauſoleum Auguſti fuerant collocati. vnde concepta inſcriptio in hunc modum: *Sixtus V. Pont. Max. Obeliſcum Ægypto aduectum Auguſto in eius Mauſoleo dicatum, euerſum deinde & in plures confractum partes, in via ad S. Rochum iacentem, in priſtinam faciem reſtitutum ſalutiferæ Cruci felicius hic erigi iuſſit. Anno MDLXXXVII. Pont. III.* Infimo deinde ſitu ad radices Viminalis montis Patricius Vicus; inque iſto Nouatianæ thermę fuerunt. Quo loco Pius eius nominis primus Pont. S. Pudentianæ templum extruxit. Ipſa quippe cum D. ſorore Praxede SS. Martyrum corpora non minori diligentiâ, quàm periculo conquiſita, vt ne ſepulturæ honore carerent, ibi defoderat & cruorem ſpongiis exceptum expreſſerat in puteum; qui hodiéque in tē-

D Hieronymi ſepulchrũ.

Obeliſcus ad S. Mariæ Maioris.

Vicus Patricius.

Thermæ Nouitianæ.

Templũ S. Pudentianæ.

Puteus cruore Martyrum natans.

Cliuus Suburanus.

Templũ S. Praxedis.

plo viſitur ferreâ crate obtectus. Viſitur alius quoque rotundo lapide clauſus, in quem SS. Corpora immiſerat. quot illa numero? nemo, quod ſciam, numerum exactè tradit: plurimi tamen ad millia aliquot extendunt. Geminum huic in Eſquilino aut Suburano cliuo ſoror Praxedes puteum habuit, ſanguinis Martyrũ vndecumque collecti receptaculum; qui pariter puteus, cum ſuperimpoſito & D. Praxedi dedicato templo, ampliſſimo in honore venerationéq; habetur. quidni? cum conſtet, non leuibus argumentis, quod & titulus loquitur, Martyres bis mille trecentos ſub pauimento cubare. Ac quoniam huius templi incidit mentio, ſcias velim in Sacello eius, quod olim S. Zenonis Oratorium fuit, breuem marmoream ſpiſsè virentem, & albis nigriſque interſperſam maculis Columnam, defoſſam infra terram & ferreis incluſam cancellis coli, ad quem Chriſtum, cùm flagellaretur, fuiſſe religatum pij credunt, non Caluinus, & qui alij ſunt ſimilis impietatis: ridet ſacrorum contẽptor, & fabulam putat. At ego aliud habeo, quo eum percellam, neque id longè petitum. Sacellum & in D. Pudentianæ templo, in quo deſcribendo verſor, Henrici Card. Caietani cenotaphio ſpectabile, eiuſdémque ſumptibus, quantum aliud Romæ, ornatum verſicolori marmore, & plurimo auro, & venuſtiſſimis imaginibus. In hoc ſacris operans

Columna Chriſti ad eam flagellati memoriâ venerabilis.

de qua Iac Boſ. l. 1. de triũph. Cru. c. 13. de reliq.

Sacer

Sacerdos quidam, & ad humanarum virium modum diuina penſans audet Caluinianum dogma mente volutare, dubitare inquam, an quam coràm hoſtiam adſpiciebat, Chriſti corpus eſſet; in qua cogitatione dũ ſuſpenſus hæret, animaduertit cruentam hoſtiam ſanguine manare, cuius gutta incidit in ſiniſtrum altaris cornu, & ſub craticula ferrea hodiéque conſpicitur. Nũ ad hoc quoque Caluinus ridet? flere credo eum & eiulare, *vbi fletus eſt & ſtridor dentium*. Suppeditat idem templum aduerſus hæreticos noſtros argumentum, qui D. Petrum Apoſtolum Romæ fuiſſe infitias eunt. Fuit profectò & hocce in loco hoſpitatus SS. Miſſæ ſacrificium, quod apud eos in vſu honoréque nullo eſt, celebrauit. Quin exſtat altare ipſum, viget fama conſtans, teſtes ſunt haut pauci ſcriptores quos aduerſariis ſine ratione, ſine auctoritate nugantibus optimo iure antepono. Hoc D. Pudentianæ templum, vt dixi, antea, depreſſo loco ſitum eſt ad radices Viminalis montis, in cuius vertice ipſo illo in ſitu, quẽ Decij tyranni regia obtinuerat, Chriſtiani ſplendidam ædem, Laurentij inuicti ab eius tyrannide Martyris honori conſtruxerunt ac dedicârunt, indito nomine Paniſpernæ. Extat ſubterraneum ſacellum, vbi igni afflatus fuit. In templo condito DD. Martyrum Criſpini & Criſpiniani oſſa. conditi ibidem ſunt cineres Guilielmi

Corpus Chriſti in Euchariſtia patet.

Ara & ſacrificatio S. Petri Apoſtoli.

* *horum catalogum vide infrà, vbi de tẽplo S. Sebaſtiani.*

MONS VIMINALIS.

Templũ S. Laurentij Paniſpernæ.

O 6 Si...

Sirleti natione Calabri, viri doctiſſimi; quo nomine etiã in purpuratos Eccleſiæ PP. fuit adlectus. In hoc Viminalis tumulo Olympiadis thermæ ab antiquariis Romanis reponuntur; proptérque eas Agrippina, quæ Neronem ſuo publicoque malo genuit, nobile habuit lauacrum. Alia, quæ in Viminali præterea monte ſpectanda ſunt, poſtea enarrabuntur: dextram iam regionem atque extimas vrbis oras, vt cœpi, perluſtrare pergo. Principio ad latus Baſilicæ Maioris Palatium Montalti Cardinalis; iuxtáque maximi ac iucundiſſimi horti. Poſt hos thermarum Diocletiani & Maximiani Herculei Impp. veſtigia, clara veterum luxus monimenta; apparent enim ſubterraneæ ciſternæ, & parietum minæ ingentes, & cameræ excelſis iunctæ fornicibus piliſque adeo craſſis, vt earum quaſdam terni homines amplexibus comprehendere nequeant. Tanta congeſta moles Chriſtianorum manibus fuit, quos X L. imò, vt ſcribunt quidam, C L X. millium numero impius Diocletianus ad id opus damnauit, habitóſque in opere ſupra quartum decimum annum tandem, necauit. Per tempus hæ thermæ ſatis duraturæ erant: verùm maximam partem Pius I V. Pont. cùm auguſtum inibi templum D. Genitrici & Angelis conderet, deiecit: nec paruam Carthuſiani, qui accolunt, in ſuos vſus verterunt.

Thermæ Olympiadis: Agrippinæ.

Villa Card. Montalti

Thermæ Diocletiani.

Martyrũ Chriſtianorum opus.

Templũ S. Mariæ & Angelorum.

Hortum

Hortum hi intra cœnobium habent quadrata porticu circumcluſum memorabilis amplitudinis, vt in cuius ambitu CIV. columnæ conſiſtant Deinde quem ſupra longiſſimam rectiſſimamque viam conſpicis Fontem, triplici fornice & marmoreo Moſis virga rupem tangentis ſimulacro inſignem; Felicem nominant. rectè; aquæ enim eſt ſalubris & limpidæ, quæ, vt Marciam deſcribit Martialis, Monaſterium Carthuſianorum, Fons Felix. *l.1. epigr. 28.*

——— tam candida, tam ſerena lucet,
Vt nullas ibi ſuſpiceris vndas,
Et credas vacuam nitere Lygdon.

Induxit in vrbem Sixtus V. vt narrat in vita eius Cicarella, CCXCV. millium aureorum impenſa: inſcripſitque titulum eiuſmodi: *Sixtus V. Pont. Max. Picenus Aquam ex agro Columnæ via Praneſt. ſiniſtrorſum multarum collectione venarum ductu ſinuoſo à receptaculo mill. XX. à capite XXII. adduxit. Felicémque de nomine ante Pont. dixit: Cœpit Pont. anno I. abſoluit III. M.D.LXXXVII.* Viam verò illam adeo longam, adeo rectam vno cũ Porta, ad quam ducitur, nomine Piam appellant. vtraſque enim Pius IV. Pont. Max. ſtruxit: viam æquata Alta Semita: Portam ſublata Nomentana, vt in fronte operis ſcriptus titulus oſtendit. Ceterùm contra Fontem frontem vides elegantiſſimi D. Suſannæ templi: quo loco Proculus Iulius Romulum cælo delapſum imperaſſe Via Pia. Porta Pia. Templum D. Suſannæ. *l.*

raſſe ſibi illa, quæ Liuius memorat, finxit, credulíque Romani templũ condiderunt Quirino. vnde & propinqua porta, & collis Quirinalis nomen accepit. Hîc Rodolphus Pius Card. Carpenſis hortos habuit, quos proximi memoriæ illius temporis ſcriptores mirũ in modum deprædicant à copia veterum ſtatuarum: Iacobus Boiſſardus plures CXXXVI. numerauit, Schottus multas recenſet; quos tute videas. Bellaiani etiam horti ſummè à delicijs ſignísque laudati, iuxta D. Suſannæ templum conſpiciendi ſunt. Mox in Salariam viam incides, qua ad portam item Salariam dictam ducêre: ſed Salariæ portæ recens nomen eſt; olim, teſte Marliano, Agonenſis, & Collina & Quirinalis à Quirini ſacello vocabatur; intra quam à ſiniſtris, vt Pomponius Lætus coniicit, Campus ſceleratus erat: id eſt ſubterraneum anguſto foramine lucis vmbram recipiens antrum, in quod Veſtales damnatæ ſtupri viuæ condebantur. Feſtus Salariam viam inde appellatã ſcribit, quòd ea Sabini (in Sabinos enim exit) ſal in vrbem importarent. Infrà ſecat eam tranſuerſa via, nomine auctoris Sixti V. qui ante Pontificatum Felix dictus fuerat, dicta & ipſa Felix. Quam iuxta ſpectandæ vineæ, vt vulgò nominant, ſeu villæ, Matthæia hinc, inde Sfortia. Felix via ad templum S. Trinitatis in Montibus ducit. Hanc auguſtam ædem iucundiſſimo ſitu Ludouicus XI. Gallorum

Horti quomdã Card. Carpenſis.

Horti Bellaiani.

Via & Porta Salaria.

l 1. top. Rom. c. 8.

Campus ſceleratus.

Via Felix.

Villa Matthæia.

Sfortia.

rum

rum rex condidit; vbi inter alia Rodolphi Pij Card. Carpenſis monumentum, & M. Antonini Mureti ſepulchrum cum epitaphio, quod operibus eius præfixum nemo neſcit. Antea verò, quàm penitus ad hoc templum pertingas, Pincianam viam dextra excurrere ad Portam eiuſdem nominis videbis. Hæc cùm olim Collatina, quia Collatiam in Sabinos mitteret, diceretur, poſterius nomen à Pincij Senatoris vicina domo adepta eſt. Pincius quoque ille collis vocatus, & Collis Hortulorum, ab hortis, vt quidam exiſtimant, Salluſtianis., qui à Salaria porta in eum pertigere. Bembum verò, qui Quirinalem facit, quid dicam, niſi locorum propinquitate fuiſſe deceptum? Quirinalis enim proximè Pincium collem attollitur quidem: at ab hoc diuerſus ſemper fuit, vtpote complexu mœnium comprehenſus, cùm Pincius extra pomœrium fuerit, infrequens ædificiorum vt olim, ita hodie; quem tamen à ſolitudine vindicant S. Trinitatis templum ac monaſterium, & Magni Etruſcorum Principis æſtiuæ ædes hortíque Romanorum aliquando omnium facile primi: ſed ego neglectos atq; incultos vidi poſtpoſuiq; aliquibus; recténe an perperam, alius viderit. Supra iugum collis iſtius ruinoſa hianſq; amplo foramine mœnium pars ſpectatur; vnde *Murū tortū* ſiue inclinatū incolæ vocant.

Templũ S. Trinitatis in Mõtibus.

Via & Porta Pinciana.

Collis Hortulorum. Horti Salluſtij.

Vid. Marlian. l. 5. c 21.

Palatium & horti Magni Etruriæ Ducis.

Murus tortus vulgo ſepulchrum Neronis.

cant. Intutam neglectamque adeo ea regione mirabar vrbem eſſe: contrà ipſi defenſam maximéque tutam aiebant, nō humano quidem munimento præſidiove, ſed cæleſti cuſtode; creditur enim D. Petrum ibi excubare; ac ne qua vrbi vis fiat, prouidere: omnibúſque adeo bellis hoſtes eò numquàm acceſſiſſe; quod de Gothico tradit Procopius. Decliui inde Pincio colle ad populi Portam peruenies: id recens nomen eſt, perindéque in vrbe noua ipſa, nam olim extra pomœriū fuerat, Beliſarius hæc mœnia fecit, in quibus ſita eſt; quamquam videatur Arcus fuiſſe, ad portæ vſum tranſlatus. Vetus autem Flumentana, quòd Tiberis quandoque per eam influeret, aut quòd ad eum pertineret: & Flaminia appellata fuit à Flaminia via, quam ab ea porta orſus C. Flaminius in Conſulatu ſuo per Etruriam Vmbriamq; Ariminum vſque perduxit ac ſtrauit, vt Strabo auctor eſt. Populi verò cognomē hęc noua an à proxima D. Mariæ Populi æde, an ædes ab ipſa acceperit, haut liquet; ni Fuluio fidem habes, qui populeum nemus fuiſſe iis locis: ab eo vtraque cognominata ſcripſit. Certum enim verò ac compertum putant, quo loco principalis ara Mariani huius templi conſiſtit, ibi Neronis cineres reconditos fuiſſe. Locum malis dæmonibus infeſtum, cùm adiri non poſſet, Paſchalis Papa, D. Virginis monitu effoſſis ſceleratis cineribus atque in Tiberim

Cuſtos vrbis Petrus Apoſtolus. *l. 1.*

Porta Populi.

Lege Marlian. c. 8 Ligor. in parad. c. 29. & 34.

Via Flaminia, *de qua & ſuperius.*

Templū S. Mariæ Populi. *l. 5. ant. Rom. c. 13.*

berim abiectis, purgauit luſtrauitque. Sepulti plures in hoc templo maximi viri: multi è ſacro Senatu, multi ex ordine litteratorũ, quorum agmen mihi Hermolaus Barbarus ducat, minimè barbarus, nec barbari carminis epitaphio ornatus. idcirco exſcriptum appoſui: Hermola Barbari ſepulchrum.

Barbariem Hermoleos Latio qui depulit omnem,
Barbarus hic ſitus eſt. vtraque lingua gemit.
Vrbs Venetûm vitam, mortem dedit inclyta Roma.
Non potuit naſci clariùs, atque mori.

Alius in hoc templo te compellat, & dignus eſt, quem audias:

Hoſpes (inquit) *diſce nouum mortis genus, improba felis*
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo.

Dignus eſt, quem videas Obeliſcus pro templo ſtatutus, Ægyptiis litteris inſcriptus, longus, ſi verus Plinius *, pedes CXV. Sculpſit eum (quod Boiſſardus ſcribit) Marſodites: Senneſerteus Ægypti rex Soli dicauit ſolennibus verbis, quæ recitat Ammianus: Auguſtus verò (quod titulus docet ſuper ſcriptores) inter ſubiugatæ Ægypti ſpolia Romam aduexit, & Soli denuo conſecratum in Circo Max. collocauit; nuper Sixtus V. Pont. Max. qui ceteros vrbis Obeliſcos, & hunc SS. Cruci dicatum iſto loco erexit. Hactenus circùm

Obeliſcus ad ædem S. Mariæ populi.

* *non eſt, ſi Mercatum andias de Obeliſc. c. 19. & in append. conſ. 5. l. 17.*

cùm vrbem itum, quæque ad muros & velut oram eius ſpectanda ſunt, fuêre enarrata. Nunc penitus intimam mediámque vrbem perluſtremus, ac primùm, quæ dextra regione propius Tiberim vſque ad Auentinum montem digna memoratu ſunt, recenſeamus; qua in narratione Mons Capitolinus ac Palatinus includetur: inde ſiniſtros colles Viminalem Quirinalemque cum ipſorum appendicibus explicabimus ea breuitate, quæ in illuſtrium rerum commemoratione poterit

Templum S. Rochi. Mauſoleũ Auguſti. *De hoc Strabo l. 5. Mar. & Boiſſard. 2. p. top. Rom. cap. 116. & 4. p. ant. Rom. Mercat. de Obel. c. 27. l. 17.*

eſſe maxima. Digreſſis à porta Populi, via quæ ad Tiberim leniter obliqua fert, pone D. Rochi ædem Mauſoleum occurrit, rotundum & reticulato opere incinctum, quod in Campo Martio ſumptuoſiſſimè Auguſtus exſtruxit; celſitudine pedum CCCLXXV. atque in culmine molis æream ſuam auro litam ſtatuam & geminos ex ophite aũ Thebano marmore obeliſcos altitudine pedum LIII. collocauit; quamquam auctor ſit Ammianus eos non ipſum, ſed poſteros, adpoſuiſſe. Addidit Auguſtus à tergo Mauſolei ampliſſimos hortos & ſtupendi operis ambulacra; vnumque media in mole niueo lapide perornatum ac ferreis circumcirca cancellis præſeptum, viuidis arboribus viridans. tanto paratu cineres ſuæ gentis obtexit, ne dicam oppreſſit; Artemiſiæ reginæ luxu inuitatus, quæ coniugi Mauſolo eiuſmodi ſepulchrum ſtruxiſſe traditur. Ceterùm quò mortuorum

rum cineres, eò ſepulchri quoque pænè omnia ornamenta euanuere, & vix in paucis, quæ ſtupendæ fabricæ fuerit figura coniectare licet; adeo malè operam & opes locat, quiſquis in re caduca ac peritura locat. Mauſoleum hoc, vt indicaui, in Campo Martio exſtructum, cuius Campi apud rerum Romanarum auctores paſſim obuia ac creberrima mentio: quamquam extra veteris Romæ muros eſſet, *aptiſſimum*, inquit Dionyſius, *& equis pratum & iuuentuti in armis exercendæ gymnaſium*: Martius cognominatus, quia diuiſis inter plebem ceteris Tarquiniorum agris hic vnus publicis vſibus ſeruatus & Marti conſecratus fuit. Cuius itémque Mauſolei priſcam ſpeciem quia Strabo eodem loco luculenter deſcribit, non poſſum committere, vt eius verborum hoſpes neſcius ſit: *Martius Campus*, ait Strabo, *cùm natura, tum hominum prudentia ornatus: nam & magnitudo eius miranda eſt, & curruum equorumque decurſionibus liberè patet: tantaque multitudini pila & circo ac palæſtra ſeſe exercentium tum opera circumiecta, ſolumque toto anno herba virens, tumulorumque corona ſupra amnem vſque ad alueum eius ſcenæ quamdam oſtentant ſpeciem: à cuius ſpectaculo difficulter quis auellatur. Prope hūc Campum alius eſt Campus, porticuſque circumcirca permultæ. tum luci, tria theatra, amphitheatrum, templa magnifica, alterum alteri ſubinde contiguum: quarum*

Campus Martius.

l.5.

Liu.l.2.

l.5.

quarum rerum reſpectu reliqua vrbs quaſi additamentum quoddam videri poſſit. Itaque Romani hunc locum maximè ſacrum ac venerabilem rati, illuſtriſſimorum virorum monumenta ibi collocarunt ac matronarum. Quorum omnium præclariſſimum eſt

Mauſoleũ Auguſti.

Mauſoleum: agger ad amnem ſupra ſublimem albi lapidis fornicem congeſtus, & ad verticem vſque ſemper virentibus arboribus coopertus. In faſtigio ſtatua eſt Auguſti Cæſaris. Sub aggere loculi eius & cognatorum familiarúmque à tergo locus magnus ambulationes habens admirãdas. In medio autem campo eſt buſti eius ambitus ex albo lapide, in orbem cinctus ferrea ſepe: intus populis conſitus. Hæc Strabo; qui verè Campi Martij magnitudinem eſſe admirabilem ſcripſit, protendebatur enim ſecundum Tiberis ripam vſque ad Miluium pontem, Strabonis æuo templis ac monumentis, quæ memorat, frequenter excultus: poſtea continentibus ædificiis vrbis in modum totus opertus ac coædificatus. Manſerunt tamen inter alia publica in Campo Martio Naualia Liuio nominata:

Campi Martij amplitudo.

l. 3.

Spes vnica, inquit, *imperij populi Romani L. Quintius trans Tiberim contra eum ipſum locum, vbi nunc Naualia ſunt, quattuor iugerum colebat agrum, quæ Prata Quintia vocantur.* Semper hæc iuxta Tiberim ſtatio nauibus deducendis opportuna fuit; itaque etiam hodie appellunt ad hunc locum naues, quæ ſecundo Tiberi deferuntur. vnde *Ripettam*, hoc eſt

Ripetta, vbi olim Naualia

Paruam

Paruam ripam vulgò nominant; cui imminet templum S. Hieronymi Illyricorum. Naualium iſthoc ſitu deprehenſo conſequitur Quintij agrum, Romanæ virtutis inter rei priuatæ anguſtias nobile argumentum, ſeu Prata Quintia fuiſſe campum quem in aduerſa fluminis ripa conſpicis. Sed vidiſſe eum ſatis ſit: nos in vrbem atque ad Mauſoleum redeamus. Hinc progreſſus adſpicies impoſitum longiſſimæ viæ (quæ à Populi porta propè ad Capitolium vſque recta per ſpatium octo ſtadiorum dirigitur, *Curſus* vulgo nominata) Domitiani ſiue Claudij Arcum; incolæ *Portugalli* cognominant, quia Luſitani Regis Legatus quomdam iuxta eum habitare ſolitus fuerit. Arbitror Hiſpanis eum ſitum magnopere arridere, nuper quoque Regis Legatus in proximis ædibus degebat. Adiacent, quæ memorari quidem mereantur. S. Laurenti ædes, olim forſitan Iunonis Lucinæ; & Oricellariorũ ſuperbum Palatium, Gallici Legati domicilium, in cuius atrio coloſſeus ex ære equus ſpectatur, altus X. cubitos, totidémque longus; opus Danielis Ricciarelli Volaterrani, vt narrat Hieronymus Ferrutius, quinque & viginti millium pondo æris; impenſaque in id fuêre aureorum nummûm VI. M. D. Hunc equum Henrici II. Gallorum regis iconicum ſimulacrum ferentem ij, quorum ſumptu formatus fuerat, Lutetiam Pariſiorum ad ornamentum vrbis transferre

Templum S. Hieronymi Illyricorum.

Prata Quintia.

Curſus viæ nomen.

Arcus Dominiani.

Templum S. Laurentij in Lucina.

Palatium Oricellariorum ſeu Ruſcellariorum. *in addit. ad Marl. l. 7.*

transferre cogitauerunt; nec perfecêre, nec perfecturi ſunt cogitata, quando dono ipſorùm acceptum Horatius Oricellarius in ædes ſuas, quas memoraui, intulit. quodque ad clariſſimæ vrbis ornamentum fuerat paratum, ad vnius atrij conuertit. Porrò à Domitiani arcu ſi ſiniſtram viam capeſſas, ad Balduinorum Palatium: mox ad Virginis aquæ fontem, *Creui* vulgò nominatum, deferêre. Virginem aquam de vetuſtioribus eſſe non dubito, vt quam M. Agrippa deduxiſſe in vrbem à Suetonio prodatur, quamque Claudius Cæſar reſtituiſſe legatur in titulo, qui propinquo arcui aut aquæ Caſtello inſculptus conſpicitur; iterum diſſipatam Nicolaus V. Pont. Max. in fontis fronte ſcriptus reuexit. Sed hæc ne te à recta via abducant, ſileo: recta autem via illa eſt, quam à Populi porta ducere initium, & Curſum vulgò nominari dixi, cui impoſitum Domitiani arcum vidiſti; illa perge, recta ad M. Aurelij Antonini cochlidem Columnam ducêre, quam is Imperator Martio in Campo erexit, réſque ad ſe aduerſus Armenos, Parthos, Germanos geſtas in marmoribus incidi curauit: quamquam hodie corrupta incendio haut integrè referat. Hiatus quidem nuper nouis marmoribus imaginibúſque expleuerunt, ac quantum licuit, veterem eius faciem reſtituerunt, ſuperaddito ſimul ornamenti, ſimul religionis gratia æreo & inaurato D. Paulli ſimulacro.

Palatium Balduinorum.

Aquæ Virginis fons, *vulgo Treui. ſed Ligorius parad. 35. negat hanc Virginem aquam eſſe.*

Columna Antonini.

Sixti V. Pontificatu vt ſcribit Cicarel. in vita eius.

cro. Alta eſt, ſi Palladio credimus, pedes CLXI. ſcanditurque marmoreis gradibus CCVII. lumine ad aſcendentium vſum per ſex & quinquaginta feneſtellas admiſſo. Circumcirca Aurelij Antonini bella, vt dixi, inſculpta forinſecus ſpectantur, & illud immortali memoria dignum miraculum, quod cum Germanis bellanti cælitus fuit oblatum, illuſtre religionis noſtræ argumentum; eo dignam arbitror rem, quæ paullò pluribus commemoretur, alienis, imò Imperatoris ipſiuſmet verbis, vti exſtant inter vetuſtiſſima bibliothecæ Vaticanæ monumenta. Sic ergo ad S. P. Q. R. Imperator: *Certiores vos feci de Conſilij propoſitique mei magnitudine, & quæ in Germania mihi in diſcrimine atque obſidione alia ex aliis euenerunt, quum in eius medio labore atque æſtu confectus fuiſſem. Sanè dum Carnuti eſſem, ſpeculatores nobis indicarunt ſeptuaginta quattuor hoſtium dracones* propè nos nouem millibus adeſſe: idemque Pompeianus, quem bello ducem præfecimus, quod nos quoque videbamus renuntiauit. Cumque in noſtrorum militum exercitu haberemus tantùm legiones, Primam, Decimam, Geminam & Fretenſem *, hoſtium verò nongentorum * ſeptuaginta ſeptem millia, meaſque ipſius copias cum ingenti barbarorum atque hoſtium exercitu comparaſſem, deos patrios votis ſuſceptis rogaui. Sed cùm ab eis negligerer, meque ab hoſtibus premi animaduerterē: copiarum mearum paucitatem contemplatus, eos,* qui

Antonini Imp. teſtimoniū de victoria precibus Chriſtianorū relata;

* *ſigna militaria intellige.*

* *Ferentariorum.*

* *conuentorum legit Baronius.*

qui apud nos Chriſtiani dicuntur, accerſiui & rogaui: inuenique magnam eorum multitudinem: iiſque minis compuli, quod minimè decuerat, propterea quòd poſtea eorum vim ac poteſtatem cognoui. Itaque non ad telorum præparationem, non ad armorum, neque ad tubarum vſum ſe contulerunt: hoc enim illis facere DEI cauſſa & nomine, quem in conſcientia geſtant, gratum non eſt. Æquum igitur eſt, vt quos impios eſſe & à DEO alienos opinabamur, eos exiſtimemus DEO munitos eſſe. Cùm enim ſe humi proieciſſent, non ſolùm precati ſunt me, ſed etiam pro toto hoc exercitu, vt famis ac ſitis, qua vrgebamur, remedium aliquod afferretur: quinque enim diebus aquam non ſumpſeramus, quòd ea non ſuppeteret. Eramus enim in media Germania montibus vndique concluſi. Simul autem atque ſeſe humi abiecerunt, ac DEVM illum precati ſunt, quem ego ignorabam; ſtatim è cælo pluuia delapſa eſt in nos quidem frigidiſſima, in Romanorum verò hoſtes grando ignis ſpecie ac ſimilitudine, & fulmina: eorúmque orationibus & precibus ſtatim præſto DEVS fuit, qui neque vinci, neque expugnari poteſt. Quamobrem illinc exorſi concedamus talibus, vt ſint Chriſtiani, ne qua arma eius generis contra nos petant, & impetrent. Cenſeo autem neminem, quòd Chriſtianus ſit, eſſe in crimen & iudicium vocandum. Quod ſi quis inuentus fuerit crimini dare cuipiam, quòd Chriſtianus ſit, ei quidem, qui in crimen vocatur, manifeſtum fieri volo, ſi nihil aliud obiectum

Antonini reſcriptũ de Chriſtianorũ & religionis libertate.

obiectum eſt, quàm quòd Chriſtianus tantũ, dimitti: eum autem, qui Chriſtianum accuſauit, viuum exuri: illum verò, qui Chriſtianum ſe eſſe profeſſus fuerit, periculo omni, quod ob eam rem ei intẽdebatur, liberatum. Is, cui prouincia commiſſa eſt, nequaquam ad pœnitentiam adigat, aut libertatem ei adimat. Hæc autem S.C. etiam ſanciri volo: atque hoc meum edictum in foro D. Traiani proponi, vt legi poſſit. Cura autem erit Vetraſio Pollioni Præfecto vrbis, vt ad omnes prouincias hæc conſtitutio mittatur: neque quiſquam, qui eam exſcribere, vel ipſa vti voluerit, prohibeatur, Valete. Hæc ab Imperatore Aurelio Antonino litteris conſignata, hæc Columnæ inſculpta, vt publicè non legi modò, ſed etiam ſpectari poſſent: hæc grauiſſimorum auctorum teſtimoniis confirmata adeo egregiè ſunt, vt vlla dubitatio nullum habeat locum. Vide, ſi tibi plura noſcendi libido fuerit, Baronium An. 176. Roccham in append. biblioth. Vat. c. 6. Couarruuiam lib. 4. Var. c. 12. qui hiſtoriam hanc auctoritate Iuſtini Martyris, Tertulliani, Oroſij, Euſebij, Nicephori, Apollinaris, Polyeucti Martyris, Gregorij Nyſſeni, Zonaræ, Dionis Caſſij & aliorum confirmant. Hæc columnæ cauſſa dicta ſint. Iam Porticus illa columnata, quam iuxtà vides, pars eſt Baſilicæ Antonini Pij: integram quippe duas & quadraginta Corinthij operis columnas habuiſſe memorãt de numero nihil ego affirmauerim: Co-

Scriptores eiuſdẽ miraculi teſtes.

Baſilicæ Antonini Pij reliqua.

Forum Colũnæ. rinthias verò & ſtriatas fuiſſe vndenæ, quæ ſuperſunt, probare queant. A foro Columnæ, vt id vulgò appellant, obliquandum denuo iter eſt Tiberim verſùs, permigrandáque ea pars vrbis, quam fluuius aliquantulum circumfuſus lambit; in qua merentur præcipuè ſpectari

Collegiũ Germanicum. Turris Sanguinea. Templũ Germanorũ titulo S. Mariæ *de Anima*. In quo ſepulti noſtrates Carolus Dux Cliuiæ adoleſcens: Hadrianus VI. Pont. Max. iſta. Collegium cum templo S. Apollinaris, quod Germanorum commodo Gregorius XIII. noſtræ nationis amantiſſimus Pontifex condidit, ac millium aliquot aureorum annuo redditu ditauit. Vltrà turris eſt, quam Sanguineam vocant: poſtque hanc D. Mariæ cognomento *de Anima* gentilicium templum. Plurima in eo Germanorum monumenta, quibus in patriam reditum mors inuidit. Lugubre ante omnia Caroli Principis Cliuiæ, admirabiléque non ſumptu tantùm eſt, ſed & vtile documento; vnde diſcimus in ſumma etiam capita feſtinam mortem incurrere. Hadriani VI. Pont. Max. è regione ſitum tumulum lætioribus oculis adſpicimus. iſtum iam ſenio grauem & vltimo honorum humanorum functum natura abduxit. cenotaphium maxima impenſa, ſed pari elegantia Guilliel. Enkenuort ab eo

Card. Enkenuort. Cardinalium numero adſcriptus, ibidémque loci ſepultus grati animi ergo poſuit. Aliorum funera tacuiſſe præſtat, ne quibuſdam dolorem refricem; ſatis plenè Schottus, pleniſſimè Schraderus recenſent; hunc legat, qui noſſe cupit.

Tem

Templum ab Hadriano, quem dixi, aut exſtructum, aut exſtrui cœptum, magnificè, vt dignum erat amplitudine noſtræ nationis. Poſtes atque altaria marmoribus exculta; ſacella quæque alia ſunt, plaſtarum pictorúmque illuſtrata operibus. moles ipſa teſtudineata vaſtis innititur columnis. Ab hinc breuis ad forum Agonis tranſitus eſt: ſed conſultius, vt iudico, futurum ſit tranſito priùs IORDANO monte (qui ab habitatoribus Iordanis nactus eſt nomen) in Iuliam viam deſcendere, vtcumque magno locorum interuallo: excipiet tamen & recreabit feſſum via Palatium Farneſiorum, Iuliæ viæ, in quam exit; ſummum ornamentum, non ſumptu modò ac maieſtate fabricæ admirandum, ſed copia vetuſtarum ſtatuarum, quantum aliud vllum ſuſpiciendum. Pleræque carũ in propatulo ſtant, publico bono: multæ iuxta veſtibulum: multæ circa periſtylum, quarum contemplatione, quantum libet, licet fruare. Gladiatorum ibi bina ſimulacra, aut Commodi Imp. forſitan ſunt, quem ea forma fingi ſolitum hiſtoriæ loquuntur: itémque Herculis gemina ex marmore ſigna, ab artificio ſummè commendata. Tunc ſi fors faueat (quamquam etiam non fauentem pecunia conciliare tibi queas) in ſuperiora conclauia ſpectatum admiſſus, miraberis ex antiquitate illuſtria plurima monumenta: Bibliothecam adhæc lectiſſimorũ librorũ, & epitrapezia

Templi ornamẽta laudata.

Mõs Iordanus.

Via Iulia.

Palatium Farneſiorum.

In hoc ſtatuæ veteres plurimæ.

Bibliotheca & epitrapezia.

Farneſij Card. regium luxum ſpirantia. Spectabis quoque in iiſdē ædibus Zethi, Amphionis, & Dirces fabulam à Poëtis decantatam, ex integro marmore exſculptam, Apollonij & Tauriſci clariſſimorū ſculptorum opus; de quo Plinius Pollionis Aſinl monumenta recenſens: *Zethus,* ait, *& Amphion & Dirce & taurus vinculúmque ex eodem lapide à Rhodo aduecta, opera Apollonis & Tauriſci.* Palatium autem iſtud quà pulchritudine architecturæ, quà mole & amplitudine inter pulcherrima, maxima atque ampliſſima ædificia referendum, Paulus III. Pont. Max. Farneſius Antonij Sangalli peritiſſimi architecti operá vſus exſtruxit, loco etiam, ne quid ſpeciei deeſſet, clariſſimo vrbis; forum enim frequens ſpectat, & ornatum ingentibus duobus labris. Sequitur Capoferrati Card. Palatium à Boiſſardo, Schotto atque aliis imaginū ſtatuarúmque nomine deprædicatum. Hinc Tiberim cernas licet, egregio ponte conſtratum. Pontem longum pedes CCXV. Antoninus Pius Imperator marmoribus incruſtauit, corrupere hoſtes & tempora, inſtaurauit Sixtus IV. Pont. Max. cuius nomine vulgò Sixtus dicitur. atqui olim & Aurelius ab Aurelia via portáque, & Ianiculenſis à ſuperſtante Ianiculo nominabatur. Iudæos deinde reperias in vnam ciuitatem contributos cohabitare, Piſcarium iuxta forum: vbi S. Angeli cognomento in Piſcina templum peruetuſtum

[Margin notes: l. 36. cap. 5. — conditor Paullus III. Pont. — Forum Farneſianum. — Palatium Card. Capoferrei. — Pons Sixtus. — Vicus Iudæorum. — Forum Piſcariū.]

ſtum,vt quod Iunoni Reginę olim ſacrũ, atq; incendio cõſumptũ Septimius Seuerus & M. Aurelius Antoninus reſtituiſſe legantur in titulo, qui fronti inſculptus hodiéque manet,integris illorum Impp. nominibus.Sed pręſtabit opinor,(omiſſis iſtis in præſens) quæ circa Farneſiorum Palatium ſpectanda ſunt, illa perluſtrare; Curiam primò Sabellam, & quæ ab hinc tenditur, plateam etiam Sabellam dictam. Curiam ſunt, qui in ruinis Theatri Marcellæi extructam eſſe opinentur. Sunt, qui etiam Pompeiam Theatri ſitum tradant, collocéntque ad propinquum Floræ Campum, vbi Vrſinorum ſita eſt domus. Exſtant hîc veteris quidem ædificij ſigna: ſed quod Theatri Pompeiani ea eſſe doceat nullum ſupereſt monimẽtum, quin imò habeo illuſtrem ſcriptorem, qui neget vllũ vmquam Pompeij Theatrum in vrbe exſtitiſſe.Itaque incerta hęc & nimia vetuſtate obſcura habeant ſibi Cimmerij, qui antiquitatis tenebris delectantur:tu mihi *Nouam* illam & modò naſcentem *Eccleſiam* vide,quam in vſum Congregationis Oratorij Cæſij proceres maximo ſumptu condunt; vide pretioſiſſimum Philippi Nerij Sacellum, in quo conditus cubat conditor laudatiſſimæ eius Societatis, è qua multi doctiſſimi viri prodierunt: vt alios taceam, Cæſar Baronius fama notus ſuper æthera,quò pertigiſſe eum vitæ ſuæ innocentiâ & vigili ſtudio ſperamus.

Templũ S.Angeli in Piſcina.

Curia Sabella.

Via Sabella.

Campus Floræ.

Palatium Vrſinorũ.

Lipſ. de Amphith. c.5. Vid. Marl.l.6. c.5. Alex. gen.d:er. l.4.25.

Congregationis Oratorij templum, *Eccleſia noua.*

Sepulchrum Phil. Nerij nuperrimè in Diuorum catalogum ſolenni ritu relati.

Templũ Laurentij in Damaſo. A *Noua Eccleſia* (hoc ei ex re apud vulgus natum eſt nomen) ſin proſequi iter velis, propè abeſt S. Laurentij ædes, nomen conditoris Damáſi pro cognomine

Cancellaria Papalis. ferens: illam pete: & iuncta ei Baſilica eſt, quam hodierni ſermonis vocabulo *Cancellariam* nuncupant: illam viſe. Conſtructa fuit è marmoribus arcus Gordiani, & ruderibus Magni Amphitheatri, quę ſuppeditabant: nam totum dirui Summi Pontifices vetuere, ne tantæ rei ſpectaculo poſteri priuarentur. quæ vtinam mens omnibus fuiſſet, ſuperſtitaret Roma vetus ſi non tota, at maiorem certè partem. Quamquam quid eſt, quod de Romanis Pontificibus queramur? non certè, quàm Machiauellus calumniatur, antiquitatis hoſtes Romanorúmque operum oſores fuese: ſed Imperatores barbari, & illa

Inquiſitũ in cauſſam amiſſorum ornamẽtorum veteris Romæ. toties Italiæ funeſta ac feralia Aquilonis excrementa. illa inquam vrbem hanc præclariſſimis monumentis, opibus & veteris magnificẽtiæ reliquiis propè omnibus ſpoliarunt: non omnibus, quia Pontificum cura ac labore ſeruata ab interitu iſta fuerunt, quæ hodiéque obſtupeſcimus. Genſericum quidem Vandalorum regem certum delendæ vrbis ex Africa cum innumerabili armatorum multitudine tranſmiſiſſe, nulláque re, præterquam grauiſſimi ac ſanctiſſimi Leonis precibus mitigatum abſtinuiſſe propoſito Paullus Diaconus refert. Ita

l.15. tunc erepta ex vltimo diſcrimine Roma,

ædifi

ædificia & ſacra & profana, noua & vetera à ferro, flammáque ac vaſtitate liberata: exportatæ tamen ab hoſte opes vniuerſæ fuerunt, picturæ & ſtatuæ & ornamenta vrbis, quæcumque moueri loco potuerunt, mota atque in naues impoſita, Procopio teſte, per maritimam tempeſtatem perierunt. Hic caſus atque hæc barbarorum rapacitas, non Romanorum Pōtificum inuidia odiúmque, vt Machiauellus mentitur, antiquitates vrbicas pleraſque deleuit. Porrò à Baſilica D. Laurentij ſiniſtro Vico in Agonis forum deuenies, præter Paſquini ſtatuam, quæ domus cuiuſdam innixa angulo conuitioſis ſcriptis nouum nomen fecit, vt Paſquinatæ ſeu Paſquilli dicerentur, ibi enim liuida ingenia morſus ſuos deponere ſolent. iam inde à ſartoris cuiuſdam temporibus vſurpato more. Sartor ille, vt Antonius Tibaldeus Ferrarienſis narrare ſolebat, Paſquinus dicebatur, opificij ſui impensè peritus, eóque operam præcipuè nobilioribus nauare ſólitus; alebat autem mercenarias operas ferme magno numero, ſcurras facetos & traducendis per ludibrium principibus viris mirè aptos. Ipſe quoque ingenij non abſimilis abſque metu, abſque pudore vllo hominum omnis generis vitam moréſque procaci lingua carpebat. Itaque conuitiis, iocis, cachinnis, aſſiduè ſtrepebat

Paſquinus.

Paſquillorū nomen: & nominis origination tradita.

taberna: & quamquam dicta vulgarentur, negligebantur tamen, quia à vilibus ac famoſis ſannionibus profecta. Hinc ortus mos, vt Paſquini nomen Satyris omnibus prætenderetur, quæque tota vrbe in Principes ſcommata fingebantur, ea Paſquinus finxiſſe diceretur. Vt verò vita abiit, ædiles circa tabernam eius viã ſternendam locauerunt. ibi dum humus effoditur altiùs, reperta effigies gladiatoris, corrupta quidem & mẽbris mutila, marmorea tamen & opere ſatis ſcito cõfecta. Fortè accidit, vt ad viæ ornamentum pro Paſquini taberna ſtatueretur, móxque Satyricorum omnium cõſenſu Paſquinus rediuiuus nominaretur; ac quia voce non poterat, inſtitutum vt ſcripto recitaret eadem, quæ Paſquinus nuper viuus cũ operis ſuis differere conſueuerat; lepida illa quidem, ſed ſale plerumque immodico, ne dicam felle adſperſa. Audio fuiſſe è ſummatibus viris quoſdam, qui maledicorum iſta laſciuia adeo nihil commouerentur, vt contrà ſtudioſè exquirerent legeréntque vulgi in ſe conuitia à Paſquino exhibita: & ſiquidem vera audirent, emendatione vitæ, non quæſtione pænáve conuiciatiorum linguas compeſcuiſſe, atque, vt eſt apud Demoſthenem, *calumniantium maledicta bonis factis diluiſſe.* Sed hoſpes Paſquini hoc ſignum prætergreſſus mox in patentiſſimum Agonis forum deducetur, quæ *platea Nauona* hodie dicta, olim teſte Ligorio, Alexan-

Agonis forũ vulgo *platea Nauona.* *Prado.* 533.

dri

dri Pij Imper. Circus fuit, in quo Agonalia celebrabantur, genus ſacri Agonio deo ab Numa rege dicatum atque inuentum deus. agẽdis rebus præeſſe credebatur. Loci excellens forma haut paucos decepit, vt Flaminium eum Circum eſſe exiſtimarent, quem aliâ regione fuiſſe poſtea dicetur. Situm eſt in angulo Agonalis Circi templum Hiſpanicæ nationis Diu. Iacobo conſecratum. Poſt id ac Circum ædes eſt S. Mariæ *Rotundæ*; ita cognominat vulgus, à figura nempe ædificij: veteres Pantheon dixêre, ſeu quòd omnibus dIs ſacrum eſſet, ſeu aliquâ aliâ de cauſsâ, nam inter ſcriptores haut conuenit. Multi, quos inter Demontioſius, omnium deorum inibi fuiſſe ſtatuas tradunt, & ſitum ordinémque explicant: ſcilicet Iouis Vltoris, cui potiſſimùm, Plinio teſte, Pãtheon Agrippa dicauit, in tribunali maximo, vbi hodie Ara principalis conſiſtit; cæterorum cæleſtiũ deorum in ædiculis, quæ toto circùm templo inciſæ muro ſpectantur: terreſtrium verò in intercolumniis, loco humiliore; inferos denique infra terram abditos delituiſſe. Memini etiam me aliquando audire rem memorabilẽ: in Pantheo ſingularum prouinciarum, quæ Romano imperio parebant, certos tutelares deos certa ſerie diſpoſitos ita ſtetiſſe, vt maximum tribunal & maximum deorum Iouem ſpectarent; eueniſſe autem, vt quotieſcumque aliqua ex illis prouin-

Templũ S Iacobi Hiſpanorum.

Pantheõ, hodie S. Mariæ *Rotundæ*. *Vid. Lipſi. de mag. Rom. l. 3. c. 6. Fulu. ant. Rom. l. 5 c. 11. Boiſſard. 2. p. top. c. 105. Salmuth ad Pancir. ant. deperd. c. 33. Demontioſ. 2. p. Gallis hoſp. Plin. l. 36. c. 15*

ciis deſciſceret, bellúmve contra Romanos moliretur, ille deus, qui in gratiam eius prouinciæ poſitus erat, faciem à Ioue auerteret; hoc indice priùs, quàm nuntii rebellionis ſuperuenirēt, quid in prouinciis pararetur, Romę cognitum fuiſſe. Digna memoratu res mihi viſa eſt, & creditu etiam, ſi bonus auctor ſit. Pergo dicere de Pantheo; quod celebratiſſimum omnium templorum fuit; laudatumq́ue vnicè & ab architecturæ pręſtantia ac dignitate, & à ſuperbo alio ornatu. cuius quidem ad hæc tempora peruênit propè nihil, præter ænearum tegularum quædam fragmenta, & æreas ingentes valuas; & marmorum quibus templum intrinſecùs incruſtatum ac pauimentatum pulcherrimè fuit, quaſdam reliquias. Aliorum ornamentorum partem homines abſtulêre, partem temporum varij caſus: attamen nuda quamuis moles ſtructuræ omnes laudes exſuperat abſolutiſſimæ architecturæ exemplar atque miraculum. Quis enim non ſtupeat adeo amplum fornicē nullis ſuſtentatū fulcris velut in aëre hærere ſuſpēſū? in cuius vmbilico patulum foramen diē accipit, eáq; vnica feneſtra eſt. per hanc Solē, per hanc imbres incidere neceſſum eſt, ſed protinus effiuere; namq; medio in pauimento cloacæ os eſt, hîc confluens pluuia aqua emittitur. Altitudinis tēpli ac latitudinis par ſpatiū, pedum CXLIV. quâ in dimenſione craſſitudo muri non continetur:

Panthei veteris reliquiæ.

Structuræ ſpecies ac vanitas.

Idémque amplitudo.

quam ſi addas, propè quadragenis pedibus latitudo celſitatem excedet, cùm duodeuiginti pedes murus craſſus ſit, qui numerus duplicandus eſt, vt Demontioſius obſeruauit: vt Schraderus verò, ad tectum vſque gradus CL. aſcenſum præbent: hinc ad vmbilicum teſtudinis (quâ nempe parte altiſſima eſt) gradus XL. olim ærati, poſt nudati, demum plumbeis laminis obtecti. Veſtibulum templi, ſiue prothyron mauis vocare, humilius multò eſt diſſimiléque omnibus partibus ipſi corpori; cuius nec pars quidem eſſe videtur. Sed, DEVS bone, quæ illud columnæ ferunt, & machina ſe ipſam fert; ſtupemus in hac, quod columnas non habeat: in illo, quòd habeat adeo vaſtas, altas, & excultas, craſſitudo quidem eſt pedum ſex, altitudo trium ac quinquaginta. E Thebano autem vel Æthiopico duriſſimo marmore (quem ophitem quidam, Itali *granitum* vocant) exſculptæ XIII. ſunt, cum olim XVI eſſent; abeſt quippe vna, & duæ ab incendio inutiles factæ fuerunt. Cultus præcipuus in capitibus eſt, quæ Corinthia impoſitæque ſuper æreæ trabes: & ærea fulcra ſunt, quæ tectum ſuſtinent. Panthei conditor M. Agrippa fuit Tertium Cos vt in fronte cubitalibus litteris ſcriptum eſt: reſtitutores plures, vt pluries refici eguit. Duo item in fronte ſcripti leguntur, L. Septimius Seuerus, & M.

Add. Cardan. de variet. l. 17. c. 98.

Veſtibulum templi deſcriptum.

Vid. Demont. 2. ubi ſup.

Gal. in hoc laudatæ columnæ.

In Pantheon hodie deſcenditur; olim ſcãdebatur. Aurelius Antoninus. Sed & tellus, quæ omnia atque adeo ſeipſam fert, ſiue impar ferendo fuit, ſiue impoſitum onus indignata, ſubſedit, & quod conditor adeo ſupra ſolum extulerat, vt pluribus gradibus ad id aſcenderetur, ipſa tantum intra ſe recepit, vt totidem hodie deſcendatur. Quod quidem totâ paſſim vrbe obſeruare licet, vt veteris Romæ non gloria modò, ſed etiam ædificia ſepulta lateant atque obtecta operibus nouæ vrbis. Qui Pantheon Chriſtianis ſacris & ſummæ Diuæ addicauit, Bonifacius IV. fuit fecitq; Phocæ imperatoris permiſſu. Addit Hugonius eundem Pontificẽ Diuorum oſſa è cœmeteriis egeſta aduectaque duodetriginta plauſtris ſubter intimũ altare condidiſſe. Poſt Pãtheon templum S. Mariæ ſupra Mineruam: póſtque iſtud ſequitur incredibilis magnificentiæ. Gymnaſium & Collegium Patrum Societatis IESV, à Gregorio XIII. Pont. Max., vt titulus eſt, Religioni ac bonis artibus conditum anno MDLXXVIII. Adſiſtit Obeliſcus haut ita magnus, à vicina D. Mauti æde cognomen gerens; quomdam pro Chalcidicę Mineruę templo ſtatutus. Mineruæ hoc templum Pompeius Magnus extruxit, euertit neſcio quis caſus: quod verò ſatis ſcio, ruderibus nouam ædem Chriſtiani ſuperimpoſuerunt, quæ DEI paræ ſacra hodiéque *Supra Mineruam* cognominatur. Scio item Poggij Florentini oculati teſtis

Regino & Biblioth. in Bonif. IV.

Stat. 52.

Collegiũ Societatis IESV. Obeliſcus ad S. Mauti. Templũ S. Mariæ *ſupra Mineruam.*

De ruin Rom. ciui.

ſtis indicio abditam infra templum magnæ molis porticum latere, haut dubias Minerualis ædis reliquias. Iſtam DEI paræ, vt dixi, ſacrã Dominicani PP. habent, habitantque iuxta amplo in cœnobio; & D. Catharinæ Senenſis in ea corpus cõditum eſt, præter caput, quod in patria coli dixi ſuperiùs. Conditi ibi etiam multi clariſſimi homines cubant: Paullus IV. Pont. Max. Petrus Bembus, Ioannes à Turre Cremata templi inſtaurator, Thomas de Vio, Caietanus Card. Guilielmus Durandus, cui vulgus Iuriſperitorum Speculatoris cognomen impoſuit; Hieronymus Butigella, Ioannes Annius, Paullus Manutius: omnes hi de litteris & Chriſtiana rep. optimè meriti viri. Raphaël Sanctius Vrbinas ſuperioris ætatis Apelles ibidem ſitus eſt. Porrò templum PP. Societatis IESV aliquid interualli ab ipſorum Collegio, quod dixi, abeſt: admirabili ſtructuræ ſplendore excellit inter pauca. Frons forniſecùs quadratis candentibus ſaxis alioque cultu magnifica intus ſuperba aliquot altaria: ſed quod principale atque intimum eſt, columnarum ornamento facilè præſtat. Tegitur templum fornice vaſto, elato, pulcherrimo: & ipſum plumbeæ laminæ tegunt. omnia Alexandri Farneſij Card. maximis impenſis fabricata. Poſtea ſumptuoſiſſimum D. Marci Palatium, amplitudine aliiſque nominibus conſpiciendum: Paulli II. Veneti monumentum

Diui & alij clari viri, qui in templo ſupra Mineruam humati.

Templum PP. Societatis IESV.

Palatium S. Marci.

Templum eiuſdem. tum. Habet verò Marci nomen à propinquo templo, de quo vide, ſi libet, Pompeium Hugonium in XX. ſtatione.

Mons Capitolinus. Inde Capitolinus ſe attollit Mons; pedes veteres Romanos non minus DCCC. latitudine ſua: longitudine M. D. complexus. Sub eò, qua Tiberim ſpectat, multa olim ſuburbana præclara fuere ædificia, quorum vix aliqua ſuperſunt veſtigia.

Circus Flaminius, *l. 4. ant. Rom. plura Lipſi. lib. de Circus. in.* Flaminius Circus omnium ornatiſſimus adeo euanuit, vt multi docti viri, in qua vrbis parte fuerit, ignorent. Fuluio placet ſecundùm Capitolij radices Tiberim versùs fuiſſe porrectum ita, vt medium eius fuerit, vbi hodie S. Catharinæ templum viſitur.

Templum S. Catharinæ olim Iani bifrontis. Quam olim fuiſſe Iani bifrontem illam, & belli paciſque indicem ædem Boiſſardus ſcribit. Sed prætеritis iſtis, quando ex hominum memoria exterminata iacent, Capitolij editiſſimum verticem ſcandamus; ad quem CXXVI. I. gradus aſcenſum præbent, è Quirini fani marmoribus ex Quirinali monte eò tranſlatis confecti. Situm in ſummo eſt templum, quod Aram Cæli vocant, quia

Templum Arę Cæli. *Oro. ap. Fului. l. 2. cap. 1.* vbi ædes Iouis Feretrij. *de Capitolio c. 39.* in primo vrbis & Orbis monte conſiſtat quo loco Auguſti Imperat. Palatium à Fuluio nominatum; & ædes Feretrij Iouis à Romulo erecta fuit, vti præter plures Iuſtus Rycquius aſſentit. At templum ipſum variis marmoribus ac columnis illuſtratum eſt, & auratis laquearibus fulget; quod dum Magnus Grego-

rius,

rius,conditor eius,dedicarét ſacratétque, Angelum aiunt humano habitu apparuiſſe. Spectantur ſanè in marmore rotundo ferreis clatris circumſepto velut infantilium pedum notæ,quas perhibent inſiſtentem ei Angelum reliquiſſe. & Deiparæ iuxta crucifixum filium conſiſtentis imago monſtratur, à S. Luca, vt memorant depicta. Oſtenditur inſuper Flauij Blondi optimè de Italia & vrbe meriti meritò in ſummo vrbis loco ſitum monumentum. Adiacet templo cœnobiũ Franciſcanorum.Sed Auſtrum versùs abrupta crepido in Capitolij ſubiectam aream propendet, iſque velut paries ea parte aream claudit: parte alia porticus ſatis elegans. Ab Oriente Curia obiecta eſt.Itaque tegitur dicta area à tribus regionibus. ſed qua vrbem proſpicit,aperta eſt, & inde per egregios gradus molli aſcenſu aditur; in quorum graduum capite bini locati ſunt eximia magnitudine marmorei equi cum adſiſtentibus pedeſtribus Cōſtantini,vt putant,ſtatuis.alterutra certè ipſius eſt,vtvt altera Maximiani Imp.ſit,quod multis auctoribus proditur.Illum verò caue audias, qui Caſtoris & Pollucis eas eſſe effigies ſcripſit. Item in fronte Capitolij fixa Marij trophæa conſpiciuntur; non ita pridem è minùs conſpicuo loco huc tranſlata.Sunt autem gemini marmorei trunci, omnis generis ſpolia è marmore exſculpta ferentes, Cimbricæ victoriæ monimenta. In ſiniſtro

Angeli inter tēpli conſecrationem cōparentis veſtigiũ.

Fl.Blondi monumētum.

Monaſterium Franciſcanorum.

Areæ Capitolinæ ſitus.

Statuæ ſupra gradus in Capitolio poſitæ.

Trophæa Marij.

Milliariũ aureum. ſtio angulo Milliarium aureum eſt. Sic Columnam capituli loco pilam gerentem vocant, quæ olim media in vrbe ipsóque in foro ſita omnibus Italiæ viis principium faciebat. Plutarchus in Galba: *Per Tiberianam domum deſcendit in forum, vbi aurea columnà eſt poſita, in quam via militares Italiæ omnes deſinunt.* Auctor Milliarij proditur à Dione Auguſtus, qui viarum circa Romam curator creatus ſtatuit & Milliarium hoc; & qui viis muniendis præeſſent, prætorios viros, aſſignatis cuilibet binis lictoribus, conſtituit. Meminerunt huius Milliarij poſteriores ſcriptores frequenter: Suetonius in Othone cap. VI. Tacitus lib. VI. hiſtor. P. Victor, qui id locat in VIII. regione, quod Forum Romanum erat; & ex recentioribus legendus de eodem Bernardus Gamuccius antiq. Rom. libro primo. Proximæ Conſeruatorum (vrbani magiſtratus nomen eſt) ædes ſunt, exornatæ præſtructa porticu, cuius antè meminimus: ſitæ in ipſo Curiæ Kalabræ ſitu, *quæ Curia*, ait Macrobius, *caſæ Romuli proxima eſt*: caſa autem iſtæc Romulea de canna ſtraminibúſque texta, etiã inter vrbis aureæ ac marmoreæ luxum de eadem idemtidem materie inſtaurata fuit. Ceterùm Conſeruatorum ædes, quas memorauimus, ſcatent illuſtribus è priſca magnificentia reſtantibus monumentis: quorum, vt primùm ingreſſus limen fueris inſignem in obuio atrio copiam adſpicies: marmo-

Conſeruatorum ædes & ſedes in Capitolino.

l. 1. Saturn.

Ovid. 1. Faſtor.

marmoream muro inſertam tabulam, in qua Pedis antiqui inciſa menſura eſt. Facile licet coniicere, quantum lucis ſcriptoribus noſtri æui in veterum dimenſione inde adfulgeat: quamquam ipſum hoc in tantis antiquitatum tenebris lumen turbent & obfuſcent exſtantes aliæ menſuræ huic dimenſioni neutiquam reſpondentes. Admiraberis colloſſeum è marmore pedem, cuius pollex cubiti longitudine eſt. Iuxta æreum caput, itidem portentoſæ magnitudinis Scilicet maximæ atque inſolitæ improbitatis homines etiam ſimulacra ſua immania fecerunt, vt ab inſanis pariter operibus flagitiiſque fama ſua æterna eſſet; nam pes in marmoreo Neronis coloſſo: caput Commodi fuit, quod illi coloſſo, Neronis capite decuſſo, impoſuit, vt quidam ſcribunt: crederémque ego, cùm nihil abſimilis magnitudo ſit, ni materiæ diuerſitas dubiam, imò vanam rem faceret. Quid? in marmoreo corpore æneum caput ſtetiſſe? non poſſum adduci, vt credam: ſed marmoreum illud caput quod in Capitolina area ſupra Marforium muro affixum ſpectatur, ſimile magnitudine materiéque firmiter teneo fuiſſe in eodem coloſſo, in quo pes fuit; quem vt probè contemplatus &, ni diſplicet, etiam menſus fueris, tum ad Seueri Imp. marmoreum monumentum iuxta ſitum tranſi. Aſpicies inſculptum Sabinarum raptum: ibidémque loci alterius Imp. marmoreã ſtatuam

Pedis Romani menſura.

Vid Marlian. l. 1. top. Rom. c. 7. Mercat. de Obeliſ. in app. conſ. 5.

Quæſitum de ſtatuis Neronis & Commodi Impp.

Lampridium l. ge in Commodo, & Ryequi. de Capito. c. 25.

Signa alia in Capitolinis ædibus recenſita.

ſtatuam porrectis manibus: & ſimilem ignotæ mulieris, aliamque quam Mineruæ iudico eſſe. Nec graue ſit defigere oculos parumper in effigie Leonis proſtratum equum mordicus tenentis, raro ædificio ex marmore ſculpta. Hæc in atrio collecta ſimul ſpectantur; tunc ordine, quæ in ſuperioribus conclauibus ſunt, perluſtranda. Ad gradus ſtatim ſiniſtro parieti incluſa exſtat Roſtrata illa columna, quam C. Duilio, cùm primum Punicum bellum proſperè geſſiſſet, publicè Populus Romanus poſuit. corrupta tamen nonnihil eſt, ſeu annorum vi, quâ omnes res patiuntur, ſeu fulminis ictu; hoc vt credam, Liuius inclinat, niſi de alia loquitur: *Columna*, inquit, *Roſtrata in Capitolio bello Punico Coſ. cui collega Ser. Fuluius fuit, tota ad imum fulmine diſcuſſa eſt.* Quem Liuij locum Sigonius ita reſtituit: *Columna Roſtrata in Capitolio bello Punicô priore poſita à M. Æmilio Conſule, cui collega Ser. Fuluius fuit, tota, &c.* Quæ ſi fulmine tota concidit periítque. oportet reliquias haſce nunc conſpicuas alterius, & maximè Duilianæ poſt primum naualem triumphum de Pœnis actum poſitæ eſſe, nam è candido marmore exculptam Silius teſtis eſt. Iuxta Columnam duo Arcus ſpectantur: ſtatuis alter ornatus, alter triumphi imaginibus. Inde ad mediæ ſcalæ flexum Vraniæ & Hadriani Imp. ſtatuæ locatæ; inſertæque ſunt iiſdem parietibus quatuor marmoreæ tabulæ

Columna roſtrata: *de qua Petr. Ciaccon. lib. ſing. obiter Lipſ. antiq. lec. l. 2. c. 14. Ryc. qui. de Capito. c. 33.*

l. 42.

Plin. l. 34. c. 5.

l. 6.

Trium

Triumphi & ſacrificiorum veterum ſpeciem exhibentes. In capite ſcalæ acipenſeris ſuauiſſimi piſcis effigies videtur: cōtraque eam vetus prolixa Lex nigro marmori inſculpta; & propè togata ſtatua cū iſto titulo: *S.P.Q.R. Mario VII. Coſ.* Iam in interioribus conclauibus, quæ maximè digna ſeruentur, aperiā. Intra limen aulæ æneum atque inauratum eſt ſimulacrum Herculis imberbis, dextra clauam, læua Heſperidum aureum malum gerentis, cū hac epigraphe: *Herculi Victori Pallenti Potenti Inuicto D.D.L.M. Fronto.* Hanc ſtatuā affirmat Marlianus ſtetiſſe in Herculis illo fano, quod neque muſcas, neque canes intraſſe Solinus Pliniúſque prodiderunt. Adſiſtit marmoreus Satyris capripes, ad arborē religatus. In porticu interiori celebratiſſima illa, & frequenter à priſcis ſcriptoribus nominata ænea ſtatua Romuli ac Remi lactātis lupæ vberibus inhiantiū exſtat, quæ olim in Comitio iuxta Ficū Ruminalem conſtiterat, vt præter Liuiū Plinius teſtatur. Ibidem in aula duo iuuenum ærea ſimulacra poſita ſunt: ſtantis ſerui alterū; paſtoris alterum marmoreæ baſi inſidentis, & acu ſpinam è pedis planta extrahentis. Gratiſſimum hoc alienæ miſeriæ ſpectaculū egregius ſtatuarius fecit; adeo ſcitè miſeri conatū, & totum in infimam ſui partem proſpectans corpus expreſſit. ſentire diceres & cruciari; & totis connixū viribus auxiliari ac mederi ſuo membro. Prçterea in

Herculis ſimulacrū æreum.

Alterum Romuli & Remi.

Liu. l. 9.

Statuæ honori Rom. Pont. poſitæ.

in Capitolina aula ingens Leoni X. è marmore ſimulacrum, ac poſt eum aliis de rep. Romana inſigniter meritis Pontificibus conſpicuas ſtatuas poſuit Populus Romanus, quas videas licet. Neque exiſtimes vulgarem eum honorem aut à ſeruili adulatione profectum eſſe. in viuos enim Principes vt fortaſſis adulatio locum habeat: ita in mortuos ſtudia odiaque libera, eóque incorrupta ſunt. Habitus autem ille Pontificibus honos ferme poſt mortem fuit: viuos colere ſimulacris ne licuit quidem. Exſtat in Capitolio lex, quæ vetat in hunc modum: *Si quis ſiue priuatus, ſiue magiſtratum gerens de collocanda viuo Pontifici ſtatua mentionem facere auſit, legitimo S. P. Q. R. decreto in perpetuum infamis & publicorum munerum expers eſto.* Sed vt exequar cœpta, aularum parietes vetuſta & eleganti pictura ornati. Theodoſij atque Honorij & geſtarum ab ipſis rerum illæ, quas depictas cernis, imagines ſunt. Ceterùm ex omnibus Capitolinis monumentis nihil æquè dignum ſpectatu eſt, quàm illi à doctis multùm nominati laudatíque Faſti, qui Magiſtratuum & Triumphorum Rom. ſeriem continent, non plurimis abhinc annis effoſſi è foro, & Paulli III. Pont. Max. iuſſu in Capitolium tranſlati. Tranſlata eodem ex Laterano ænea illa Veſpaſiani tabula fuit, cuius apud antiquarios crebra mentio: forma verò inſculptúmque SC. apud Boiſſardum tertio volum.

extra ſuſpicioné adulationis.

vt quæ lege prohibita.

Faſti Romani.

volum.ant.Rom.exſtat. Sat multa de Capitolinis ædibus dixiſſe me exiſtimo pro ratione inſtituti mei, neutiquam pro numero dignitatéque rerum, quæ plurimæ ſunt & digniſſimæ admiratione. Redeo in Capitolinam aream, & ad æneum quondam, vt reliquiæ monſtrant, inauratum equum, qui in media area celſus ſe oſtentat, M. Aurelium Antoninum Imp. ferens, ab inſigni arte plurimùm commendatus. Ex aduerſum intra parietem Marforius ingens ſcopulo incumbit Hic Paſquini conuitia diluit purgando, reiiciendóque in auctorem. Exiſtimant Panarij Iouis ſimulacrum eſſe, quòd tumores panis ſpecie promineant. Alij Rheni notiſſimi apud nos fluuij imaginem putant, & Domitiano de Germanis Rheni accolis triumphanti poſitam in foro fuiſſe cum ſuperſtante æreo equo; etſi fluuij ſimulacrum marmoreum ſit. forſan de eo hic Statij verſus accipiendus:

Statua equeſtris M. Aur. Antonini.

Marforius, fortè Rheni ſimulacrum.

Vid. Gamuc. l. 1. ant Rom. Marl. l. 3. cap. 3. Boiſſard. 2. p. top.

Ænea captiui crinem tegit vngula Rheni.

Supra Marforium ſpectatur coloſſeum è marmore caput Commodi Imp. cuius antea memini. Inde ſecus viam, quæ ex Capitolio in templum Aræ Cæli ducit, gemina ſimulacra ſita ſunt: vtraque Conſtantini Imp. vt ſubſcriptio perhibet; ex ipſius thermis tranſlata, vt Gamuccius teſtatur libro tertio antiq. Romanarum. Supereſt Curia mole maior, quàm ornatu; qui, ſi frontis aliqua ornamenta excipias,

Conſtantini binæ ſtatuæ.

Curia Capitolina.

Nili & Tigridis fl. ſimulacra. *Fuln. Gamuc. l. 1. Boiſſard. 1. p. top. Leand. Albert. Fulu. l. 2. ant. Ro. c. 1 l. 22. De quo exactè Rycqui. comment. de Capito. Lipſi. de magn. Rom. l. 3. c. 5. Marlia. l. 2 c. 4. Boiſſ. 1. p. top. & 2. ſ. c. 10. Salmuth in not. ad ant. deper. Pancir. c. 33.* Platea Montanaria *Fului. l. 2. c. 1.* Arcis Capitolinæ ſitus. Templũ S. Mariæ de Conſolatione c. 5.

pias, vix aliquis eſt. In fronte vnicè ſpectanda ſunt: lapidea vtrimque ſcanſilis ſcala, & quæ pro ſcala recumbunt, paris formæ ingentia ſimulacra. Species virorũ ſeminudorũ eſt Cornucopiæ tenentium: ſed accubans vni Sphynx, alteri tigris facit, vt cum multis credam Nili & Tigridis celeberrimorum fluuiorũ eas imagines eſſe. Monſtraui, quæ exſtantia in Capitolio videri queunt: ſed multò maxima pars interiit. Sexaginta illa templa, delubra, aræ, quibus Capitolium opertum fuit & exornatum adeo magnificè, vt Ammianus Marcellinus non dubitet ea omnibus Ægyptiis miraculis anteferre, periere profundiùs, quàm ipſis inferiores Ægyptiæ moles. Illud cælo certans Iouis Capitolini templum vbi eſt? quid ipſum quæro, cùm vix locus, in quo fuerit, ſciatur? Marlianus atque Boiſſardus exiſtimant, fuiſſe in ea Montis crepidine, quæ Montanariam, vt hodie vocant, plateam ſpectat. Æquè in obſcuro eſt, quo montis ſitu Arx fuerit. audet dicere Fuluius, & *fuit*, inquit, *Arx loco edito è regione Palatij ſupra forum iugo collis, qui Saturnius primò, mox Tarpeius, nouiſſimè à capite humano ibi inuento Capitolinus eſt dictus. viſuntur adhuc ruinæ ex atro liberalique lapide, viâ quâ nunc itur è Capitolio ad S. Mariam de Conſolatione.*

Iuſtus Rycquius eo in commentario, quo Capitolij antiquitates exactè deſcripſit, Arcem Capitolinam turribus muriſque

riſque pinnatis circumcluſam illam Montis editiorem partem fuiſſe affirmat, quæ meridiem verſus Tiberim ac Theatrum Marcelli & Auentinæ Dianæ templum ſpectabat. Atque in hac ſumma Arce Iouis Capitolini ædem, quam laudauimus præcipuæ apud Romanos venerationis fuiſſe Herodianus auctor eſt. *l.7.* Quod templum promiſcuè Arcem à quibuſdam ſcriptoribus, à nonnullis verò Capitolium vocatum: verè autem propriè que Capitolium fuiſſe illam planiorem patentioremque Montis partem, *c.5.7.& ſeq.* quæ Aquilonem reſpiciens Quirinalemque verſus vltra Arcis mœnia longiùs porrigebatur, idem Rycquius obſeruauit; qui porrò Montis totius figuram, altitudinem, ſitum, & quæ in eo ædificia fuerint, ſigillatim recenſuit. Aſylum Aſylum. quidem & Væiouis fanum, quæ in Fanum Capitolio ſita, Boiſſardus ex Marliani Væiouis. ſententia locat eos intra loci fines, *2.p. topog.* quos Capitolina ſuperiùs deſcripta area complectitur: Rycquius verò nihil abſonus vtraque inter Arcem & Capitolium *c.7.* fuiſſe aſſerit, planè ad mentem P. Victoris, qui in vrbis Topographia Regione IX. *Ædes Væiouis,* inquit, *inter Arcem & Capitolium, prope Aſylum.*

Porro Saxum & rupem Tarpeiam, Rupes Tarpeia. ex qua damnati præcipitabantur, tantæ celſitudinis, vt iuxta Senecam, *ſecurè etiam deſpicientibus eſſet horrenda*; Foro ſuper

l.7. ſuperſtetiſſe Dionyſius ſcribit; cuius cã partem, quæ Tiberim & ferme Senatoriũ Pontem aſpicit, ſingulari nomine ſaxum Carmentæ dictam fuiſſe Marlianus autumat. Carcerem verò ipſum ſacra fama eſt ſub Capitolio defoſſum fuiſſe eo loco, vbi Sacellum D. Petri vulgò cognominatum in Carcere Tulliano viſitur; conditum enim honori eius fuit, quòd in eo captiuus fuiſſet. Primus Carceris auctor Ancus rex proditur à Liuio, qui ita de eo: *fecit*, inquit, *Carcerem media vrbe imminentem foro ad terrorem increſcentis audaciæ.* poſtea Tullius rex ſubterraneam ſpecum cauauit, vbi rei tutiùs cuſtodirentur. Hoc Tullianum dictum eſt, vt Varro memorat; & Salluſtius, *Eſt*, ait, *locus in Carcere, quod Tullianum appellatur, vbi paullum deſcenderis, depreſſus ad læuam circiter X X. pedes; eum muniunt vndique parietes atque inſuper camera lapideis fornicibus iuncta* *, *ſed inculta tenebris & odore fœdo, atque terribilis eius facies eſt.* Meliùs depingit Calpurnius Flaccus: *Video*, inquit, *Carcerem publicum ſaxis ingentibus ſtructum, anguſtis foraminibus tenuem lucis vmbram recipientem. In hunc abiecti robur Tullianum adſpiciunt: & quoties iacentes ferrati poſtis ſtridor excitat, exanimantur, & alienum ſupplicium aſpectando* * *ſuum diſcunt. ſonant verbera intus, recuſantibus ſpurca manus carnificis ingeritur: ſedet ianitor inexorabili pectore, qui flente matre ſiccos tenet oculos: illuuies corpus exaſperat, manus catenæ*

Saxum Carmentæ.

l.2.c.5. Carceris Romani veteris ſitus examinatus.

Sacellum S. Petri in Carcere Tulliano.

l.1.

Tullianũ antrum in Carcere.

l.4. de lin. Lat. Salluſt. in Catilin. eius ſpecies deſcripta.

* vincta alij legũt.

* *ita legit Lipſi. in comment. ad Tac. 4. Annal.*

catenæ premunt. Fama, vt dixi, & famæ innixi multi eruditi Carcerem Tullianũ vocant ſubterraneum illud antrum, quod hodie D. Petro ſacrum eſt. Baronius carcerem fuiſſe non negat, quod vel ſpecies loci ſatis probat, & DD. Petrum, Paulum innumeróſque alios Martyres abiectos in eum fuiſſe fatetur: Tullianum fuiſſe aut Romanum illum veterem pernegat. quem ergo? Mamertinum nominat, nec nominis cauſſam habet, etſi quidem Carceris conditores, qui hodiéque inſculpti in fronte leguntur: *C. VIBIVS C. F. RVFINVS. M. COCCEIVS. M. F. NERVA COS. EX S. C.* Tullianum verò ſub Capitolio quà Tiberim ſpectat, locat in ipſo ædis D. Nicolai ſitu, quæ in Carcere Tulliano appellatur. Fama item eſt, haut ſanè à grauiſſimorum virorum ſcriptis abhorrens, Proceſſum ac Martinianum milites, qui Petro ceteríſque in hoc carcere iacentibus reis cuſtodes aderant, edoctos ab Apoſtolo Chriſtianam religionem ſuſcepiſſe, cúmque baptiſmo initiandi eſſent, nec aqua ſuppeteret, prorupiſſe è ſaxo fontem, qui hodiéque manat *perenni* (ait Baronius) *illuſtris miraculo: quippe poſitus in medio carceris ſtrati pregrandibus lapidibus Tiburtinis ſibi inuicem inhærentibus, è perforato ſaxo altitudine cubitali tantummodo & palmi vnius latitudine, ſic aqua ſcaturit, vt nec foras exundet, nec quantumlibet hauriatur, vnquam ſiccetur. Notiſſimum eſt eius rei ex-*

in Martyrolog. ad 14. Mart. Ligor. parad. 2. & 47. Rycqui. de Capito. c. 45.

Templũ D. Nicolai in Carcere Tulliano.

Sur. 2. Iul. Baron. ad an. 68. num. 24. Bozi. de ſign. Eccl. l. 1. c. 16.

Fons in Sacello D Petri admirabilis.

Q *peri*

[illegible] *quibus* [illegible] *totius vrbis* [illegible] *aquam* [illegible] *perſeue-* [illegible] Palatinus Mons [illegible] valle pedes [illegible] DCCC. [illegible] e paten- [illegible] Forum Romanum fuit, [illegible] ac pulcher- [illegible], vt cetera, [illegible] rudera aliquot [illegible] quo quædam [illegible] formæ, ſcire. [illegible] contiguum Ro- [illegible] Capitolinam val- [illegible] Murcia ſiue Auen- [illegible] montem à [illegible] Circus Maximus [illegible] Boarium, auctore [illegible] quem Hercu- [illegible] Cacum receptóſque [illegible]. Quam- [illegible] à fabuloſa anti- [illegible] cum multi at- [illegible] renundatos in eo [illegible] quare haud dubi- [illegible] nomen eſſe. Ex- [illegible] integer qua- [illegible] quadrifrontis; etſi [illegible], quam ex [illegible] Ludouicus De- [illegible] rationem [illegible] quid portæ, [illegible] fronte ædicu-

[illegible]

læ

læ ſeu loculamēta ſignificent: octonæ aliȩ feneſtræ, quas in ſuperiori parte fuiſſe autumat, cum geminis Iani ſimulacris, cuius rei notandæ gratiâ factæ fuerint, ſanè ſubtiliter, ſi non verè, diuinat. ab eo petat, qui huius ac cæterorum antiquitatis operum ſymbola noſſe volet. In Boario præterea foro Arcus, ſeu, vt Cicero vocat, Fornix Fabianus fuit, nec procul Iano, & forſitan is ipſe, quem Arcum argentariorum vocant. in quo eiuſmodi titulus: *Imper. Cæſ. L. Septimio Seuero Pio Pertinaci Auguſt. Arabico. Adiabenico Parthico Max. Fortiſſimo, Feliciſſimo. Pontifici Max. Trib. Poteſt. XII. Imp. XI. Coſ. III. Patri Patriæ. Et Imper. Cæſ. M. Aurelio Antonino Pio. Felic. Aug. Trib. Poteſt. VII. Coſ. III. P. P. Procoſ. Fortiſſimo feliciſſimóque Principi. Et Iuliæ Auguſtæ Matri Aug. N. Et Caſtrorum. Et Senatus. Et Patriæ. Et Imp. Cæſ. M. Aurelij. Antonini Pij. Felicis Aug. Parthici. Max. Britannici Maximi Argentarl & Negotiantes BoarI huius loci. Qui Deuoti Numini eorum invehent.* At Alexander ab Alexādro,* & Aſconiū ſecutus Fuluius, & ex Tremellij ſentētia Marlianus Fabij Arcum in Foro Romano & Sacra Via iuxta Fauſtinæ tēplū ſtetiſſe ſcribunt; qua fermè regione Calpurnius quoque fornix fuit, vbi C Gracchus fragmento ſubſellij ictus occubuit. Adiacet Arcui argentariorū, ſiue is Fabianus fuit, Sēpronia Baſilica, vt Marlianus probat approbátque Hugonius: veruntamen ſacra hodie D. Georgio

Pro Plancio.

Arcus argentariorum.

* *genial. dier. l. 2. Fulu. l. 4. ant. Rom. c. 7. Marlian. l. 3. c. 26.*

Arcus Fabianus. Fornix Calpurnius.

Baſilica Sempronia, iam templum S. Gregorij in Velabro: *in Romn. lo.*

Q 2 cogno

cognomento in Velabro. Ita namque ea regio vocabatur à velis non theatralibus, vt quidam apud Plutarchum cenſuêre, ſed nauticis potiùs, aut fortè à velatura, id eſt naulo; humiles enim illæ conualles, antequam Tarquinius Priſcus longiùs Tiberim amouiſſet, ſuperfuſi fluminis aquas receptabant, vt niſi nauigiis traiici è Palatio in Auentinum non poſſet. Auctor præter Propertium Ouidius eſt his verſibus:

Quà velabra ſolent in Circum ducere pompas,
Nil præter ſalices, cannaque craſſa fuit.
Hic vbi nunc fora ſunt, lintres errare videres,
Quáque iacent valles, Maxime Circe, tua.

Forum Piſcariũ. Templũ S.Mariæ in Porticu. Theatrũ Marcelli.

Iuxta Boarium, ſed propinquius Tiberi Piſcarium forum fuit eo loco, quo S. Mariæ in Porticu iam templum eſt. meminit eius Plautus: *Apud Piſcarium, vbi varia res venduntur.* De templi cognomine ego ſic ſentio, Theatro Marcelli, cuius non procul inde aliqua pars, ſed afflata incendio fœdáque ſitu ſupereſt, Auguſtum ipſius Theatri conditorem Porticum in honorem Octauiæ ſororis adſtruxiſſe, quæ vſque ad memoratum S.Mariæ templum pertigerit; certè Octauiam porticum à Marcelli Theatro eo vſque excurriſſe præter Fuluium Marlianus affirmat. ab hac ergo inditum id templo cognomentum fuiſſe exiſtimo.

Porticus Octauia.

l.3.c.11. Boiſſard. 1.p.topog.

Monſtrant

Monſtrant in eo Sapphirinum lapidem, quem ad D. Virginis imaginem cælitus angelos attuliſſe fama eſt. Iuxta Piſcarium, quod dixi, forum etiam Olitorium fuit, quam partem vrbis hodie Plateam Montanariam vocant: antiquo autem pomerio inſerta non fuit, ſed extra Portam Carmentalem: ſitam, vt vult Marlianus ad Capitolij, quà Tiberim deſpectat, imas radices. Verùm iſtos obſoniorum mercatus epulonibus perluſtrandos relinquamus: in Romanum ego forum redeo, quod proprium fuit iudiciorum, ideóque multò, quàm cetera, cultius. Summo cliuo, quo ex Capitolio deſcenditur in forum, tres columnæ ſupra terram ferme dimidiæ exſtant; haut dubiæ reliquię pulcherrimę porticus: quę verò ea fuerit, non auſim affirmare: nec quæ doceant literæ, cōparent, præter has paucas: ESTITVER. Auctores ſcio qui Liuiam fuiſſe porticum ſcribant. ſcio alios, qui ex octoginta columnis, quibus aureus Caligulæ pons, inſanum opus, incubuit, ſupereſſe tres iſtas exiſtiment: quibus aſſentiar, neſcio: mouet quidem & propè perſuadet amœni ingenij antiquarius, vt arbitrer eſſe fragmenta templi Tonantis Iouis ab Auguſto conditi ſuper Capitolinum cliuum, prout litteris mandauit P. Victor. Ad latus octo aliæ columnæ videntur, reliquæ è porticu templi, ſiue Iunonis Monetæ, vt Ligorio placet, ſiue vt aliis vulgò Concordiæ. Ionicæ certè ſtru-

Forū Olitorium.

Platea hæc indicata fuit iam ſuperiùs. *l.1.c.4.*

Portæ Carmentalis ſitus.

Reliquiæ forſitan templi Iouis Tonantis.

Pyrrh. Ligorius in parad.

Columnæ reliquæ fortè ex æde aut porticu Concordiæ.

Vid. Ryequi. de Capitol. c. 42

ctura ædificium fuit, & publico ſumptu refectum, poſteaquam arſiſſet. vnde inſcriptio: *S.P.Q.R. incendio conſumptum reſtituit.* Quæ verba non nemo vulgari ſententiæ aduerſans de Capitolij potiùs, quàm Concordiæ porticus inſtauratione accipit, cùm maximè in Lateranenſi Baſilica, vti indices Lylium Gyraldum ac Marlianum habeo, exſtet lapis, in quo S. P. Q. R. ædem Concordiæ non incendio, ſed vetuſtate collapſam in meliorem faciem, opere & cultu ſplendidiore, in Magni Conſtantini gratiam reſtituiſſe ſcribitur. Me tamen hoc argumento nullus à vulgari ſententia abſtraxerit, quippe qui è Ludouici Viuis commentario, nec non è Ioannis Roſini antiquitatum Romanarum libro ſecundo, capite decimo octauo ſciam, in vrbe templa Concordiæ minimùm IV. fuiſſe: quorum vnum aliquod vi annorum ſolutum S.P.Q.R. Conſtantini principatu potuit refeciſſe: id verò, quod Capitolio propinquũ ſtetit, incendio potuit periiſſe, tot inter Capitolij deflagrationes, quas in Poplicola Plutarchus & Tacitus libro Annalium ſexto itemque hiſtoriarum tertio cõmemorant. Quid quod grauiſſimus auctor Baronius negat talem inſcriptionem in Lateranenſi æde, aut vllo alio loco comparere? Quam proinde adulterinam eſſe vel hoc argumento ſit, quòd Imp. Conſtantinus veri Dei cultor, Concordiæ ſimiliúmque numinum oſor & hoſtis fuit: quo

de ſyntag. deor. Marlian. l. 2. c. 12.

ad l. 3. S. Aug. de ciuit. DEI c. 25.

Templa Concordiæ ſacra Romæ plura.

ad an. 312.

quocirca voluiſſe Senatum fani eius inſtaurationе gratiam ab ipſo inire nimiũ veri diſſimile eſt. Octo ergo iſtæ columnæ, vt antiquariorum plurimi ſentiunt, è porticu Concordiæ ſuperſunt. Sequitur ad radices cliui Capitolini Arcus Lucio Septimio Seuero dicatus, omnium olim ſplendidiſſimus, nunc incendio tæter ac mutilus, & ita humo hauſtus, vt magna pars lateat ſepulta: noſcitantur attamen vtrimque inſculpta terreſtrium ac maritimorum bellorum trophæa,& ſupernè volantes alatæ Victoriæ:legeréq; eſt inſcriptionem eiuſmodi: *Imp. Caſ. Lucio.Septimio M.Fil.Seuero.Pio.Pertinaci. Aug. Patri Patriæ Parthico. Arabico, & Parathico Adiabenico.Põtif.Maximo. Tribunic.Poteſt. XI.Imp.XI. Coſ.III.Procoſ. & Imp.Caſ. M. Aurelio.L.Fil.Antonino. Aug.Pio.Felici.Tribunic. Poteſt. VII. Coſ. Procoſ. P. P.Optimis Fortiſſimiſque Principibus. Ob rẽ publicã reſtitutã Imperiũque Populi Romani propagatũ inſignibus virtutibus eorũ.Domi Foriſque* S. P. Q. R. Poſt Arcum in conſpectu eſt templũ Hadriani, vetuſtæ nec rudis ſtructuræ, cum portis ahenis: ab Hadriano Imp.cœptum primitus,dedicatum ab Antonino Pio: poſtmodum ad Hadriano I. Pontif. Rom. luſtratum Chriſtiano ritu, ac D. Hadriani Martyris honori ſacratum: non ita pridem à Card. Bellaio inſtauratum. Fuluium ego ſecutus Hadrianum Imp. huius templi conditorem feci,ne abſque certo auctore ſcripſiſſe me putet,

Arcus L. Sept. Seueri.

Templũ Hadriani.

l.3.c.de foro Auguſti.

* *Gammuc. l. 1. ant. Rom. Boiſſard. 1. p. topog.* Forum Auguſti, & Iulij Cæſ. *De cuius ornamentis Suet. Plin. Lipſ. de mag. Rom. l. 3. c. 7. De triplici foro legendus Alex. ab Alex. genial. dier. l. 2. c. 12.* Porticus Fauſtinæ, & ibi tēplum S. Laurentij in Miranda. *l. 3 epig. 38.* Baſilica Paulli. *In Caſare. Apian. l. 2. bel. ciuil. meminit eiuſdem Tacit. 3. annal. vbi Lipſ.*

putet, qui apud Marlianum, Schottum & alios Saturni hoc templum à Tullo Hoſtilio ex voto erectum ac dedicatum apud alios * fuiſſe Ærarium publicum vrbi leget. Hîc Auguſti Cæſaris fuiſſe Forū idem Fuluius exiſtimat: ſicut & Iulij patris ibi, vbi Fauſtinæ porticus præſtructa templo S. Laurentij in Miranda conſpicitur. eáque gemina fora fuêre velut appendices magni Romani fori, redditúmque in iis etiam ius, & aliæ publicæ procuratæ res. Hinc Martialis ad Sextum:

Cauſſas, inquis, agam Cicerone diſertior ipſe,
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Hinc & Statius:

Qua trino iuuenis foro tonabas.

At Fauſtinæ columnata porticus, vt hodiéque inſcriptū apparet, *Diuo Antonino & Diuæ Fauſtinæ ex S.C.* erecta fuit. Proximè eum locum arbitrantur quidam illam Phrygiis columnis celebratiſſimam Paulli Baſilicam ſtetiſſe, quam teſte Plutarcho Æmilius Paullus mille & quingentorum talentorum, vel, vt Gammuccius ſupputat, nongentorum millium aureorum impenſâ extruxit in foro; dirutæque eius materiem in Fauſtinæ porticus ornaméta verſá eſſe exiſtimant. Alij exſtare adhuc temporis partem eius ſentiunt: ſcilicet id theatralis figuræ ædificiū in plures fornicatas cameras diuiſum, quod

quod ad Quirinalis radices Forum verſus conſpicitur. Demontioſius non illam Paulli Baſilicam, ſed Municipiorum ſtationes fuiſſe opinatur, aſſignatque alium Baſilicæ locum, medio inter id ædificium & Fauſtinæ porticum ſpatio. Sequitur hanc porticum etiam in Foro Romano DD. Coſmæ & Damiani templum; quo loco arbitratur Fuluius ſtetiſſe fanum deorum penatium à Dionyſio lib. 1. deſcriptum. Ipſum Romulo priùs, vt Blondus: ſiue, vt Schottus ac Volaterranus ſcribunt, Caſtori: vt alij, vrbi Romæ ſacrum Felix IV. Rom. Pont. dictis Martyribus dicauit. Sed Fuluius; vt hoc obiter notem, à Schotto ac Volaterrano non nimium diuerſus videtur, cùm Caſtor & Pollux Romanis quoque penates dij fuerint, vt ad S. Auguſtinum de Ciuitate Dei lib. 1. cap. III. adnotauit Ludouicus Viues. A Liuio autem hercle diuerſus eſt, qui libro LV. ædem deorum penatium in Velia locat; atqui Velia, pars Palatini montis Boreæ obuerſa fuerat, teſte Marliano. Exſtat rotunda ædes templo, quod dixi, contigua, quam ipſo vetuſtiorem & vrbi Romæ aliquando ſacram fuiſſe cenſet Hugonius: cetera Felicem Pontificem adſtruxiſſe, æneas figuris variegatas fores Hadrianum I. Peruſiâ aduehi ad templi ornamentum curauiſſe; Gregorium Magnum præſides templi Coſmam & Damianum ſubter ſummum altare condidiſſe. Pergo, atque ecce in

Municipiorum ſtationes.

Templũ SS. Coſmæ & Damiani. *l. 3. Rom. ant. Marlian. lege ant Boiſſard. 2. p. top. Rom. c. 33. & 35. Hugon. 23. ſtat. Baron. 27. Septemb.*

l. 3. c. 4. Vrbis Romæ rotunda ædes. DD. Coſmæ & Damiani corpora.

Nili & Tigridis fl. ſimulacra. pias,vix aliquis eſt. In fronte vnicè ſpectanda ſunt: lapidea vtrimque ſcanſilis ſcala, & quæ pro ſcala recumbunt, paris formæ ingentia ſimulacra. Species virorũ ſeminudorũ eſt Cornucopiæ tenentium: ſed accubans vni Sphynx, alteri tigris facit,vt cum multis credam Nili & Tigridis celeberrimorum fluuiorũ eas imagines eſſe. Monſtraui, quæ exſtantia in Capitolio videri queunt: ſed multò maxima pars interiit. Sexaginta illa templa, delubra,aræ,quibus Capitolium opertum fuit & exornatum adeo magnificè, vt Ammianus Marcellinus non dubitet ea omnibus Ægyptiis miraculis anteferre, periere profundiùs,quàm ipſis inferiores Ægyptiæ moles. Illud cælo certans Iouis Capitolini templum vbi eſt? quid ipſum quæro,cùm vix locus,in quo fuerit, ſciatur? Marlianus atque Boiſſardus exiſtimant,fuiſſe in ea Montis crepidine, quæ Montanariam,vt hodie vocant, plateam ſpectat. Æquè in obſcuro eſt,quo montis ſitu Arx fuerit. audet dicere Fuluius, & *fuit*,inquit, *Arx loco edito è regione Palatij ſupra forum iugo collis, qui Saturnius primò,mox Tarpeius,nouiſſimè à capite humano ibi inuento Capitolinus eſt dictus. viſuntur adhuc ruinæ ex atro liberalique lapide, viâ quâ nunc itur è Capitolio ad S. Mariam de Conſolatione.*

Iuſtus Rycquius eo in commentario, quo Capitolij antiquitates exactè deſcripſit, Arcem Capitolinam turribus muriſque

Fulu. Gamuc. l. 1. Boiſſard. 1. p. top. Leand. Albert. Fulu. 2. aut. Ro. c. 1 l. 22. De quo exactè Rycqui. comment. de Capito. Lipſi. de magn. Rom. l. 3. c. 5. Marlia. l. 2 c. 4. Boiſſ. 1. p. top. & 2. ſ. c. 10. Salmuth in not. ad ant. deper. Pancir. c. 33.

Platea Montanaria

Fului. l. 2. c. 1.

Arcis Capitolinæ ſitus.

Templũ S. Mariæ de Conſolatione c. 5.

riſque pinnatis circumcluſam illam Montis editiorem partem fuiſſe affirmat, quæ meridiem verſus Tiberim ac Theatrum Marcelli & Auentinæ Dianæ templum ſpectabat. Atque in hac ſumma Arce Iouis Capitolini ædem, quam laudauimus præcipuæ apud Romanos venerationis fuiſſe Herodianus auctor eſt. *l.7.* Quod templum promiſcuè Arcem à quibuſdam ſcriptoribus, à nonnullis verò Capitolium vocatum: verè autem propriéque Capitolium fuiſſe illam planiorem patentioremque Montis partem, *c.5.7.& ſeq.* quæ Aquilonem reſpiciens Quirinalemque verſus vltra Arcis mœnia longiùs porrigebatur, idem Rycquius obſeruauit; qui porrò Montis totius figuram, altitudinem, ſitum, & quæ in eo ædificia fuerint, ſigillatim recenſuit. Aſylum quidem & Væiouis fanum, quæ in Capitolio ſita, Boiſſardus ex Marliani ſententia locat eos intra loci fines, quos Capitolina ſuperiùs deſcripta area complectitur: Rycquius verò nihil abſonus vtraque inter Arcem & Capitolium fuiſſe aſſerit, planè ad mentem P. Victoris, qui in vrbis Topographia Regione I X. *Ædes Væiouis,* inquit, *inter Arcem & Capitolium, prope Aſylum.*

Aſylum. Fanum Væiouis. *2.p. topog.* *c.7.*

Porro Saxum & rupem Tarpeiam, ex qua damnati præcipitabantur, tantæ celſitudinis, vt iuxta Senecam, *ſecurè etiam deſpicientibus eſſet horrenda*; Foro ſuper

Rupes Tarpeia.

l.7. ſuperſtetiſſe Dionyſius ſcribit; cuius cã partem, quæ Tiberim & ferme Senatoriũ Pontem aſpicit, ſingulari nomine ſaxum Carmentæ dictam fuiſſe Marlianus autumat. Carcerem verò ipſum ſacra fama eſt ſub Capitolio defoſſum fuiſſe eo loco, vbi Sacellum D. Petri vulgò cognominatum in Carcere Tulliano viſitur; conditum enim honori eius fuit, quòd in eo captiuus fuiſſet. Primus Carceris auctor Ancus rex proditur à Liuio, qui ita de eo; *fecit*, inquit, *Carcerem media vrbe imminentem foro ad terrorem increſcentis audaciæ*. poſtea Tullius rex ſubterraneam ſpecum cauauit, vbi rei tutiùs cuſtodirentur. Hoc Tullianum dictum eſt, vt Varro memorat; & Salluſtius, *Eſt*, ait, *locus in Carcere, quod Tullianum appellatur, vbi paullum deſcenderis, depreſſus ad læuam circiter X X. pedes; eum muniunt vndique parietes atque inſuper camera lapideis fornicibus iuncta* *, *ſed inculta tenebris & odore fœdo, atque terribilis eius facies eſt.* Meliùs depingit Calpurnius Flaccus: *Video*, inquit, *Carcerem publicum ſaxis ingentibus ſtructum, anguſtis foraminibus tenuem lucis vmbram recipientem. In hunc abiecti robur Tullianum adſpiciunt: & quoties iacentes ferrati poſtis ſtridor excitat, exanimantur, & alienum ſupplicium aſpectando* * *ſuum diſcunt. ſenant verbera intus, recuſantibus ſpurca manus carnificis ingeritur: ſedet ianitor inexorabili pectore, qui flente matre ſiccos tenet oculos: illuuies corpus exaſperat, manus catena*

Saxum Carmentæ.

l.2.c.5.

Carceris Romani veteris ſitus examinatus.

Sacellum S.Petri in Carcere Tulliano.

Tullianũ antrum in Carcere.

l.4.de lin. Lat. Salluſt. in Catilin.

eius ſpecies deſcripta.

* vincta alij legũt.

* *ita legit Lipſi. in comment. ad Tac. 4. Annal.*

catena premunt. Fama, vt dixi, & famæ innixi multi eruditi Carcerem Tullianũ vocant ſubterraneum illud antrum, quod hodie D. Petro ſacrum eſt. Baronius carcerem fuiſſe non negat, quod vel ſpecies loci ſatis probat, & DD. Petrum, Paulum innumeróſque alios Martyres abiectos in eum fuiſſe fatetur: Tullianum fuiſſe aut Romanum illum veterem pernegat. quem ergo? Mamertinum nominat, nec nominis cauſſam habet, etſi quidem Carceris conditores, qui hodiéque inſculpti in fronte leguntur: *C. VIBIVS C. F. RVFINVS. M. COCCEIVS. M. F. NERVA COS. EX S. C.* Tullianum verò ſub Capitolio quà Tiberim ſpectat, locat in ipſo ædis D. Nicolai ſitu, quæ in Carcere Tulliano appellatur. Fama item eſt, haut ſanè à grauiſſimorum virorum ſcriptis abhorrens, Proceſſum ac Martinianum milites, qui Petro ceteríſque in hoc carcere iacentibus reis cuſtodes aderant, edoctos ab Apoſtolo Chriſtianam religionem ſuſcepiſſe, cúmque baptiſmo initiandi eſſent, nec aqua ſuppeteret, prorupiſſe è ſaxo fontem, qui hodiéque manat *perenni* (ait Baronius) *illuſtris miraculo: quippe poſitus in medio carceris ſtrati prægrandibus lapidibus Tiburtinis ſibi inuicem inhærentibus, è perforato ſaxo altitudine cubitali tantummodo & palmi vnius latitudine, ſic aqua ſcaturit, vt nec foras exundet, nec quantumlibet hauriatur, vnquam ſiccetur. Notiſſimum eſt eius rei ex-*

in Martyrolog. ad 14. Mart. Ligor. parad. 2. & 47. Rycqui. de Capito. c. 45.

Templũ D. Nicolai in Carcere Tulliano.

Sur. 2. Iul. Baron. ad an. 68. num. 24. Bozi. de ſign. Eccl. l. 1. c. 16.

Fons in Sacello D Petri admirabilis.

perimentum, dum certis anni diebus: quibus carcer ille religionis ergo inuiſitur totius vrbis concurſu, etſi fideles inde hauriant aquam & potent, fons tamen indeficiens perſeueret. Contra Capitolinum Palatinus Mons eſt, dirimitúrque perampla valle pedes non minùs DCCC. in latitudine patente, quod olim Forum Romanum fuit, frequentatiſſimum omnium ac pulcherrimum: ſæuiit in id quoque, vt cetera, edax tempus, nec niſi rudera aliquot reliqua fecit, vt potiùs quo quædam loco fuiſſent, quàm cuius formæ, ſcire mus. Fuit & Boarium contiguum Romano forum ibi, vbi Capitolinam vallem tranſuerſa excipit Murcia ſiue Auentina vallis, quæ Auentinum montem à Palatino diuidit, in qua Circus Maximus fuit, vt ſuprà dicebam. Boarium, auctore Ouidio, vocatum à boue, quem Hercules poſt trucidatum Cacum receptóſque boues eo loco Ioui immolauit. Quamquam etymon fori huius à fabuloſa antiquitate petere quid opus? cum multi atque egregij ſcriptores venúmdatos in eo boues fuiſſe tradant; quare haut dubitandum à re natum loco nomen eſſe. Exſtat in Boario hoc foro ſatis integer quadrifrons Arcus Iani quadrifrontis; etſi ſumma pars deeſſe videatur, quam ex ſua coniectura reſtituit Ludouicus Demontioſius, & totius ſtructuræ rationem ad temporis myſteria refert; quid portæ, quid duodenæ in qualibet fronte ædicu-

Forum Romanũ antiquũ.

Forũ Boarium. Vallis Murcia.

Foro Boario vnde nomen?

Varro, Sex. Pompeius & alij.

Arcus Iani.

In Heſp. Gal. p. 2.

læ

læ ſeu loculamēta ſignificent: octonæ aliꝗ feneſtræ, quas in ſuperiori parte fuiſſe autumat, cum geminis Iani ſimulacris, cuius rei notandæ gratiâ factæ fuerint, ſanè ſubtiliter, ſi non verè, diuinat. ab eo petat, qui huius ac cæterorum antiquitatis operum ſymbola noſſe volet. In Boario præterea foro Arcus, ſeu, vt Cicero vocat, Fornix Fabianus fuit, nec procul Iano, & forſitan is ipſe, quem Arcum argentariorum vocant in quo eiuſmodi titulus: *Imper. Cæſ. L. Septimio Seuero Pio Pertinaci Auguſt. Arabico. Adiabenico Parthico Max. Fortiſſimo, Feliciſſimo. Pontifici Max. Trib. Poteſt. XII. Imp. XI. Coſ. III. Patri Patriæ. Et Imper. Cæſ. M. Aurelio Antonino Pio. Felic. Aug. Trib. Poteſt. VII. Coſ. III. P. P. Procoſ. Fortiſſimo feliciſſimóque Principi. Et Iuliæ Auguſtæ Matri Aug. N. Et Caſtrorum. Et Senatus. Et Patriæ. Et Imp. Cæſ. M. Aurelij. Antonini Pij. Felicis Aug. Parthici. Max. Britannici Maximi Argentarl & Negotiantes BoarI huius loci. Qui Deuoti Numini eorum inuehent.* At Alexander ab Alexādro,* & Aſconiū ſecutus Fuluius, & ex Tremellij ſentētia Marlianus Fabij Arcum in Foro Romano & Sacra Via iuxta Fauſtinæ tēplū ſtetiſſe ſcribunt; qua fermè regione Calpurnius quoque fornix fuit, vbi C Gracchus fragmento ſubſellij ictus occubuit. Adiacet Arcui argentariorū, ſiue is Fabianus fuit, Sēpronia Baſilica, vt Marlianus probat approbátque Hugonius: veruntamen ſacra hodie D. Georgio

Pro Plancio.

Arcus argentariorum.

* *genial. dier. l. 2. Fulu. l. 4. ant. Rom. c. 7. Marlian. l. 3. c. 26.*

Arcus Fabianus. Fornix Calpurnius.

Baſilica Sempronia, iam templum S. Gregorij in Velabro: *in Romn. lo.*

cognomento in Velabro. Ita namque ea regio vocabatur à velis non theatralibus, vt quidam apud Plutarchum cenſuêre, ſed nauticis potiùs, aut fortè à velatura, id eſt naulo; humiles enim illæ conualles, antequam Tarquinius Priſcus longiùs Tiberim amouiſſet, ſuperfuſi fluminis aquas receptabant, vt niſi nauigiis traiici è Palatio in Auentinum non poſſet. Auctor præter Propertium Ouidius eſt his verſibus:

Quà velabra ſolent in Circum ducere pompas,
Nil præter ſalices, cannaque craſſa fuit.
Hic vbi nunc fora ſunt, lintres errare videres,
Quáque iacent valles, Maxime Circe, tua.

Forum Piſcariū. Templū S.Mariæ in Porticu. Theatrū Marcelli.

Iuxta Boarium, ſed propinquius Tiberi Piſcarium forum fuit eo loco, quo S. Mariæ in Porticu iam templum eſt. meminit eius Plautus: *Apud Piſcarium, vbi varia res venduntur.* De templi cognomine ego ſic ſentio, Theatro Marcelli, cuius non procul inde aliqua pars, ſed afflata incendio fœdáque ſitu ſupereſt, Auguſtum ipſius Theatri conditorem

Porticus Octauia.

Porticum in honorem Octauiæ ſororis adſtruxiſſe, quæ vſque ad memoratum S.Mariæ templum pertigerit; certè Octauiam porticum à Marcelli Theatro eo vſque excurriſſe præter Fuluium Marlianus affirmat. ab hac ergo inditum id templo cognomentum fuiſſe exiſtimo.

l.3.c.11. Boiſſard. 1.p.topog.

Monſtrant

Monſtrant in eo Sapphirinum lapidem, quem ad D. Virginis imaginem cælitus angelos attuliſſe fama eſt. Iuxta Piſcarium, quod dixi, forum etiam Olitorium fuit, quam partem vrbis hodie Plateam Montanariam vocant: antiquo autem pomerio inſerta non fuit, ſed extra Portam Carmentalem: ſitam, vt vult Marlianus ad Capitolij, quà Tiberim deſpectat, imas radices. Verùm iſtos obſoniorum mercatus epulonibus perluſtrandos relinquamus: in Romanum ego forum redeo, quod proprium fuit iudiciorum, ideóque multò, quàm cetera, cultius. Summo cliuo, quo ex Capitolio deſcenditur in forum, tres columnæ ſupra terram ferme dimidiæ exſtant; haut dubiæ reliquię pulcherrimę porticus: quę verò ea fuerit, non auſim affirmare: nec quæ doceant literæ, cōparent, præter has paucas: ESTITVER. Auctores ſcio, qui Liuiam fuiſſe porticum ſcribant. ſcio alios, qui ex octoginta columnis, quibus aureus Caligulæ pons, inſanum opus, incubuit, ſupereſſe tres iſtas exiſtiment: quibus aſſentiar, neſcio: mouet quidem & propè perſuadet amœni ingenij antiquarius, vt arbitrer eſſe fragmenta templi Tonantis Iouis ab Auguſto conditi ſuper Capitolinum cliuum, prout litteris mandauit P. Victor. Ad latus octo aliæ columnæ videntur, reliquæ è porticu templi, ſiue Iunonis Monetæ, vt Ligorio placet, ſiue vt aliis vulgò Concordiæ. Ionicæ certè ſtru-

Forū Olitorium.

Platea hæc indicata fuit iam ſuperiùs. l.1.c.4.

Portæ Carmentalis ſitus.

Reliquiæ forſitan templi Iouis Tonantis.

Pyrrh. Ligorius in parad.

Columnæ reliquæ fortè ex æde aut porticu Concordiæ.

Vid. Ryequi. de Capitol. c. 42

ſtructuræ ædificium fuit, & publico ſumptu refectum, poſteaquam arſiſſet. vnde inſcriptio : *S.P.Q.R.incendio conſumptum reſtituit.* Quæ verba non nemo vulgari ſententiæ aduerſans de Capitolij potiùs, quàm Concordiæ porticus inſtauratione accipit, cùm maximè in Lateranenſi Baſilica, vti indices Lylium Gyraldum ac Marlianum habeo, exſtet lapis, in quo S. P. Q. R ædem Concordiæ non incendio, ſed vetuſtate collapſam in meliorem faciem, opere & cultu ſplendidiore, in Magni Conſtantini gratiam reſtituiſſe ſcribitur. Me tamen hoc argumento nullus à vulgari ſententia abſtraxerit, quippe qui è Ludouici Viuis commentario, nec non è Ioannis Roſini antiquitatum Romanarum libro ſecundo, capite decimo octauo ſciam, in vrbe templa Concordiæ minimùm IV. fuiſſe : quorum vnum aliquod vi annorum ſolutum S. P. Q. R. Conſtantini principatu potuit refeciſſe: id verò, quod Capitolio propinquũ ſtetit, incendio potuit periiſſe, tot inter Capitolij deflagrationes, quas in Poplicola Plutarchus & Tacitus libro Annalium ſexto itemque hiſtoriarum tertio cõmemorant. Quid quod grauiſſimus auctor Baronius negat talem inſcriptionem in Lateranenſi æde, aut vllo alio loco comparere? Quam proinde adulterinam eſſe vel hoc argumento fit, quòd Imp. Conſtantinus veri Dei cultor, Concordiæ ſimiliúmque numinum oſor & hoſtis fuit: quo

de ſyntag. deor. Marlian. l. 2. c. 12.

ad l. 3. S. Aug. de ciuit. DEI c. 25.

Templa Concordiæ ſacra Romæ plura.

ad an. 312.

quocirca voluiſſe Senatum fani eius inſtauratione gratiam ab ipſo inire nimiũ veri diſſimile eſt. Octo ergo iſtæ columnæ, vt antiquariorum plurimi ſentiunt, è porticu Concordiæ ſuperſunt. Sequitur ad radices cliui Capitolini Arcus Lùcio Septimio Seuero dicatus, omnium olim ſplendidiſſimus, nunc incendio tæter ac mutilus, & ita humo hauſtus, vt magna pars lateat ſepulta: noſcitantur attamen vtrimque inſculpta terreſtrium ac maritimorum bellorum trophæa,& supernè volantes alatæ Victoriæ:legerέq; eſt inſcriptionem eiuſmodi: *Imp. Cæſ. Lucio.Septimio M.Fil.Seuero.Pio.Pertinaci. Aug. Patri Patriæ Parthico. Arabico, & Parathico Adiabenico.Põtif.Maximo. Tribunic.Poteſt. XI.Imp.XI. Coſ.III.Procoſ. & Imp.Cæſ. M. Aurelio.L.Fil.Antonino.Aug.Pio.Felici.Tribunic. Poteſt. VII. Coſ. Procoſ. P. P.Optimis Fortiſſimiſque Principibus. Ob rẽ publicã reſtitutã Imperiũque Populi Romani propagatũ inſignibus virtutibus eorũ.Domi Foriſque* S. P. Q. R. Poſt Arcum in conſpectu eſt templũ Hadriani, vetuſtæ nec rudis ſtructuræ, cum portis ahenis: ab Hadriano Imp.cœptum primitus,dedicatum ab Antonino Pio: poſtmodum ad Hadriano I. Pontif. Rom. luſtratum Chriſtiano ritu, ac D. Hadriani Martyris honori ſacratum: non ita pridem à Card. Bellaio inſtauratum. Fuluium ego ſecutus Hadrianum Imp. huius templi conditorem feci,ne abſque certo auctore ſcripſiſſe me putet,

Arcus L. Sept. Seueri.

Templũ Hadriani.

l.3.c.de foro Augusti.

* *Gammuc. l. 1. ant. Rom. Boiſſard. 1. p. topog.*

Forum Auguſti, & Iulij Cæſ.

De cuius ornamentis Suet. Plin. Lipſ. de mag. Rom. l. 3. c. 7.

De triplici foro legendus Alex. ab Alex. genial. dier. l. 3. c. 12.

putet, qui apud Marlianum, Schottum & alios Saturni hoc templum à Tullo Hoſtilio ex voto erectum ac dedicatum apud alios * fuiſſe Ærarium publicum vrbi leget. Hîc Auguſti Cæſaris fuiſſe Forũ idem Fuluius exiſtimat: ſicut & Iulij patris ibi, vbi Fauſtinæ porticus præſtructa templo S. Laurentij in Miranda conſpicitur. eáque gemina fora fuêre velut appendices magni Romani fori, redditúmque in iis etiam ius, & aliæ publicæ procuratæ res. Hinc Martialis ad Sextum:

Cauſſas, inquis, agam Cicerone diſertior ipſe,
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Hinc & Statius:

Quæ trino iuuenis foro tonabas.

Porticus Fauſtinæ, & ibi templum S. Laurentij in Miranda. *l. 3 epig. 38.*

Baſilica Paulli.

In Cæſare. Apian. l. 2. bel. ciuil. meminit einſdem Tacit. 3. annal. vbi Lipſ.

At Fauſtinæ columnata porticus, vt hodiéque inſcriptũ apparet, *Diuo Antonino & Diuæ Fauſtinæ ex S.C.* erecta fuit. Proximè eum locum arbitrantur quidam illam Phrygiis columnis celebratiſſimam Paulli Baſilicam ſtetiſſe, quam teſte Plutarcho Æmilius Paullus mille & quingentorum talentorum, vel, vt Gammuccius ſupputat, nongentorum millium aureorum impenſâ extruxit in foro; dirutæque eius materiem in Fauſtinæ porticus ornaméta verſã eſſe exiſtimant. Alij exſtare adhuc temporis partem eius ſentiunt: ſcilicet id theatralis figuræ ædificiũ in plures fornicatas̃ cameras diuiſum, quod

quod ad Quirinalis radices Forum verſus conſpicitur. Demontioſius non illam Paulli Baſilicam, ſed Municipiorum ſtationes fuiſſe opinatur, aſſignatque alium Baſilicæ locum, medio inter id ædificium & Fauſtinæ porticum ſpatio. Sequitur hanc porticum etiam in Foro Romano DD. Coſmæ & Damiani templum; quo loco arbitratur Fuluius ſtetiſſe fanum deorum penatium à Dionyſio lib. 1. deſcriptum. Ipſum Romulo priùs, vt Blondus: ſiue, vt Schottus ac Volaterranus ſcribunt, Caſtori: vt alij, vrbi Romæ ſacrum Felix IV. Rom. Pont. dictis Martyribus dicauit. Sed Fuluius; vt hoc obiter notem, à Schotto ac Volaterrano non nimium diuerſus videtur, cùm Caſtor & Pollux Romanis quoque penates dij fuerint, vt ad S. Auguſtinum de Ciuitate Dei lib. 1. cap. III. adnotauit Ludouicus Viues. A Liuio autem hercle diuerſus eſt, qui libro LV. ædem deorum penatium in Velia locat; atqui Velia, pars Palatini montis Boreæ obuerſa fuerat, teſte Marliano. Exſtat rotunda ædes templo, quod dixi, contigua, quam ipſo vetuſtiorem & vrbi Romæ aliquando ſacram fuiſſe cenſet Hugonius: cetera Felicem Pontificem adſtruxiſſe, æneas figuris variegatas fores Hadrianum I. Peruſiâ aduehi ad templi ornamentum curauiſſe; Gregorium Magnum præſides templi Coſmam & Damianum ſubter ſummum altare condidiſſe. Pergo, atque ecce in

Municipiorum ſtationes.

Templũ SS. Coſmæ & Damiani. *l. 3. Rom. ant. Marlian. lege ant Boiſſard. 2. p. top. Rom. c. 33. & 35. Hugon. 23. ſtat. Baron. 27. Septemb.*

l. 3. c. 4. Vrbis Romæ rotunda ædes.

DD. Coſmæ & Damiani corpora.

Templi Pacis rudera. conſpectu ſunt templi Pacis rudera, cuius ſi ſaltem antiquam ſpeciem haberemus, leuiùs ferremus ceteram antiquitatis iacturam; vnum illud Romanas opes magnificentiámque abunde oſtenderet. Sed alia ætas, quædam hoſtes corrupêre: hoc altior caſus euertit. Incertum vnde coorto incendio poſt leuem terræ agitationem ſubitò conflagrauit; creditúmque ita eſt, quoniam naturalis cauſſa non apparebat inſolitáque flammarum vis fuerat, iratum Romanis Deum abſtuliſſe Pacem, Pacíſque eam ſedem, quam vt magis ac magis deſideremus, Scriptorum deprædicatio facit, quorum alij maximum & pulcherrimum omnium in vrbe operum illud fuiſſe tradunt; ditiſſimúmque auro & argento: alij in id templum ſcribunt omnia collata fuiſſe, ob quæ homines videndi cupiditate antea per totum orbem vagabantur. Extruxit Veſpaſianus Imp. approperato opere, & celeritate câ, inquit Ioſephus, quæ hominum cogitationem ſuperaret. Atteſtantur Suetonius, Plinius & plures alij. Quibus auctoribus cenſeo explodendam & exſibilandam eſſe anicularum fabellam de templo Pacis nocte Chriſti natali collapſo. Quî enim concidere illâ tempeſtate potuit, quod plurimis poſt natum Chriſtum annis Veſpaſianus primum erexit? neq; eſt, quod dicas aliam Pacis ædem nocte eâ corruiſſe, aliam inferiori ætate à Veſpaſiano conditam fuiſſe; voluas enim ac reuoluas.

Midendorp. l. 3. de Acad.

Herodian. in Commodo.

Ioſeph l. 7. c. 24.

Templi Pacis Veſpaſianus conditor.

In Veſpaſiano c. 9. Plin. l. 36. c. 25. idque vnum.

uoluas omnium Romanornm ſcripta licet, non niſi vnũ Pacis templũ repereris, quod memoratus Imperator diuinitatem affectans, titulúmq; veri Dei, quem Pacis principẽ eſſe à Iudæis acceperat, ſuperbiſſimè conſtruxit: ſed nẽpe indignatus ille ſupremus cælorum terrarúmq; moderator, & ſua propria nomina ab impuro homine profanari non ſuſtinens, momento tẽporis diuinitus prope ad ſolum vſque deuſſit. Tres modò operoſi, at malè integri fornices ſuperſunt elegãtiſſimę incruſtationis, quâ obtecti erant, notas retinẽtes; cũ vaſtiſſima ſtriata colũna, cuius peripheria, vt quidẽ Gammuccius metitur, triginta palmorũ eſt. cetera Vulcano ceſsêre. Tamen ex modicis hiſce reliquiis & velut veſtigiis Marlianus totius operis aliquam figuram finxit, quod latũ pedes CC. longum CCC. fuiſſe exiſtimat. Subiacet intra Fori adhuc ambitum ædes S. Mariæ Nouæ inque adiacentibus hortis binifornices excelſi, ſed à vetuſtate corrupti exſtãt, *quorum alter*, inquit Marlianus, *Quoniam ortum hiemalem, alter occaſum æſtiuum ſpectat, Solis ac Lunæ fuiſſe arbitramur.* Sed Fuluius illa eſſe veſtigia tẽplorum Iſidis ac Serapidis ſcribit: *inter D. Mariæ Nouæ ædẽ*, ait, *& Coloſſeũ adhuc ſurgũt duo eiuſdẽ formæ & magnitudinis tẽpla ſine tecto, capitib⁹ tãtùm ſibi cohærẽtia, cõgredientiũ more arietum, quorum alterũ Cõcordiæ; alterũ Æſculapij tẽplũ fuiſſe tradiderũt. ego Iſidis ac Serapidis fuiſſe tẽpla crediderim;*

Baron. an. 1. n. 11. 12. & an. 77.

l. 3. c. 7.

Templũ S. Mariæ Nouæ.

Reliqua de templis Solis & Lunæ.

l. 3. c. 8.

l. 5.

& addit Emporium fuiſſe eo in loco, quem hodie cœnobium dictúque S. Mariæ Nouæ horti occupant. Lis, vt audio, Fului tibi cum Marliano eſt; Ægyptiis tu numinibus Romana templa tribuis, quæ eadem Soli ac Lunæ Marlianus adiudicat. Faxo, iam pax erit: Macrobiũ vobis pacificatorem fero, nec dubito accipitis vtrique. Is Saturnalium libro primo capite viceſimo ſcribit eoſdem eſſe deos Solem atque Lunam, quos Iſim & Serapidem Ægyptij indigitent. Euſebius in eamdem ſententiam it: Ægyptios, ait, primos mortalium ſtatas Solis ac Lunæ circum volutiones ſuſpexiſſe, numinúmque inde loco habitos Solem Oſirim, Lunam Iſida vocaſſe. Oſirim verò ipſum eſſe Serapidem Lactantius teſtatur. Nominum itaque iſta tibi, Fului, cum Marliano diſſenſio, de re concordia eſt: illi verò qui Æſculapij templa aut Concordiæ ſomniant, Diſcordiæ ſacri ſunto. Tandem in angulo Fori (vbi ex ſententia eiuſdem Fuluij ſumma via ſacra erat, quæ ab Arcu Conſtantiniano per Forum Romanum in Capitolium tendebatur) extat Titi Arcus, omnium antiquiſſimus, cæterùm paruus, & à vetuſtate ipſe quoque læſus titulum gerit eiuſmodi: *S. P. Q. R. Diuo Tito Diui Veſpaſiani F. Veſpaſiano Augusto.* Spectabilis intrinſecùs eſt in altero laterum imago triumphantis, prælatis duodenis faſcibus cum Arca Fœderis. In altero ſpectantur trophæa victis Hiero-

Vid. Bernard. Gamuc. l. 1. aut Rom.

Emporij veteris ſitus.

Iſis & Serapis Ægyptiis, qui Romanis Sol & Luna.

de præpar. Euãg.

de falsa relig.

Via ſacra.

Legendi Alex. genial. dier. l. 2. c. 16. Boiſſard. p. 2. top. c. 48. Ligor. in parad. negat Forum huc uſque pertigiſſe.

Arcus Titi.

Hieroſolymis detracta: candelabrum nempe ſeptem protenſis brachiis totidem lucernas ferens, quibus, Ioſepho teſte, ſeptimi diei honor, aut errantia ſeptem ſidera indicabantur; tabulæ duæ Moſaicæ Legis, menſa, vaſa, & reliquus Iudaicorum ſacrorum apparatus, quem Hieroſolymis aductum Veſpaſianus in templo Pacis repoſuit, vt D. Hieronymus auctor eſt. Nathanis Chytræi de hoc Arcu verſus digni ſunt, quos legas. en itaque habes exſcriptos:

indicata ſigna adhuc extantia.

l.7. bel. Iud. c.24.

In itin. Rom.

——— Titi conſpeximus arcum
Sculpturâ ſanè egregium: de more triumphans
In curru dux ipſe ſedet, Victoria circùm
Læta volat, lauróque ducem victrice coronat.
Fœderis Arca ſequens faſces geſtata ſuperbos
Præcedit currum: Solymi vaſa aurea templi,
Et geminæ Moyſis tabulæ, ſeptemque lucernæ;
Et Iudæi etiam, vinctis poſt terga lacertis,
Fornice marmoreo inſculpti cernuntur ibidem,
Exemplóque monent ſerò minitante nepoti,
Non impune ſacras quemquam contemnere leges,
Doctrinámque Dei, miſſóſque ex æthere vates.

Hæc

perimentum, dum certis anni diebus: quibus carcer ille religionis ergo inuiſitur totius vrbis concurſu, etſi fideles inde hauriant aquam & potent, fons tamen indeficiens perſeueret. Contra Capitolinum Palatinus Mons eſt, dirimitúrque perampla valle pedes non minùs DCCC. in latitudine patente, quod olim Forum Romanum fuit, frequentatiſſimum omnium ac pulcherrimum: ſæuiit in id quoque, vt cetera, edax tempus, nec niſi rudera aliquot reliqua fecit, vt potiùs quo quædam loco fuiſſent, quàm cuius formæ, ſciremus. Fuit & Boarium contiguum Romano forum ibi, vbi Capitolinam vallem tranſuerſa excipit Murcia ſiue Auentina vallis, quæ Auentinum montem à Palatino diuidit, in qua Circus Maximus fuit, vt ſuprà dicebam. Boarium, auctore Ouidio, vocatum à boue, quem Hercules poſt trucidatum Cacum receptóſque boues eo loco Ioui immolauit. Quamquam etymon fori huius à fabuloſa antiquitate petere quid opus? cum multi atque egregij ſcriptores venúmdatos in eo boues fuiſſe tradant; quare haut dubitandum à re natum loco nomen eſſe. Exſtat in Boario hoc foro ſatis integer quadrifrons Arcus Iani quadrifrontis; etſi ſumma pars deeſſe videatur, quam ex ſua coniectura reſtituit Ludouicus Demontioſius, & totius ſtructuræ rationem ad temporis myſteria refert; quid portæ, quid duodenæ in qualibet fronte ædicu-

Forum Romanũ antiquũ.

Forũ Boarium. Vallis Murcia.

Foro Boario vnde nomen?

Varro, Sex. Pompeius & alij.

Arcus Iani. *In Hoſp. Gal. p. 2.*

læ ſeu loculaméta ſignificent: octonæ aliç feneſtræ, quas in ſuperiori parte fuiſſe autumat, cum geminis Iani ſimulacris, cuius rei notandæ gratiâ factæ fuerint, ſanè ſubtiliter, ſi non verè, diuinat. ab eo petat, qui huius ac cæterorum antiquitatis operum ſymbola noſſe volet. In Boario præterea foro Arcus, ſeu, vt Cicero vocat, Fornix Fabianus fuit, nec procul Iano, & forſitan is ipſe, quem Arcum argentariorum vocant in quo eiuſmodi titulus: *Imper. Caſ. L. Septimio Seuero Pio Pertinaci Auguſt. Arabico. Adiabenico Parthico Max. Fortiſſimo, Feliciſſimo. Pontifici Max. Trib. Poteſt. XII. Imp. XI. Coſ. III. Patri Patriæ. Et Imper. Caſ. M. Aurelio Antonino Pio. Felic. Aug. Trib. Poteſt. VII. Coſ. III. P. P. Procoſ. Fortiſſimo feliciſſimóque Principi. Et Iuliæ Auguſtæ Matri Aug. N. Et Caſtrorum. Et Senatus. Et Patriæ. Et Imp. Caſ. M. Aurelij. Antonini Pij. Felicis Aug. Parthici. Max. Britannici Maximi Argentarl & Negotiantes BoarI huius loci. Qui Deuoti Numini eorum invehent.* At Alexander ab Alexãdro,* & Aſconiũ ſecutus Fuluius, & ex Tremellij ſentẽtia Marlianus Fabij Arcum in Foro Romano & Sacra Via iuxta Fauſtinæ tẽplũ ſtetiſſe ſcribunt; qua fermè regione Calpurnius quoque fornix fuit, vbi C Gracchus fragmento ſubſellij ictus occubuit. Adiacet Arcui argentariorũ, ſiue is Fabianus fuit, Sẽpronia Baſilica, vt Marlianus probat approbátque Hugonius: veruntamen ſacra hodie D. Georgio

Pro Plancio.

Arcus argentariorum.

* *genial. dier. l. 2. Fulu. l. 4. ant. Rom. c. 7. Marlian. l. 3. c. 26.*

Arcus Fabianus.

Fornix Calpurnius.

Baſilica Sempronia, iam templum S. Gregorij in Velabro: *in Romnlo.*

cognomento in Velabro. Ita namque ea regio vocabatur à velis non theatralibus, vt quidam apud Plutarchum cenſuêre, ſed nauticis potiùs, aut fortè à velatura, id eſt naulo; humiles enim illæ conualles, antequam Tarquinius Priſcus longiùs Tiberim amouiſſet, ſuperfuſi fluminis aquas receptabant, vt niſi nauigiis traiici è Palatio in Auentinum non poſſet. Auctor præter Propertium Ouidius eſt his verſibus:

Quà velabra ſolent in Circum ducere pompas,
Nil præter ſalices, cannaque craſſa fuit.
Hic vbi nunc fora ſunt, lintres errare videres,
Quáque iacent valles, Maxime Circe, tua.

Forum Piſcariū. Templū S.Mariæ in Porticu. Theatrū Marcelli.

Iuxta Boarium, ſed propinquius Tiberi Piſcarium forum fuit eo loco, quo S. Mariæ in Porticu iam templum eſt. meminit eius Plautus: *Apud Piſcarium, vbi varia res venduntur.* De templi cognomine ego ſic ſentio, Theatro Marcelli, cuius non procul inde aliqua pars, ſed afflata incendio fœdáque ſitu ſupereſt, Auguſtum ipſius Theatri conditorem

Porticus Octauiæ.

Porticum in honorem Octauiæ ſororis adſtruxiſſe, quæ vſque ad memoratum S.Mariæ templum pertigerit; certè Octauiam porticum à Marcelli Theatro eo vſque excurriſſe præter Fuluium Marlianus affirmat. ab hac ergo inditum id templo cognomentum fuiſſe exiſtimo.

l.3.c.11. Boiſſard. 1.p.topog.

Monſtrant

Monſtrant in eo Sapphirinum lapidem, quem ad D. Virginis imaginem cælitus angelos attuliſſe fama eſt. Iuxta Piſcarium, quod dixi, forum etiam Olitorium fuit, quam partem vrbis hodie Plateam Montanariam vocant: antiquo autem pomerio inſerta non fuit, ſed extra Portam Carmentalem: ſitam, vt vult Marlianus ad Capitolij, quà Tiberim deſpectat, imas radices. Verùm iſtos obſoniorum mercatus epulonibus perluſtrandos relinquamus: in Romanum ego forum redeo, quod proprium fuit iudiciorum, ideóque multò, quàm cetera, cultius. Summo cliuo, quo ex Capitolio deſcenditur in forum, tres columnæ ſupra terram ferme dimidiæ exſtant; haut dubiæ reliquię pulcherrimę porticus: quę verò ea fuerit, non auſim affirmare: nec quæ doceant literæ, cõparent, præter has paucas: ESTITVER. Auctores ſcio qui Liuiam fuiſſe porticum ſcribant. ſcio alios, qui ex octoginta columnis, quibus aureus Caligulæ pons, inſanum opus, incubuit, ſupereſſe tres iſtas exiſtiment: quibus aſſentiar, neſcio: mouet quidem & propè perſuadet amœni ingenij antiquarius, vt arbitrer eſſe fragmenta templi Tonantis Iouis ab Auguſto conditi ſuper Capitolinum cliuum, prout litteris mandauit P. Victor. Ad latus octo aliæ columnæ videntur, reliquæ è porticu templi, ſiue Iunonis Monetæ, vt Ligorio placet, ſiue vt aliis vulgò Concordiæ. Ionicæ certè ſtru-

Forũ Olitorium.

Platea hæc indicata fuit iam ſuperiùs. *l.1.c.4.*

Portæ Carmentalis ſitus.

Reliquiæ forſitan templi Iouis Tonantis.

Pyrrh. Ligorius in parad.

Columnæ reliquæ fortè ex æde aut porticu Concordiæ.

Vid. Rycqui. de Capitol. c. 42.

ĉturæ ædificium fuit, & publico ſumptu refeĉtum, poſteaquam arſiſſet. vnde inſcriptio: *S.P.Q.R.incendio conſumptum reſtituit.* Quæ verba non nemo vulgari ſententiæ aduerſans de Capitolij potiùs, quàm Concordiæ porticus inſtauratione accipit, cùm maximè in Lateranenſi Baſilica, vti indices Lylium Gyraldum ac Marlianum habeo, exſtet lapis, in quo S. P. Q. R ædem Concordiæ non incendio, ſed vetuſtate collapſam in meliorem faciem, opere & cultu ſplendidiore, in Magni Conſtantini gratiam reſtituiſſe ſcribitur. Me tamen hoc argumento nullus à vulgari ſententia abſtraxerit, quippe qui è Ludouici Viuis commentario, nec non è Ioannis Roſini antiquitatum Romanarum libro ſecundo, capite decimo octauo ſciam, in vrbe templa Concordiæ minimùm IV. fuiſſe: quorum vnum aliquod vi annorum ſolutum S.P.Q.R. Conſtantini principatu potuit refeciſſe: id verò, quod Capitolio propinquũ ſtetit, incendio potuit periiſſe, tot inter Capitolij deflagrationes, quas in Poplicola Plutarchus & Tacitus libro Annalium ſexto itemque hiſtoriarum tertio cõmemorant. Quid quod grauiſſimus auĉtor Baronius negat talem inſcriptionem in Lateranenſi æde, aut vllo alio loco comparere? Quam proinde adulterinam eſſe vel hoc argumento ſit, quòd Imp. Conſtantinus veri Dei cultor, Concordiæ ſimiliúmque numinum oſor & hoſtis fuit: quo

de ſyntag. deor. Marlian. l.2. c.12.

ad l.3.S. Aug. de ciuit. DEI c.25.

Templa Concordiæ ſacra Romæ plura.

ad an. 312.

quocirca voluiſſe Senatum fani eius inſtauratione gratiam ab ipſo inire nimiũ veri diſſimile eſt. Octo ergo iſtæ columnæ, vt antiquariorum plurimi ſentiunt, è porticu Concordiæ ſuperſunt. Sequitur ad radices cliui Capitolini Arcus Lucio Septimio Seuero dicatus, omnium olim ſplendidiſſimus, nunc incendio tæter ac mutilus, & ita humo hauſtus, vt magna pars lateat ſepulta: noſcitantur attamen vtrimque inſculpta terreſtrium ac maritimorum bellorum trophæa,& supernè volantes alatæ Victoriæ:legeréq; eſt inſcriptionem eiuſmodi: *Imp. Caſ. Lucio. Septimio M. Fil. Seuero. Pio. Pertinaci. Aug. Patri Patriæ Parthico. Arabico, & Parathico Adiabenico. Põtif. Maximo. Tribunic. Poteſt. XI. Imp. XI. Coſ. III. Procoſ. & Imp. Caſ. M. Aurelio. L. Fil. Antonino. Aug. Pio. Felici. Tribunic. Poteſt. VII. Coſ. Procoſ. P. P. Optimis Fortiſſimiſque Principibus. Ob rẽ publicã reſtitutã Imperiũque Populi Romani propagatũ inſignibus virtutibus eorũ. Domi Foriſque* S. P. Q. R. Poſt Arcum in conſpectu eſt templũ Hadriani, vetuſtæ nec rudis ſtructuræ, cum portis ahenis: ab Hadriano Imp. cœptum primitus, dedicatum ab Antonino Pio: poſtmodum ad Hadriano I. Pontif. Rom. luſtratum Chriſtiano ritu, ac D. Hadriani Martyris honori ſacratum: non ita pridem à Card. Bellaio inſtauratum. Fuluium ego ſecutus Hadrianum Imp. huius templi conditorem feci, ne abſque certo auctore ſcripſiſſe me putet,

Arcus L. Sept. Seueri.

Templũ Hadriani.

l. 3. c. de foro Auguſti.

putet, qui apud Marlianum, Schottum & alios Saturni hoc templum à Tullo Hoſtilio ex voto erectum ac dedicatum apud alios * fuiſſe Ærarium publicum vrbi leget. Hîc Auguſti Cæſaris fuiſſe Forū idem Fuluius exiſtimat: ſicut & Iulij patris ibi, vbi Fauſtinæ porticus præſtructa templo S. Laurentij in Miranda conſpicitur. eáque gemina fora fuêre velut appendices magni Romani fori, redditúmque in iis etiam ius, & aliæ publicæ procuratæ res. Hinc Martialis ad Sextum:

Cauſſas, inquis, agam Cicerone diſertior ipſe,
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Hinc & Statius:

Qua trino iuuenis foro tonabas.

At Fauſtinæ columnata porticus, vt hodiéque inſcriptū apparet, *Diuo Antonino & Diuæ Fauſtinæ ex S.C.* erecta fuit. Proximè eum locum arbitrantur quidam illam Phrygiis columnis celebratiſſimam Paulli Baſilicam ſtetiſſe, quam teſte Plutarcho Æmilius Paullus mille & quingentorum talentorum, vel, vt Gammuccius ſupputat, nongentorum millium aureorum impensâ extruxit in foro; dirutæque eius materiem in Fauſtinæ porticus ornamēta versā eſſe exiſtimant. Alij exſtare adhuc temporis partem eius ſentiunt: ſcilicet id theatralis figuræ ædificiū in plures fornicatas cameras diuiſum, quod

** Gammuc. l. 1 ant. Rom. Boiſſard. 1. p. topog.*

Forum Auguſti, & Iulij Cæſ.

De cuius ornamentis Suet. Plin. Lipſ. de mag. Rom. l. 3. c. 7.

De triplici foro legendus Alex. ab Alex. gēial. dier. l. 3. c. 12.

Porticus Fauſtinæ, & ibi tēplum S. Laurentij in Miranda. *l. 3 epig. 38.*

Baſilica Paulli.

In Cæſare. Apian. l. 2. bel. ciuil. meminit eiuſdem Tacit. 3. annal. vbi Lipſ.

quod ad Quirinalis radices Forum verſus conſpicitur. Demontioſius non illam Paulli Baſilicam, ſed Municipiorum ſtationes fuiſſe opinatur, aſſignatque alium Baſilicæ locum, medio inter id ædificium & Fauſtinæ porticum ſpatio. Sequitur hanc porticum etiam in Foro Romano DD. Coſmæ & Damiani templum; quo loco arbitratur Fuluius ſteriſſe fanum deorum penatium à Dionyſio lib. 1. deſcriptum. Ipſum Romulo priùs, vt Blondus: ſiue, vt Schottus ac Volaterranus ſcribunt, Caſtori: vt alij, vrbi Romæ ſacrum Felix I V. Rom. Pont. dictis Martyribus dicauit. Sed Fuluius; vt hoc obiter notem, à Schotto ac Volaterrano non nimium diuerſus videtur, cùm Caſtor & Pollux Romanis quoque penates dij fuerint, vt ad S. Auguſtinum de Ciuitate Dei lib. 1. cap. I I I. adnotauit Ludouicus Viues. A Liuio autem hercle diuerſus eſt, qui libro L V. ædem deorum penatium in Velia locat; atqui Velia, pars Palatini montis Boreæ obuerſa fuerat, teſte Marliano. Exſtat rotunda ædes templo, quod dixi, contigua, quam ipſo vetuſtiorem & vrbi Romæ aliquando ſacram fuiſſe cenſet Hugonius: cetera Felicem Pontificem adſtruxiſſe, æneas figuris variegatas fores Hadrianum I. Peruſiâ aduehi ad templi ornamentum curauiſſe; Gregorium Magnum præſides templi Coſmam & Damianum ſubter ſummum altare condidiſſe. Pergo, atque ecce in

Municipiorum ſtationes.

Templũ SS. Coſmæ & Damiani.

l. 3. Rom. ant. Marlian. lege aut Boiſſard. 2. p. top. Rom. c. 33. & 35. Hugon. 23. ſtat. Baron. 27. Septemb.

l. 3. c. 4.

Vrbis Romæ rotunda ædes.

DD. Coſmæ & Damiani corpora.

Q 5 conſpectu

Templi Pacis rudera. conſpectu ſunt templi Pacis rudera, cuius ſi ſaltem antiquam ſpeciem haberemus, leuiùs ferremus ceteram antiquitatis iacturam; vnum illud Romanas opes magnificentiámque abunde oſtenderet. Sed alia ætas, quædam hoſtes corrupêre: hoc altior caſus euertit. Incertum vnde coorto incendio poſt leuem terræ agitationem ſubitò conflagrauit; creditúmque ita eſt, quoniam naturalis cauſſa non apparebat inſolitáque flammarum vis fuerat, iratum Romanis Deum abſtuliſſe Pacem, Pacíſque eam ſedem. quam vt magis ac magis deſideremus, Scriptorum deprædicatio facit, quorum alij maximum & pulcherrimum omnium in vrbe operum illud fuiſſe tradunt; ditiſſimúmque auro & argento: alij in id templum ſcribunt omnia collata fuiſſe, ob quæ homines videndi cupiditate antea per totum orbem vagabantur. Extruxit Veſpaſianus Imp. approperato opere, & celeritate eâ, inquit Ioſephus, quæ hominum cogitationem ſuperaret. Atteſtantur Suetonius, Plinius & plures alij. Quibus auctoribus cenſeo explodendam & exſibilandam eſſe anicularum fabellam de templo Pacis nocte Chriſti natali collapſo. Quî enim conaidere illâ tempeſtate potuit, quod pluribus poſt natum Chriſtum annis Veſpaſianus primum erexit? neq; eſt, quod dicas aliam Pacis ædem nocte eâ corruiſſe, aliam inferiori ætate à Veſpaſiano conditam fuiſſe; voluas enim ac reuoluas:

Midden-dorp. l. 3. de Acad.

Herodian. in Commodo.

Ioſeph l. 7. c. 24.

Templū Pacis Veſpaſianus condidit.

In Veſpaſiano c. 9. Plin. l. 36. c. 25. idque v- num.

uoluas omnium Romanornm ſcripta licet, non niſi vnũ Pacis templũ repereris, quod memoratus Imperator diuinitatem affectans, titulúmq; veri Dei, quem Pacis principẽ eſſe à Iudæis acceperat, ſuperbiſſimè conſtruxit: ſed nẽpe indignatus ille ſupremus cælorum terrarúmq; moderator, & ſua propria nomina ab impuro homine profanari non ſuſtinens, momento tẽporis diuinitus prope ad ſolum vſque deuſſit. Tres modò operoſi, at malè integri fornices ſuperſunt elegãtiſſimę incruſtationis, quâ obtecti erant, notas retinẽtes; cũ vaſtiſſima ſtriata colũna, cuius peripheria, vt quidẽ Gammuccius metitur, triginta palmorũ eſt. cetera Vulcano ceſsêre. Tamen ex modicis hiſce reliquiis & velut veſtigiis Marlianus totius operis aliquam figuram finxit, quod latũ pedes CC. longum CCC. fuiſſe exiſtimat. Subiacet intra Fori adhuc ambitum ædes S. Mariæ Nouæ inque adiacentibus hortis binifornices excelſi, ſed à vetuſtate corrupti exſtãt, *quorum alter*, inquit Marlianus, *Quoniam ortum hiemalem, alter occaſum æſtiuum ſpectat, Solis ac Lunæ fuiſſe arbitramur.* Sed Fuluius illa eſſe veſtigia tẽplorum Iſidis ac Serapidis ſcribit: *inter D. Mariæ Nouæ adẽ*, ait, *& Coloſſeũ adhuc ſurgũt duo eiuſdẽ formæ & magnitudinis tẽpla ſine tecto, capitib⁹ tãtùm ſibi cohærẽtia, cõgredientiũ more arietum, quorum alterũ Cõcordiæ; alterũ Æſculapij tẽplũ fuiſſe tradiderũt. ego Iſidis ac Serapidis fuiſſe tẽpla crediderim;*

Baron. an. 1. n. 11. 12. & an. 77.

l. 3. c. 7.

Templũ S. Mariæ Nouæ.

Reliqua de templis Solis & Lunæ.

l. 3. c. 8.

l. 5.

Hieroſolymis detracta: candelabrum nempe ſeptem protenſis brachiis totidem lucernas ferens, quibus, Ioſepho teſte, ſeptimi diei honor, aut errantia ſeptem ſidera indicabantur; tabulæ duæ Moſaicæ Legis, menſa, vaſa, & reliquus Iudaicorum ſacrorum apparatus, quem Hieroſolymis aduectum Veſpaſianus in templo Pacis repoſuit, vt D. Hieronymus auctor eſt. Nathanis Chytræi de hoc Arcu verſus digni ſunt, quos legas. en itaque habes exſcriptos:

indicata ſigna adhuc exſtantia. *l. 7. bel. Iud. c. 24.*

In itin. Rom.

——————— *Titi conſpeximus arcum*
Sculpturâ ſanè egregium: de more triumphans
In curru dux ipſe ſedet, Victoria circùm
Læta volat, lauróque ducem victrice coronat.
Fœderis Arca ſequens faſces geſtata ſuperbos
Præcedit currum: Solymi vaſa aurea templi,
Et geminæ Moyſis tabulæ, ſeptemque lucernæ;
Et Iudæi etiam, vinctis poſt terga lacertis,
Fornice marmoreo inſculpti cernuntur ibidem,
Exemplóque monent ſerò minitante nepoti,
Non impune ſacras quemquam contemnere leges,
Doctrinámque Dei, miſsóſque ex æthere vates.

Hæc

Hæc de Arcu Titi,& Foro Romano.

Mons Palatinus. *Liu. l. 1. Dionyſ. l. 1. Feſtus & Agel. l. 13 c. 14.*

Nunc Palatinum Montē ſumamus,qui primus ac principio ſolus fuit habitatus; in quo ſita,& veluti ſata ab Romulo vrbs deinde ad circumiectos colles ſe prolatauit.atque vt ætas cuncta immutat,hac noſtra tempeſtate penitus inhabitatus, qui tantæ vrbi principium fecit,tot procerum Romanorum ſuperbiſſimis ædibus ſplenduit quomdam ; deſerti ruris informem ſpeciem , qualem ante conditam vrbem habuerat , noſtris temporibus denuo refert. Vnicum eius ornamentum ſunt Farneſiorum horti Foro imminentes. Sub quibus exſtant tres columnæ, reliquæ è Iouis Statoris templo,quod Romulus vouit,cùm deiecti à Sabinis è Capitolio Romani fugerent ; & ipſe Romulus fugientium turba actus , vbi ad eum locum peruenit, arma ad cælum tollens ita precatus eſt : *Iuppiter tuis iuſſus auibus hic in Palatino prima vrbi fundamenta ieci ; Arcem ipſam ſcelere emptam Sabini habent , inde huc armati ſuperata valle tendunt : at tu pater deûm hominumque hinc ſaltem arce hoſtes , deme terrorem Romanis fugamque fœdam ſiſte. hic ego tibi templum Statori Ioui quod monimento ſit poſteris tua præſenti ope ſeruatam vrbem eſſe , voueo.* A precibus inde ad hortandos milites verſus concitat in effusè ſequentes Sabinos Romanas legiones : ſed recrudeſcens prœlium intercurſu Sabinarum mulierum , ob quas pugnabatur , diremptum

Horti Farneſiani. Reliquiæ tēpli Iouis Statoris. *Liu. l. 1.*

temptum eſt. Ioui itaque Statori erectum templum, quod ex Cicerone, Ouidio aliiſque conſtat: ſitus verò in incerto eſt: alij atque alij alium & alium tradunt Repperi certè ſcriptorem, qui ſphæricum illud & exile S. Theodoſij fanum, quod Palatio ſubiectum adſpicis, affirmaret ipſiſſimum Statoris Iouis templum eſſe. Sed huic quæ falſa veri imago impoſuerit, neſcio: ſcio autem Statoris Iouis templum diſſimillimum fano illi fuiſſe, qua ſpecie & ornatu, qua amplitudine, cùm Senatus habitus inibi, iſque frequens haut ſemel fuerit; qualem in Theodoſiano illo ſacello haberi non potuiſſe nemo eſt, qui non videat, qui quidem ipſum viderit. Sed quæſo ædicula illa (quam vetuſtiſſimum eſſe non nego, vel vnico ſitus ſqualoríſque eius intuitu) ſi Iouis Statoris eſt, quid Tacito facies, qui, vrbe per dolum Neronis exuſta, templum eius dei conflagraſſe teſtatur? reſtitutum dicis? quæras ergo ex ſcriptoribus teſtes oportet, qui Reſtitutorum aut temporis certè, quo id factum, faciant mentionem; quorum ego hactenus legi neminem. Proinde Statoris templum cecidiſſe cenſeo, præter tres columnas, quæ ſub Palatino Monte ſtantes, ceterùm ab incendio, quod dixi, læſæ conſpiciuntur. Fanum verò illud Theodoſij, ſiue, vt indigitant alij, Theodori, Romulo olim fuiſſe ſacrum Marlianus mihi auctor éſt; itémque Pomponius Lætus, qui gemellos

Templum Theodoſij.

Cicer. in Catilin. pro L. Agraria & alibi ſæpe.

l 15. ann.

Fanum Romuli.

l.1.c.13. gemellos vrbis conditores ad Palatij illas
radices,quas Tiberis olim amplior,vt ſu-
prà dixi,lambebat,expoſitos, & à lupa la-
ctatos & à Fauſtulo repertos fuiſſe ſcri-
Ficus Ruminalis. pſit.Ibidem Romularem, ſeu Ruminalem
ficum ſtetiſſe Liuius indicat.Ibidem fuiſ-
l.1. ſe Lupercal, id eſt ſpeluncam aut lucum
Lupercal. Pani luporum domitori conſecratum,
l.2.c.14. Marlianus exiſtimat. Quæ cùm ita ſint,
falſos oportet eſſe eos, qui in Fori Roma-
ni intimo receſſu,vbi DD. Coſmæ & Da-
Domus Ciceronis. miani ædes viſitur, Romuli templum
conſtituerunt. Porrò proxime Iouis Sta-
Ædes Libertatis. toris templum,quod dixi, Ciceronis do-
mus fuit; cuius in ſuperſtante tumulo
Lacus Curtius. nonnulla veſtigia mónſtrantur. niſi for-
ſitan ea templi Libertatis ſunt,quod,cùm
Alex. ab Alex. genial. dier. deflagraſſet exſulantis tunc Ciceronis
domus,in eodem ſitu Clodius ædificaſſe
l.3.c.21. narratur. Etiam haut procul Statoris
l.1. templo Curtius lacus fuit:ille, in quem è
Idem Liu. votis pro Principis ſalute nuncupatis
l.7.vid. collecta ſtipes vetere Romanorum inſti-
Oroſ.l.3.c.5.Lactant. tuto iactabatur. meminit eius Liuius
Inſt.l.3.c.13. quoque Romuli cum Sabinis certamine;
etſi ſint alij,qui non à Sabino, ſed Roma-
Rudera Palatij Auguſti. no Curtio voraginem, in quam ſe pro pa-
triæ ſalute deuotus immiſit, Curtij lacus
nomen accepiſſe ſcribant. Quidquid hu-
ius eſt: illud mihi cum omnibus conſtat,
immania illa rudera iunctóſque multi-
plici ordine fornices, qui in Palatino
Monte,qua Auſtrum aſpicit,exſtant, ex-
ſtare de Auguſti Palatio, quod, vt rude-
rum

rum amplitudo oſtendit, Palatini Montis maximam partem occupauit. A Palatino, qui (hoc enim quoque nôſſe iuuat) mille ac ducentos paſſus quattuor inæqualium laterum ambitu complectitur, Orientem verſus procedas velim: dextram enim Auſtralémque Auentini ac Cælij regionem iam peruidimus. Ibi obuius erit primò Conſtantini Arcus, trophæorum & alatarum Victoriarum imagines, huncque titulum gerens: *Imp. Cæſ. Fl. Conſtantino Maximo P. F. Auguſto S. P. Q. R. Quod inſtinctu Diuinitatis Mentis Magnitudine cum Exercitu ſuo tam de Tiranno, quàm de omni eius Factione vno tempore iuſtis Rempublicam vltus eſt armis, Arcum Triumphis inſignem dicauit.* Hæc vtrimque inſculpta frontibus leguntur: lateribus verò hinc: *Votis X. Sic X.* inde: *Votis XX. Sic XX.* Quæ numeri notæ iudicio meo decennalia ac vicennalia vota ſignificant; ſolita olim pro Principis ſalute nuncupari, vt è Nazarij Panegyrico & rerum Romanarum multis ſcriptoribus clarum eſt. De reliquo interioris fornicis vni parti inſcripta hæc verba ſunt, *Liberatori vrbis*; alteri iſta: *Fundatori Quietis*. Non poſſum tacere, quòd hunc arcum, qui vulgò pulcherrimus iudicatur, Gamuccius rudi, vt Conſtantini æuo; architectura ſine proportione ordinéque certo ex aliunde raptis marmoribus congeſtum fuiſſe prodit. Sanè intuenti ſpecioſus videtur, vtvt Gamuccio ſecundùm exactam architecturæ

Palatini montis amplitudo.

Arcus Conſtantini.

apud Baron. ann. 315. n. 1. & 2. Conar. l. 1. præſ. 99. c. 1. n. 3.

De hoc arcu iudicium Gamuccij.

ctur≈ì rationem eum √¶ſtimanti mal√® compoſitus appareat: integerrimum ver√≤ omnium eſſe nec ipſe quidem infitias iuerit; niſi qu√≤d Pontificatu Clementis VII. Laurentius Medices nepos eius ſtatuarum, quas acephalas cernis, capita decuſſit: at documento fuit ne profanas quidem imagines impune violari. irata enim ſeu ciuitas, ſeu Pontifex, iconomach√ªm petulantem quidem, non impium, exſilio multauit, vt Boiſſardus refert; extatque accuſatio eius Franciſco Mario Molſa Mutinenſi auctore. Baronius etiam auctor eſt ſuo tempore √† pulcherrimis M. Aurelij & Antonini Pij ſignis, qu√¶ Aureliis monumentis ad exornand≈´ h≈´c Arcum Senatus abſtulerat; ab illis, inquam, ſignis ob eximiam ſpeciem capita clam fuiſſe auulſa. Iuxta pars ſudantis Met√¶ turbinata ac lateritia ſupereſt. Sudant·∫Ω idcirco dixere, quia perennes fundebat aquas vſui plebis, qu√¶ in proxim≈´ Amphitheatrum ludos ſpectatum conueniebat. Huius Amphitheatri dimidium ferm√® exſtat: ſed perfoſſi pluribus locis ac deformati parietes √† barbaris, vt opinio eſt. qui priſco ſplendori inuidentes nobiliſſima vrbis opera partim exſciderunt, partim ita f≈ìdarunt, vt antiqua √† poſteris agnoſci ſpecies non poſſet. Quamquam fatear lubens edax tempus & incendia non parum damni ſemel iterumque vt ceteris √¶dificiis, ita huic dediſſe; auctores enim

P≈ìna violatar≈´ imagin≈´ etiam n≈ç ſacrarum. *p. 3. ant. Rom. an. 312. n. 67.*

Meta Sudans.

Amphitheatrum Veſpaſiani.

Capi

Capitolinus & Lampridius ſunt: ille Amphitheatrum ab Antonino Pio inſtauratum;hic ab Eliogabalo poſt exuſtionem reſtitutum fuiſſe. Cœpit autem exſtruere Imperator Veſpaſianus biennio antè, quàm moreretur]; filius Titus perfecit: rotundum exteriùs & vndique ingredi volentibus patens peruiumque intus ouatum.de quo Martialis: Amphitheatri hodierna ſpecies.

Omnis Cæſareo cedat labor Amphitheatro,
Vnum præ cunctis fama loquatur opus.

Et Ammianus: *Amphitheatri*, inquit, *moles, ad cuius ſummitatem ægrè viſio humana condeſcendit*. Hodie quidem vel lippo facile ſit ſummum adſpicere; tantum decreuit altitudo, ſeu ſubſederit moles pondere ſuo, ſeu rudeꝛum multitudine excreuerit locus. cauea carceréſque oppleti; portulæ ruinis obſtructæ ſunt.; podium concidit. columellæ, quas in ambitu eius ſtetiſſe Vitruuius innuit, raptæ neſcio quos in vſus.; gradus aut ſedilia cliui quidem in modum iacent lene, vt vtar verbis Calpurnij ſitum eorum deſcribentis, verùm diuulſa a corpore Amphitheatri, fracta, diſiecta, ſepulta paullum modò ſupra terram exſtant; præcinctionum, baltheorum ſeu diazomatum vix aliqua veſtigia comparent; aditus præterea ac vomitoria, quibus è l.5.c.7.

portici

porticibus vndique in orcheſtram ceteróſque gradus exſcendebatur, & viarum cuneorúmque diſcrimina & cathedrarum ſeries confuſa nec facilè dignoſcenda. murus poſtremò hæc omnia ambiens (qui multiplex eſt fornicibus iunctus, & paſſim apertus peruiuſque) alibi interruptus, alibi nudatus turpiter hiat; ſoluta ſcilicet Tiburtini lapidis compage, qua moles fuerat ſolidata. Omnium integerrima pars ea eſt, quæ Viminalem ſpectat; inde licet coniicere, quantopere ornatum opus fuerit. Area, quæ & Arena, ouatæ figuræ, patet in lõgitudinem DCCCXXX. Romanos palmos, aut paſſus C X X X. in latitudinem palmos DCC. paſſus LXXX. Ædificium, vt dixi, forinſecus rotundum eſt, cuius peripheria palmorum $2388\frac{4}{7}$. Hoc ſpatio C L X X X X. M. hominũ capiebantur, qui commodè ludos ſpectarent. alij plus nimio detrahunt, qui nec nonaginta quidem millibus ſpectatorum ſatis loci in eo fuiſſe ſcribunt. Te iudicẽ conſtituo, hoſpes, qui vbi ſimul vaſtitatẽ molis, ſimul altitudinem perſpexeris, æſtimabis, quantæ multitudinis capax fuerit. Circa hoc Amphitheatrum ſteterat immaniſſimus Neronis coloſſus, altus pedes C X X. Zenodori ſtatuarij manu elaboratus, dicatúſque Soli poſt mortem Neronis. Is fecit, vt Amphitheatrum Coloſſeum etiam hodie vulgus appellet. Poſt id in primo Eſquiliarum aditu Titi Imp. ampliſſimæ thermæ fuerunt. quarum extant

Amphitheatri longitudo & latitudo.

amplitudo eiuſdem ac capacitas.

Neronis coloſſus. *Fulu. l. 4. ant. Rom. c. 2. Gamuc. l. 1. multa Mat. Raderus ad 2. epigr. Martial.*

Thermæ Titi.

ſtant nonnulla veſtigia, præcipuéque ſub terra aquarum admiranda receptacula. Itala plebs *Septem Salas* vocat. Inde in Eſquiliarum ſupercilio conſpicitur templum X X.ſtriatis columnis nixum, cognomento. Ad Vincula Petri; ſeruantur enim catenæ ibi, quibus princeps Apoſtolorum vinctus fuit, à DEO immortali admirandis in cultores collatis beneficiis ſacratæ: à D. Chryſoſtomo ſeu, quod Baronio verius videtur, à S. Germano vel Proclo meritis laudibus celebratæ: ab Eudoxia Auguſta Theodoſij Iunioris filia (ſcribit idem cum Hugonio Baronius) peculiari templo honoratæ; quod patrum noſtrorum memoria Iulius II.Pont.Max. in meliorem formam reſtituit, ornauitque ſuo eximio cenotaphio Parij marmoris, fabrè exſculpto, in quo Michaël Angelus Bonarota vel ab vno hoc opere clariſſimus ſculptor Moſis ſtatuam nunquam ſatis laudatam poſuit. *Cenotaphio* dixi; neque exiſtimes ſepulchrum eſſe, vt vulgus credit; quippe ſatis conſtat, & prodidit memoriæ Hugonius Iulium Pontificem, qui id opus faciundum locauerat, in Vaticana Baſilica fuiſſe ſepultum. Cæterùm ad Iulium laus inſtaurati templi non omnis pertinet: vindicat ſibi partem Albertus noſter Brandenburgenſis Marchio Cardinalis atque Archiepiſcopus Moguntinus & Magdeburgenſis. Nicolaum Cuſanum Card. ſileamne; an Iacobum Sadoletum? quin indico ſitos in hac

Plat. Fuln. l. ſ. Marlian. l. 5. c. 11. Boiſſard. 1 p. top.

Templũ ad Vincula Petri.

in Martyr. ad 1. Aug. & in annal. ad an. 439. Hugon. ſtat. 6.

Iulij II. Pont. cenotaphium.

eiuſdem ſepulchrum in Vaticano.

Sepulchra clarorum hominum ad Vincula Petri.

hac æde, vt vel mortuus habeatur à poſteris honos; immortalibus namque meritis, qualia illorum fuere, gloria lauſque debetur æterna. Antonius Pallarius item, nobiliſſimus ſtatuarius, ibidem ſepultus, quamquam è viuorum numero exceſſerit, è memoria abire ſinendus nō eſt; decet enim, vt egregios homines, ſicuti viuere ſentimus cū fructu emolumentóque noſtro, ita vixiſſe ſciamus cum recordatione eorum virtutis. Verumtamen Pallarij fama ne mihi aut ſcriptorū alij curæ ſit cùm ipſemet eā poſteritati abundè commēdauerit, relictis pulcherrimis operibus & artis ſuæ monimentis: atque vt plurima taceam, Innocentij VIII. Pontificis Max. æneum tumulum ſuprà in Vaticano templo viſum effinxit: Sixti IV. cenotaphium, quod ibidem ſuſpexeras, ſcite factum & venuſtè, idem fecit. Exſtat porrò in tēpli huius pariete Græcanicæ picturæ genere, quod *moſaicum* vocant, depicta effigies clariſſimi Martyris Sebaſtiani, non qua vulgò fingitur ſpecie iuuenili, ſed canitie corporíſque totius habitu grandæuum virū referente: quam imaginem cum altari iuxta ſito Agatho Pont. Max. dedicauit, cùm diuinitus cognitum eſſet atrociſſimā peſtilentiam illo remedio ſiſti poſſe: euētus venerandam fecit: ſimul enim ac dedicata fuit, abiit peſtis. Vnde fluxit mos paſſim vſitatus colendi, cùm peſtilentia graſſatur, Sebaſtiani. Legitur hac de re inſcriptio incompoſita quidem, ſed pia & eò dignior

Ant. Pallarij laus, & opera quædam memorata.

Imago S. Sebaſtiani inſolitâ ſpecie.

D. Sebaſtiani cultus contra peſtē, eiúſque origo.

dignior fide,quò longiùs ab hodierna loquendi ratione diſtat. Tituli modo hæc ſcripta ſunt:*D.Sebaſtiano Martyri Depulſori Peſtilitatis Anno Sal.D C L X X I I.*Pòſt ſequuntur ordine cetera: *Vrb.Romam pernitioſa & grauis inuaſit peſtis. trimeſtre malum fuit Iulio Aug. & ſept. tanta acceſſit multitudo pereuntium, vt eodem feretro parentes cum lib. viri cum vxorib.fratres cum fratr. & ſororib. efferrentur. loca vndique repleta cadaueribus vix ſuppetebant. adhæc nocturna miracula terruerant, nam duo Angeli bonus alter, contrà alter vrb. peragrabant, & hic venabulum manu ferens quot pulſibus oſtia tetigiſſet, totid. in illis domibus cadebant mortales. tam diu labes vagata, donec cuid. S. Viro nuntiatum fuit finem calamitatis fore, ſi in æde S. Petri ad Vincula Altare Sebaſtiano Martyri conſecraretur. Re perfecta illico peſtis velut manu pulſa ceſſare viſa eſt.* In monaſterij, quod adiacet, area annoſam primò palmam nouitatis gratia (nam in noſtris regionibus rara arbor eſt) inferiùs in hortis ſemidirutum ædificium vetuſtatis cauſſa ſpectabis; quas Titi ædes eſſe multis auctoribus proditum ſcio: multos in contrarium trahere, & thermas eiuſdem Imperatoris facere. Hi ſcrupulum ſanè grauem mouent & conuellunt antea dicta: dixi autem fuiſſe thermas Titi illas, quas *Septem Salas* vulgò vocant; & dixi ex boni ſcriptoris auctoritate, vtut non nemo aliter ſentiat. nec mirum eſt in

De hac peſtilentia in alios Paul. Diac. l. 6. cap. 3. hiſt. Langob.

Pars thermarum Titi.

rebus

rebus adeo obſcuris, vbi libera cuique coniectura eſt, diſcrepare auctores. Tibi, lector, liberum relinquo in hac parte, cui

l.5.c.11. Hugon. ſtat.30. Templum S. Martini.

denegare fidem, cui habere velis: Marliano tamen atque Hugonio tutiſſimè crediderìs, qui peramplas eas fuiſſe thermas ſcribunt, porrectas ab Amphitheatro vſque ad Eccleſiam S. Martini, amplexaſque tam *Septem Salas*, quàm illud in hortis ædificium. quod locorũ ſpatium ante Titum Nero dirutis priuatorum ædibus occupauerat, vt Aureæ ſuæ domui adiacens ager eſſet: Titus verò conſtructis mira celeritate thermis, vt Suetonius narrat & indicat ſecundo epigrammate Martialis, populo reſtituit. Nunc receptui cano, & cetera vltrà, quæ per Eſquilias ſpectantur, quoniam ſuprà, cùm extima vrbis deſcriberem, attigi, non repeto; téque viator, Viminalem tranſabire velim ad Traiani Columnam: nobilem illum quondam collem habitatúmque à tribus in

c.7. lib. ſpectac.

In Viminali ædes procerum Rom. olim.

Fulu. l. 2. c.6. Marl. l.5.c.19. Bemb. l.1. Rom. inſtaur. Vlpian. l. 1. Ad L. Aquil. hodie incultus.

Romana Rep. principibus viris: L. Craſſo Oratore, Q. Catulo, C. Aquilio equite. Fuluius cum Marliano & Bembo Caium nominat: mihi veri ſimile fit, vt credam eſſe illum Gallum Aquilium, à quo perlata de damno dato lex ſeu, vt alij appellant, plebiſcitum in iudiciis celebratur. Sed Viminalem trans abire te velim ad Traiani cochlidem Columnam; nihil in eo illuſtre, cuius gratia ſpectandus ſit, anguſtus atque oblongus mons; & S. Pudentianæ ædem, & quæ alia iuxta eam erant

perlu

perluſtranda, antea indicaui. Itaque ad Columnam, & frequẽtia vrbis loca. Traianam dicunt ab optimo * Imperatore, cui eam Parthicæ victoriæ cauſsâ Senatus exſtruxit in Foro ipſius: ſed perfectam Imperator non vidit, in reditu apud Seuleuciam Syriæ vrbem ſanguinis profluuio extinctus. verùm mortuo, quẽ potuit, habuit honorem Senatus, ciner éſque eius Romam perlatos aureæ pilæ incluſit: pilam in ſummo Columnæ conſtituit. Sunt, qui Traianum ipſum condidiſſe eã Columnam ſcribant: ſed magis eſt, vt ab Senatu erectam dicatámque ei fuiſſe exiſtimem: quod indicat exſtans in baſi inſcriptio: *S.P.Q.R.Imp.Cæſari Diui Neruæ F.Neruæ Traiano Aug. Germ. Dacico Pont. Maximo Trib.Pot.XVII.Imp.III.Coſ.VI.PP. Ad declarandum Quantæ altitudinis Mons & Locus tantis operibus ſit egeſtus.* Extrinſecùs inſecta marmori bella, præcipuè Dacicũ, réſque à Traiano geſtæ ſpectãtur. intrinſecùs CLXXXXII. gradibus, admiſſaque per XLIV. feneſtellas luce aſcẽdere licet ad Columnæ caput; eouſque ab ima baſi CXL. pedum altitudo eſt. Nuper, cùm baſi tenus infra terram lateret, circumcirca egeſta humus fuit, vt tota conſpici Columna poſſet. Addidit ingens ornamentum Sixtus V. omnem omnium ſcriptorum laudem ſupergreſſus Pontifex: quippe in faſtigio auratum Petri Apoſtoli ſignum fixit; cui ſimile materia operéque ſupra Antonini Columnam D.

Columna Traiani.

** non quidem optimus Baronio in martyr. 23. Ian. & tamen aliqui eum in cælo locant ap. Caual. in Spec. com. opin. q. 821. n. 33. & ſeq.*

Forum Traiani.

Ita Boiſſard. Pallad. Roccha, Panciról. l. 1. de ant. deperd. tit. 30. Fulu. Gamuc. paullo aliter.

R Paullo

De foribus magnificentia Agell. l. 13. c. 23. Ammian. & Lipſ. de magn. R. m. l. 3. c. 7.

Porticus in foro Traiani.

Paullo dedicauit. Traiani verò forum, in quo fundata eius Columna eſt, Apollodorus architectus, teſte Dionyſio, formauit, redegítque locum ad eam æquitatem cùm eſſet montoſus: vtpote Quirinalis iugum ad Capitolinum vſque montem olim porrecti. Fuit in foro nobilibus ſignis perornata Porticus, gigantæi contextus, vt appellat Ammianus, tanquam humanis manibus ſuperiùs opus: ſed certè diruta ad ſolum aut hominum vi, aut vetuſtatis fuit, neque exſtant adeo celebratæ ſtructuræ veſtigia præter geminas columnas ad S. Mariæ Lauretanæ ædem.

Templũ S. Mariæ Lauretanæ.

Turris Militiæ.

Schot. 2. p. Itiner. Boiſſard. 1. p. top.

Thermæ Æmilij Paulli.

Hoc foro proximum eſt templum tecto teſtudineato, eleganter conſtructum. At antè, quàm illud & cetera, quæ ordine ſequuntur, adeas, operæ pretium erit regredi ad Militiæ turrim, quam cum duabus aliis erexit Bonifacius eius nominis VIII. Pontifex. Cognomenti hanc quidam produnt originationem, quòd eo in loco Traiani militum fuerint ſtationes. Hîc & Æmilij Pauli thermæ fuerunt, theatrali figura, opere quàm materie præſtantiores: quarum, vt ſua ætate exſtabant, imaginem cum accurato iudicio exhibet Bernardus Gammuccius antiquitatum Romanarum diligentiſſimus ſcriptor. Hîc quoque ad Quirinalis radices, vnde in forum Romanum tranſibatur, peculiare Forum fuit, *Tranſitorium* idcirco vocatum: poſtea, quia id Nerua Imperator mirum in modum exornaſſet,

l. 3.

Forum Tranſitorium, quod poſtea Neruæ.

ipſius

ipſius nomine inſignitum. etiam hac ætate conſpicuum eſt nonnullis reliquiis veterum ornamentorum, præcipuè Porticu ſiue Arcu Neruæ, vt periti eum vocant. Exſtant fornices & columnæ plures Corinthij operis cum hiſce tituli reliquiis: *Imp. Nerua Cæſar Aug. Pont Max. Trib. Pot. II. Imp. II. Procos.* Scriptorem habeo affirmantem Palatium ipſius Imperatoris ibi fuiſſe, & agnoſci è ruinis. Tu æſtimabis, ſpectator, & ſi voles, inde præter Vitelliorum hortos in Quirinalem aſcendes: ſed rectiùs, exiſtimo, facturus fueris, ſi perluſtrato priùs D. Virginis Lauretanæ templo & Card. Alexandrini, itemque procerum Columnarum inſpectis Palatiis, & proxima iis SS. Apoſtolorum æde, tum denique dextro cliuo euadas in Quirinalem. SS. Apoſtolorum templum, vt inciſa lapidi inſcriptio exhibet, Cōſtantinus Imp. exædificauit, vaſtarūt hæretici, Pelagius & Ioannes Romani Pontifices refecerunt: prothyrum Iulianus Card. Sixti IV. Pont. nepos Tiburtinis columnis exornauit. Multa in eo exſtant clarorum virorum monumenta, & eruditiſſimi Beſſarionis Niceni Card. & Patriarchæ Conſtantinop. tumulus, iſtud epitaphium ferens:

Arcus Neruæ.

Boiſſard. in topog.

Horti Vitelliorum.

Ædes D. Mariæ Lauretanæ.

Palatium Card. Alexandrini.

Palatium Columnarum.

Templū SS. Apoſtolorum.

Beſſarionis Card. monumentum.

τοῦτ' ἔτι Βησσαρίων ζῶν ἄνυσα σώματι σῆμα·

Πνεῦμα δὲ φεύξεται πρὸς θεὸν ἀθάνατον.

Maioranus Salentinus ita vertit:

Beſſarion feci hunc tumulum, qui conderet oſſa,
Venerat vnde olim, Spiritus aſtra petet.

Addo diuorum corpora hanc intra ædem humata: Philippi & Iacobi Minoris Apoſtolorum, Sabini & Clementis, & quindecim prȩterea Martyrum ſub ferrea crate condita oſſa. Nec ſilendum eſt ſanctiſſimi militis Longini corpus, non in hac quidem, ſed vicina S. Marcelli æde ſepultũ.

Templum S. Marcelli.

Mõs Quirinalis.

Quirinalis Mons, qui ad dextram eminet, à Quirini fano dictus: Quirini Romulo cognomen fuit: nec ſatis conſtat vnde quaſve ob cauſas. Tres prodit Ouidius: nec iudicat, quæ vero propior ſit:

l.2. faſtor.

Proxima lux vacua eſt, at tertia dicta Quirino,
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit:
Siue quod haſta Quiris priſcis eſt dicta Sabinis,
Bellicus à telo venit in aſtra deus;
Siue ſuo regi nomen poſuere Quirites;
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures,
Templa deo faciunt, collis quoque dictus ab illo eſt.

Hic vix meta ſit, ſpectator; neque eſt in vrbe Romana ſpectabile aliud, quod perſpecto Quirinali deſiderari poſſit: & ipſius aliquam partem, quà nempe ad Salariam Hortulorúmque collem excurrit, antea perſtrinximus, cùm eas regiones deſcri

deſcriberemus. Attamen pauca,quæ reliqua ſunt, minimè ſegni oculo aut feſtino pede ſunt percurrenda. immorari te obſito frequentibus ruderibus cliuo velim, & coniectare, quorum ædificiorum illa veſtigia ſint. Fuluius appendices thermarum & Porticus Conſtantini reliquias eſſe arbitratur. At excelſas illas teſtudines ſupereſſe è Neronis Oratorio alij tradunt; frontem vulgus *Neronis Frontonem* vocat. Nec verò probabile Neronem inde ſpectaſſe flagrantem ſubditis à ſe ignibus vrbem, quod quidam ſcribunt: ſed potius eſt, vt Fuluio credam, qui eum è Mæcenatis altiſſima turri, quam in Eſquiliarum vertice fuiſſe ſuprà dictum eſt, proſpectaſſe in opportunè ſubiectam vrbem ſcribit. Ipſæ Conſtantini thermæ vbi fuerint, non in obſcuro eſt: exſtant enim ſupra dorſum Quirinalis vtcumque integræ parietinæ, arcus & ſubterraneæ ciſternæ complures: quibus ruderibus horrea nuper inædificata. Sunt in eadem ferme Quirinalis regione gemini coloſſei equi ſiue Bucephali, vt autumant & affirmat Roccha, à Phidia & Praxitele clariſſimis ſculptoribus elaborati. quare legas eiuſmodi inciſa baſibus epigrammata: vnum vetus ita ſcriptum:

l.2.ant. Rom. c.7. Porticus Conſtãtini rudera. Neronis *frontone. l.2.c.5. & 7. itémque Marlia. ap. Boiſſard. 2.p. top. c.84. Ligor. parad. 57. Põp. Lat. c.61.* Thermæ Conſtantini.

Opus Fidia. Opus Praxitelis.

Cetera ab infimo quidem æuo, digna tamen lectu: *Phidias nobilis ſculptor ad*

Equi coloſſei, opera Phidiæ & Praxitelis. *de biblioth. Vatic. circa med.*

ad artificij præſtantiam declarandum Alexandri Bucephalum domantis effigiē è marmore expreſſit. Praxiteles ſculptor ad Phidiæ æmulationem ſui monumenta ingenij poſteris relinquere cupiens eiuſdem Alexandri Bucephalique ſigna felici contentione perfecit, Sixtus V. Pont. Max. ſigna Alexandri Magni celebriſque eius Bucephali ex antiquitatis teſtimonio Phidiæ & Praxitelis æmulatione hoc marmore ad viuam effigiem expreſſa, à FL. Conſtantino Max. è Græcia aduecta ſuiſque in thermis in hoc Quirinali monte collocata, temporis vi deformata laceráque ad eiuſdem Imp. memoriam vrbiſque decorem in priſtinam formam reſtituta hic reponi iuſſit. An. M.D. LXXXIX. Pont. IV. Alexandri Magni ſigna in hac epigraphe nominata ſunt immanes illi, qui propter Bucephalos adſiſtunt, equiſones, è Pario marmore, vt & equi, formati. Equos Tiridates Armenorum Rex deuexiſſe Romam ſcribitur; etſi Angelus Roccha alterum modò aliunde afferri potuiſſe exiſtimet, cùm alterum Praxiteles ipſa in vrbe ſculpſiſſe videatur. Hi equi vulgo cauſſam dedêre, vt Montem ab ſe Caballinum nominaret, nominétque hodie. Hîc, vbi ſe ſummo vertice Quirinalis attollit, Pōtificis æſtiuæ ædes ſunt, imminéntque egregiè, vt hodiernus ſitus eſt, frequentiſſimæ vrbi. Subiacent iis horti ampliſſimi, quamquam hiberno tempore viridantes: ſtatuis, fontibus, hydraulicis organis, & mira arte

Alexādri Mag. bina ſimulacra.

De biblioth. Vat. pag. 2,6.

Monte Caualli. Palatium Papæ & horti.

Hortorū celebrata amœnitas.

arte fornicato contextu fragrantium virgultorum, ſub quibus lætiſſima ambulatio eſt, ſtupendi, ac ſi liceat, prorſus peruidendi. Moneo, duûm millium paſſuum ambitus eſt; longulum ſanè iter tibi hac tã longa & operoſa vrbis circuitione laſſato: ſed recreabit voluptas loci, & metæ propinquitas, quã iam iã attingimus. Vale, mi ſpectator, & acquieſce meo ductui, ſi non commodiſſimo, certè fideli.

Te, quiſquis hæc lecturus es, prætcrea hæc pauca de Roma ſcire velim. Habuere eam à principio Reges: inde Coſſ. Tribuni militũ, & Decemuiri aliquãdo: poſtremò Imperatores, quorũ dono * Pontifices Vrbis imperiũ accepere, tenéntque hodie. Mirũ verò, quàm hæc diuerſa à vetere illa ſit, quà forma, quà ſitu, vt alia taceã. Illa fuit ambitu L. millium paſſuum, intra extráque muros frequentiſſimè habitata, vt è Vopiſco & aliis Iuſtus Lipſius demonſtrat de magnitudine Romana libro III. cap. II. & III. & tangam paullò pòſt: iſta non ampliùs XIII. M. P. in orbem patet, nec ſufficit implendo ſpatio, quod mœnium complexu deſcribitur. campi integri, horti, vineæ intra muros ſunt, ibi maximè, vbi quondam frequentiſſima ædificiis Roma fuit. Veruntamen hodierna hæc etſi nec numero nec magnificentia forſitan tanta ſint, quanta illa vetera: vſu certè meliora multò, vtiliora, ſanctiora ſunt. Quid Amphitheatra, Theatra, Circi, Thermæ ſimiléſq; aliæ moles

** Donationis huius tabulæ leguntur diſt. 96. Vid. Aug. Eugubin. l. ſing. cõt. Val. Io. Hier. Alban. Henric. Buccel. Tires. Foſcar. Frãc. Tho. Elys. in Clyp. aduer. hæret. Pighi. l. 5. hierarch. Eccleſ. Bozi. de ſing. Eccl. & ſtatu Ital. l. 3. c. 4. & l. 4. c.*

moles, quibus Roma quomdam ornabatur, vel, vt verius dicam, onerabatur? ſi materiem æſtimes, ſi architecturã, profectò miracula fuerunt: ſi vſum conſideres, qui eorum fuit, ſcelerum officinæ ad luxum, ignauiam, libidinem comparatæ. Longè hodie alia vrbis opera ſunt: Tẽpla, cœnobia, Xenodochia ſimiléſque aliæ domus, in quibus & ritè colitur Deus, & ex Dei præcepto humanæ neceſſitates ſubleuantur; aluntur, quibus inedia pereundum: veſtiuntur, quibus nuditate ac frigore emoriendum: curantur, quibus ſine illis adminiculis inter acerbiſſimos morborũ cruciatus efflanda anima eſſet. Quæ quàm pia, quàm ſalutaria generi humano, tã multa ſunt; vt templorum in Romana vrbe atque ſuburbiis Thomas Bozius numeret tria millia. Perierit licet vetus Roma, iaceant ſepulta ędificia eius, nec vel ex ruderibus noſcitentur, per nos licet; quando hæc loco illorũ hodie Roma habet. Sed vt quod dicere inſtitui, exſequar, diuerſam eſſe hodiernam vrbem à vetere illa non forma ſolùm, ſed ſitu quoque vel Campus Martius argumento erit, ager quõdam Tarquiniorum, deinde Campus publicus vrbis, at extra ſpatium vrbis. Iam quæras licet Martium Campum, cùm in medio conſiſtas; vrbem eſſe & mediam vrbẽ, qui ſuburbanus fuerat campus, deprehendes; illic, vbi Roma ſteterat, nudos propè colles, hortos, & prata & informia rudera, quæ teſtentur aliquando

5. & 6. Roccha de biblioth. Vat. pag. 181. & ſeq. Baron. ad an. 324. n. 117. & ſeq. Saccus hiſt. Ticin. l. 10. c. 9. 12. & 18. Bozi. ope. l. 2. heroic. qq. Couar. l. 4. var. c. 15. n. 8. Marta de iuriſ. p. 1. c. 30. Molina de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 25. Bertachin. v. Donatio à principe. Caphal. Spec. com. opin. c. 345.

Laudata hodierna vrbis Romæ magnificentia.

l. 10. de ſign. Eccleſ. c. 9.

aliquando tamen in iis locis mortales habitaſſe. Mutauit ergo ſitum Roma, neque verò adeo, vt ſitus illa cõmoda amiſerit; quæ, ſin vera apud Liuium Camillus fatur, ingentia fuêre: *Non ſine cauſſa*, inquit, *dij hominéſque hunc vrbi condendæ locum elegerunt, ſaluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deuehantur, quo maritimi commeatus accipiantur; mare vicinum ad commoditates, nec expoſitum nimia propinquitate ad pericula claſſium externarum: regionum Italiæ medium, ad incrementum vrbis natum vnicè locum.* Ingentia hæc ſitus commoda nihil mutârunt, niſi quòd colles, quos ſaluberrimos vocat, longè aliter affecti eſſe hac tempeſtate videntur. Vulgata eſt Romani cæli grauitas, noxius aër vrbem totam, colles pariter valléſque infeſtat; quem niſi certâ luce haut ferme ſine periculo ſentiat hoſpes. Verè atque vtiliter, quiſquis iſta obſeruanda in æde D. Virginis Mariæ ſupra Mineruam ſcripſit:

l. 5. Situs vrbis Romæ præſtantia.

Aëris Romani vitia, eorũdémque remedia indicata.

Enecat inſolitos reſidentes peſſimus aër
Romanus, ſolitos non bene gratus habet.
Hic tu quò viuas, lux ſeptima det medicinam,
Abſit odor fœdus, ſitq; labor leuior.
Pelle famem, frigus, fructus femúrque relinque,
Nec placeat gelido fonte leuare ſitim.

Verum enim verò inter tantam rerum confuſionem, quâ excita è ſedibus ſuis

Roma fuit, quâ cælum ipſum immutatum & corruptus aër; muri veteres, ſeu ſacri limites, quos moueri nefas fuerit, ſatis firmi ſuperſunt indicántque, vbi quódã & quàm ampla vrbs fuerit. Muros hos perantiquos quidem eſſe ſpecies indicat, nec verò exiſtimes ipſos illos eſſe quibus aut ſub Regibus, aut ſub Coſſ. aut ſub Cæſaribus vrbis pomœrium claudebatur; moti enim fuêre vetuſtiores illi ſæpiùs, creuitque pomœrium cũ ipſa vrbis ætate, maximè Cæſarum ambitione; quia enim antiquitus ius proferendi pomœrij nemo habuerat teſte Agellio, niſi qui populum Romanum agro de hoſtibus capto auxiſſet, Cæſares Romani rerum geſtarũ gloriâ ipſi ſibi blanditi extenderunt mœnium ſpatia perlibenter, quò ſcilicet eſſent ipſa ad poſteros teſtimonio virtute ſuâ ampliores redditas res populi Rom. iuxtà ac muros fuiſſe. Ante Cæſarũm imperium liberâ ac florente quamuis Rep. nõ legimus niſi bis exauctum fuiſſe pomœrium: ſemel à rege Seruio Tullio, *qui* (verba Dionyſij ſunt) *vrbi duos colles adiecit, Viminale & Eſquilinum, ſingulos iuxta opidi magnitudine, atque ibi loca ciuibus domo carentibus ad ædificandum diſtribuit; ipſe quoque in Eſquiliis regiam ſtatuit.* iterum à L. Sulla, cuius meminit Agellius loco citato & Cornelius Tacitus. Inter Cæſares mox primus C. Iulius teſte Dione, tum Auguſtus, eodem teſte; dein Claudius, vt memorat Taci-

tus

De muris Romanis diſſertatiuncula.

Add. Marl. l. 1. c. 5.

l. 13. c. 14. & Vopiſc. in Aureliano.

l. 4

l. 12. annal.

l. 43. & 55.

tus; poſtea & Nero & Traianus,vt refert Vopiſcus, Pomœrij fines longiùs protulêre:nec verò definiunt accuratè ſcriptores, quantum per quemque Imperatorē adiectum fuerit, niſi quòd Agellius exprimit Auentinum non longinquū mōtem, ſed quem nemo antea intra effatos vrbis fines includere auſus fuerit,à Claudio Aug. primùm in pomœriū fuiſſe receptum.Ampla quidem iam dudum vrbs, etiam cùm murorum ambitus non ita latè pateret;*erant namque*(Dionyſij iterum verbis vtor)*quæ circum vrbem habitabantur loca,multa & magna,ita vt ſi quis magnitudinem Romæ exquirere vellet,non certò dignoſcere poſſet, quouſque vrbs ſe extenderet,& vbi deſineret,& ita regio omnis vrbi perpetuo nexu cohærebat,prabe atque ſpectantibus ſpeciem in infinitam longitudinem porrectæ vrbis: ſed erant ea loca immunita, & hoſtium incurſibus valde obnoxia.* Hæc ſunt illa expatiantia tecta, quæ,vt inquit Plinius, multas addidêre vrbes;ita quidē vt & Ocriculum(de quo ſuprà) & Oſtia maritima (de qua intelligendus Ariſtides) longiſſimo viarum interuallo ab ſe inuicem diſſita continentibus Romæ ſiue ſuburbiis accenſerentur. Quæ non quidem omnia, pleraque tamen Cæſ. Aurelianus mœnibus ſepſit,ita enim de eo Fl. Vopiſcus:*muros vrbis Romæ ſic ampliauit, vt L.propè millia murorum eius ambitus teneant.*Quia autem hoc tēpore.vrbis mœnia multò breuiori ſpatio circūſcribūtur,

l.cit. in Aureliano.

l.cit.

l.3.c.5.

in Orat. de laud. vrb.Rom. ibi: *vrbs ad mare vſq; deſcendit.*

oportet exſtantes iſtos muros poſtea quidem, ſed haut dubiè aliquot ante ſæcula (indicat enim forma vetuſtatem, vt dixi) vrbi acciſæ iam & ad anguſtiores terminos redactæ circumdatos fuiſſe. Ij ſunt ferme lateritij & fornicibus intrinſecûs iuncti, & lateritiis item turribus muniti; quas in toto mœnium ambitu ſeptingentas quadraginta fuiſſe memorant. nunc temporis haut plures trecentis ſexaginta ſuperſtitant; aliæ per ætatem aut hoſtes conciderunt, aliæ decuſſis faſtigiis mulcatæ fuerunt. perpaucas videas integras, quæ priſtinam retineant formam. Arcuatæ ſunt, paténtque binis ſingulæ oſtiis ſibi mutuò reſpondentibus, quò rectus ac liber per muros diſcurſus ſit. Hæc de muris & iis, quæ intra muros.

Turrium in mœnibus hodie numerus & forma.

Extra muros.

Sunt quoq;, quæ ſpectaſſe iuuet: tria videlicet è primariis Romanis templis. Omnium auguſtiſſima D. Paulli Baſilica eſt ſecus Oſtienſem viam primo ab vrbe milliari, extructa atq; ornata à Magno Conſtantino: longa paſſus centum ac viginti, lata quinq; & octoginta. propylæum (propilæis * enim veſtibula baſilicarũ, quaſcumq; Conſtantinus Imperator Romæ condidit, exornata videas) colũnatũ eſt denis lapideis colũnis; frons, quę excelſior eminet, muſiui operis imaginibus relucet: at templi teſtitudinem in excelſas apſides curuatam octoginta vaſtiſſimæ columnæ ferunt; quarum quæ primi

Templũ D Paulli Apoſtoli.

Ita Schottus.

** intra quæ pœnitentes ſtetiſſe ſcribit Seranus lib. de 7. urb. Eccl.*

primi ordinis ſunt,& ſtriarum ſpecie & capitum Corinthio ornatu diſſimiles aliis excellunt. Pauimentum alicubi marmoreum,varij coloris inſectis orbibus; quo genere lithoſtroti exiſtimo templi anteriorem partem totam fuiſſe aliquando conſtratam,atque ideo deeſſe hodie multa,quibus optimus Princeps conditam à ſe ædem ſanè magnificè ſcribitur excoluiſſe. Eam nobis iacturam nuper Paullus V.Pont.Max.leuiorem reddidit,compenſauítque amiſſa decora nouis ornamentis;excitato ſcilicet in capite templi ſplẽdidiſſimo Altari,pauimento ac parietibus circa obductis pretioſiſſimo lithoſtroto, illuſtratis plurimo auro, interpoſitis pulcherrimi operis imaginibus. apſis, quæ imminet,muſiuè ſeu moſaicè picturata è veteribus ſupereſt. Sacella hinc & inde columnis cõſpicua recens exſtructa ſunt.Ara maior quaternas habet porphyreticas columnas.Iuxta,vt dignum eſt,pia veneratione colitur Chriſti in cruce pendentis imago,ad quam D.Suecorum reginam Brigidam aſſiduas cum lacrymis preces fudiſſe conſtat. Ferunt prætere cã ſolitam per feneſtras inſpicere in ſacellum,in quo ſita imago erat, cùm defixo fortè obtutu illam contemplaretur, accepiſſe diuinitus ſignum;quo quàm accepta illa Deo pietas eſſet,oſtendebatur:etenim imago cùm aut auerſa eſſet aut obliqua, certè Chriſti facies precantem directo non reſpiceret, conuerſa nullo mouente fuit,

Templi priſcus ornatus à conditore Conſtantino.

Noua ornamenta à Paulo V.Pont.

D. Brigidam orãtẽ Chriſti crucifixi imago reſpicit.

fuit, & inflexo vultu cœpit orantem recta adſpicere. Sunt verò plura alia, quæ te, Chriſtiane hoſpes, excitare ad cultum queant: DD. Petri & Paulli dimidia corpora ſub maiori, quam dixi, ara recondita à Silueſtro Pont. Max. quinque Bethleemitanorum puellorum corpuſcula: D. Timothei; qui Paulli diſcipulus fuit, vt multi exiſtimant, ne & ego. Beda dignus fide ſcriptor facit, qui in Martyrologio Timotheum narrat Antiochenum Martyrem iuxta B. Paullum Apoſtolum ſepultum fuiſſe ad hoc Timotheum, qui Paulli diſcipulus & Epheſi Epiſcopus fuit, Byzãtij conditũ fuiſſe Hieronymus Theodor. aliique teſtantur: Romam tranſlatum nemo. Bedam itaque vt ſequar, inclinat animus. Coluntur præterea DD. Celſi, Iuliani, Baſiliſſæ, Martianillæ medio fermè templo humata oſſa; Annæ etiam, quæ Deiparæ Virginis mater, integrum brachium integra cute veſtitum. præter hoc Iacobi vtriuſque Nicolai Epiſcopi, & Alexij brachia; humerus Dionyſij; caput mulieris Samaritanæ. catena, qua D. Apoſtolus Paullus vinctus fuit; & eculeus, vſitatum in Martyres Chriſtianos tormentum. Sunt alia, quæ ſtudio breuitatis mitto: at ſingula prȩmij ſpe inflatus Sacrarij cuſtos, ſi volupe ſit ſpectare & venerari, monſtrabit. Tum ad tres Fontes perge. aliquanto interuallo diſtant à templo. Interiacet mõs: quod Chriſtianorum olim macellum fuit.

Corpus D. Timothei Antiocheni, nõ illius, qui Paulli diſcipulus.

Contra Vigil. & Theodor. l. 2. collect.

Reliquiæ SS. in Paullina baſilica venerabiles.

fuit. Horreo dicere: ampliùs CLXXIV. M. mactata in eo loco fuere: & ſacro cruore tinctum fuit, quidquid ſoli ibi pedibus premis. Magna etiam Martyrum pars ibi defoſſa iacuit, iacetque hodie: multi ignoti nobis, multi noti. Zenonem ſcimus tribunum & ſocios milites decies mille ducentos tres ab impiis Diocletiano & Maximiano, poſteaquam eorũ opera Thermas, immane opus, abſoluerant, præmij loco capitis ſupplicium tuliſſe, & in proximam vallem abiectos fuiſſe, vbi maiores noſtri DD. Vincentij & Anaſtaſij honori templum excitarunt, quod ſupereſt: poſteri deinde Zenonem ſociósque propriè honoraturi ipſi ſepulchro elegans ſacellum ſuperimpoſuerunt, quod ad Scalam Cæli vocant. Fama etenim conſtans eſt, & tabula monimentum rei, D. Bernardum inibi ſacrificantem vidiſſe angelos deſcendentes & aſcendentes per ſcalam, qui è purgantis ignis cruciatibus humanas mentes, pro quibus orabat, eximerent & cælo inferrent. Paruulo hinc ſpatio abſunt terni fontes. Nupèr eos Petrus Aldobrandinus Card. eximij operis templo obtexit. Nec verò dubium vllum eſt Martyrem Paullum ad hos fontes ſanguinem * profudiſſe, qui vt æternum martyrij eius monimentum eſſent, cùm abſciſſum à ceruice caput ter ſaliens ter humum pulſaſſet, ſimul erupere, manantque hodie etiam perennibus aquis, nec rarò ægris corporibus medentur: quorum

Carnificina, & ibi mactatorum Martyrũ numerus.

I I X. Id. Iul. an. CCXCIIX.

Templũ SS. Vincentij & Anaſtaſij.

Sacellum ad Scalã cæli.

Tres fontes.

* Iac ſcribũt *Chryſoſt. ſerm. de SS. Pet. & Paul. Auguſt. 2. ſerm. de iiſd. Ambroſ. to. 3. ſerm. 68. Abdias hiſtor. certam. Apoſt. l. 2. Baron. an. 69. n. 13.*

rum *primus*, inquit doctiſſimus Baronius, *dulcior lactis ſaporem aliqua ex parte reddit, ceteri quamuis haut longè à primo diſtent, paullo diuerſum guſtui ſaporem afferunt: cuius rei ea ſolet ratio afferri, quòd ipſo primo fluxu lac venæ dederunt, ac deinde ſanguinem.* Exſtat etiam columna, cui feriendum caput D. Apoſtolus impoſuiſſe narratur: id verò clam ſubtractum Chriſtiani in Catatumbas, Magno Gregorio teſte, tranſtulere, atque in puteum, quo lateret, demerſere; vnde Magni Cōſtātini demum ætate extractum piū Imperatorē permouit, vt Apoſtolo dignam ſua religione ſuiſque opibus ædem conderet ac dedicaret. quam deinde iunior Valentinus ampliorem reddere aggreſſus imperfecto opere deceſſit: perfecit Honorius Auguſtus; veſtibulum verò atque atrium Hadrianus I. Pont. Max. lithoſtroto decorauit. Idipſum quin columnata porticu ſeptum fuerit, nihil ambigo, & ſunt indicio exſtantes columnæ: quis ſepſerit verò, nondum legi. De templo vniuersè, & cōditore eius, & priſcis ornamentis ita Prudentius vetus ac Chriſtianus poëta:

To.2. l.3. Regiſt. epiſt. 30.

Vide ſis Bar. in Martyr. 18. Nouemb. & ad ann. 386. Baſilicæ Paullinæ reliquus ornatus, & auctores indicati.

Diuidit oſſa duum Tiberis ſacer ex vtraque ripa,
Inter ſacrata dum fluit ſepulchra:
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum,
Parte alia titulum Paulli Via ſeruat Oſtienſis,

Qua

Quæ ſtringit amnis ceſpitem ſiniſtrum.
Regia pompa loci eſt : Princeps bonas has ſacrauit arces,
Clauſitque magnis amb'tum talentis.
Bracteolas trabibus ſubleuit, vt omnis aurolenta
Lux eſſet intus, ceu iubar ſub ortu.
Subdidit & Parias fuluis laquearibus columnas,
Diſtinguit illic quas quaternus ordo.
Tum camurus hyalo inſigni variè cucurrit arcus,
Sic prata vernis floribus renident.

Quibus poſtremis verſibus, vt Cæſar Baronius autumat, maioris arcus ornamenta Poëta deſcripſit; habet enim perinde, atq; alij Romanorũ templorum paullò vetuſtiores arcus, intextam floribus pancaſpiã è vitro verſicolore ; quod picturæ genus muſciarium aut muſiuum doctiores, ceteri moſaicum vocant. At enim Honorius Imperator (de hoc quippe Prudentium loqui dubium non eſt) ſi principem templi huius arcum erexit & muſciariis imaginibus illuſtrauit, miror equidem Baronium gloriam operis eius ad Leonem Magnum Pontificem trahere, niſi hic fortaſſis læſam caſu copiam teſtudinem cum ornamentis refecit, aut inſertis aliis operis eiuſdem imaginibus maiorem in modum excoluit. Dignum item obſeruatu eſt in propyleo monumentum Petri Leonis, potentiſſimi ciuis, vel ob id maximè, quòd omnium gentium clariſſimam Auſtria

An. 386. n. 31.

De quo Viues in not. ad Auguſt. de ciuit. Dei l. 16. c. 8. Pancirol. de ant. deperd. tit. 24. vbi Henr. Salmuth in notis.

In Martyrol. 18. Nouemb.

Petri Leonis monumentum.

Ædicula SS Petri & Paulli valedictione celebris. *Plura Hugon. ſtat.29.* Templũ S Sebaſtiani. Portæ S. Sebaſtiani priſca nomina. Caſtellũ aquæ. *Parad. 42.* Sacellum *Domine quò vadis* *Abdi. l. 1. hiſto. cert. Apoſt.* *Ambroſ. orat. cont. Auxent.* *Athanaſ. Hegeſip. Orig. ap. Bezr. de ſig. Eccl. l. 17. c. 6.* *Plati in Petro Seran. de 7. Eccleſ. Baron. an. 69. n. 5. & ſeq.*

Auſtriacam ab eo originem habuiſſe multi egregij hiſtoriographi tradiderunt: verè ne an falsò, diſquirere nolo, videatur Franciſcus Guillimanus primo libro Habsburg Porrò inter vrbem & D. Paulli templum ad ſiniſtram ædicula eſt, ita ibi ſcripto proditur, Principes Apoſtolorum, cùm ad ſupplicium ducerentur, apud eum locum (biuium quippe fuerat) digreſſos, vltimum vale inuicem ſibi miſerabilibus ſanè verbis dixiſſe. Hæc maximè extra S. Paulli portam, quam priſci & Trigeminam & Oſtienſem dixere, digna ſpectatu cultuque ſunt. Altera etiam è ſeptenis potiſſimis Baſilica, ſacra D. Sebaſtiano, extra portam eiuſdem nominis Appiæ viæ dextra adiacet: quæ via inde exiens per Capenates & alios populos Brundiſium vſque pertingebat; vt inferiùs dicam. Porta, quam S. Sebaſtiani vulgò nominant, olim à via Appia, & Fontinalis & Triumphalis, & Camenia & Capena vocabatur, à Capenatibus Latinis, ad quos mittebat, vt Fuluius cum Pomponio Læto ſcribit: Arcus, verò, quem intrinſecùs vides, aquæ caſtellum fuit. Cæci proinde (ita à Ligorio vocantur) qui Britannicæ victoriæ hoc monimentum eſſe, quod Claudio Imp. erexerit Senatus, crediderunt. Primo extra portam lapide ſita ædicula eſt, hoc nomine: *Domine quò vadis*. Tradunt quippe Petro Apoſtolo, cùm ſeu metu victus, ſeu precibus Chriſtianorum obteſtantiũ, vt fuga vitam

ſeruatam

ſeruatã vellet,ex vrbe profugiſſet,ibi loci Chriſtum apparuiſſe, aliquot poſt annos, quã in cęlũ aſcẽdiſſet.itaque eo magis pauidu & horrore perfusũ Apoſtolũ his verbis Chriſtũ cõpellaſſe: *Domine quò vadis?* reſpõdiſſe Chriſtũ:*Romã peto,vt iterũ crucifigar*: hoc dicto diſparuiſſe, & impreſſa lapidi veſtigia reliquiſſe. qui lapis ad D. Sebaſtiani tẽplũ trãſlatus cõſpici hodieq; poteſt. Enimuero Petrũ tacita caſtigatione perculsũ & cęlitus infuſa virtute roboratũ illico rediiſſe in vrbẽ & sũmũ ſupplicium cõſtãter pertuliſſe. Audio nõ neminẽ, qui hac ętate arrideat & irrideat,& neget Petrũ vmquã Romæ fuiſſe:ſed ſanè quam ridẽdus ipſe ſit, multi grauiſſimi ſcriptores cõprobarũt.Neq;hic locus eſt,vt alienę ab inſtituto rei immorer;potiùs ergo,quã cepi,viã inſiſto,& perluſtro inſignia adoleſcẽtis Eccleſiæ monimenta:ampliſſimas ſcilicet ſub terra occultas ſpecus humileſque adeo,vt ægrè rectus homo queat pertrãſire;& plus quã Labyrintheis ambagibus inter ſe implexas.ideo vt fidus cũ lumine dux pręeat,opus eſt.Cellulas ibi,& inciſos in parietibus loculos aſpicies, vbi hoſtiũ metu deliteſcentes olim Chriſtiani exercuere religionem. Sacella ea & ſepulchra fuiſſe ex reliqua ſpecie apparet,in quibus CLXXIV.M.Martyrũ,atq; inter hos decẽ & nouẽ Romanorũ Pontificum condita corpora fuerũt.Locũ vniuersè Calliſti cœmeteriũ nominãt;de quo Romanorũ Põtificum vetus liber hæc habet: *Fecit aliud cœme*

D. Petrus Apoſtolus in viuis Romæ fuit.

Gregor. Cortes. Card. lib. ſing. Fr. Agricola. Roffen. episc. can'. Velen. Pãuin. de prima. Pet. p. 3. Bellarmin. l. 2. de Põt. Rom. c. 2. & 3. Baron. an. 44. n. 61. Hugon. ſtat. 21. Marta de iuriſdict. int. Eccleſ. & ſecul. Iud. p. 1. c. 14.

Crypta,& cœmeteriũ Calliſti.

Boiſſard. XI. ſcribit, Schraderus XLVI.

cœmeterium Via Appia, vbi multi ſacerdotes & Martyres requieſcunt, quod appellatur in hodiernam vſque diem cœmeterium Calliſti. Faciem eius atque aliorum D. Hieronymus graphicè deſcripſit, cuius verba illuſtrando huic tenebricoſo loco aptiſſima non poſſum, quin inſeram: *Dum eſſem,* inquit, *Romæ puer & liberalibus ſtudiis erudirer, ſolebam cum ceteris eiuſdem ætatis ac propoſiti diebus Dominicis ſepulchra Apoſtolorum & Martyrum circumire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defoſſæ ex vtraque parte ingredientium per parietes habent corpora ſepultorum: & ita obſcura ſunt omnia, vt propemodum illud propheticum compleatur: Deſcendant in infernum viuentes: & rarò deſuper lumen admiſſum horrorē temperet tenebrarū, vt non tā feneſtrā, quàm foramen demiſſi luminis putes: rurſumque pedetētim acceditur, & cæca nocte circumdatis illud Virgilianū proponitur: Horror vbique animos, ſimul ipſa ſilentia terrēt.*

in Ezechiel. cap. 40.

Cryptarū forma.

Pſal. 54.

Templum S. Sebaſtiani.

Calliſti huic cœmeterio S. Lucina D. Sebaſtiani ædem ſuperimpoſuit, non nimium ſuperba ſtructura: attamen marmoreo pauimento, tecto lapideo, figura oblonga, quattuor ad maximam aram ſitis columnis. atque vt huius tam ſpecies templi, quàm religio augeretur. Sereniſſimus Bauariæ Dux Guilielmus aliquot Diuorum oſſa in ædiculam marmore incruſtatam condi, includique muro ſupra principalem aram curauit. Etiam ſub templo ipſius Lucinæ & DD. Sebaſtiani ac

Diuorum corpora ſepulta in hoc templo.

Catacumbæ.

ac Stephani Pōtificis & Martyris corpora recumbunt, oſtenditúrque in Catatumbis, vt vocant, puteus, in quem abiecta SS. Petri & Paulli corpora plurimis annis delituere. Situm verò templum eſt intra vallem depreſſo ac minimè ſalubri loco; vbi Caracallæ quomdam Circus fuit. quod & ruderum ſpecies, & ſcriptores digni fide teſtantur. Proſpicias etiam ex hoc loco rotundam turrim in fronte opidi mœnibus ſepti (quod Boiſſardo teſte Prætoriani & Medici Auguſtorum incoluerunt) proſpicias, inquam, ac ni graue eſt, accedas licet; legas hunc titulum: *Cæcilia Q. Cretici F. Metellæ Craſſi.* vnde colligas Metellæ huius id Mauſoleum fuiſſe. Vulgus *Caput Bouis* nominat, ſcilicet à boum capitibus, quæ circumcirca exſculpta ſpectantur. Sat multa oculis: auribus nunc demus aliquid, quo paſcantur. *Ad radices collis*, inquit Boiſſardus, *in quo Mauſoleum hoc ſitum eſt, ſi quis integrum verſum heroicum pronunciet, Echo admiranda eumdem reddet integrum & articulatū ſæpiùs. Ego Virgilianum illud primum Æneidos diſtincte repeti octies integrum audiui, & poſtea confuſè aliquoties. Nuſquam gentium eiuſmodi Echo auditur, quæ ideo tanto dicitur excitata artificio, vt in funere huius Cæciliæ plorantium eiulatus, exclamationes & planctus funebres in immenſum multiplicarentur.* Quid Ticinenſis illa Echo, quam Cardanus teſtatur vocem reddere decies & ter? admirationem meretur, non nego: ſed

Circus Caracallæ.

1. & 2. p. top. Rom. c. 143.

Sepulchrū Cæc. Metellæ.

1. p. top. Rom.

Echo admirabilis.

l. 18. de ſubtil.

ſed verſus integros integrè & ſæpè reiiciat. Auribus hæc. iam quæ alia extra vrbis portas digna viſu ſunt, abſoluamus. Tertia extra Tiburtinam S. Laurentij ædes eſt. de porta priùs, quàm ipſum templum deſcribam, pauca admoneo. Tiburtinæ nomen à re habet, quia Tibur ſpectat: ſed id hodie obſoletum, & vulgò à D. Martyre, ad cuius templum exitum præbet, Porta S. Laurentij appellatur. *Eadem*, inquit Fuluius, *etiam Taurina nuncupatur à capite tauri, quod in vtroque interioris fornicis frontiſpicio cælatum adhuc cernitur.* Sita verò eſt in ipſo Marciæ aquæ ductu, quam quia frigidiſſima ſaluberrimaque erat, à Pelignis aut Fucino lacu primus Ancus Marcius deriuauit: perduxit poſtea in vrbem Q. Marcius: ſed vetuſtate afflictos riuos ſæpius reſtaurare opus fuit. Extant in interiori Laurentianæ portæ fornice tres inſculpti tituli, pedalibus litteris, Cæſarum inſtauratorum nomina gerentes. Hæc de porta antiquitatis amantibus dicta ſint. Pergo, atque ad ipſam D. Laurentij Baſilicam excurro. Sita eſt primo ferme ab vrbe milliari, in agro Verano, ſecus Tiburtinam viam, conſpicua ſex & triginta columnis ac marmorum haut paucis ornamentis, quæ à conditore ſuo Magno Conſtantino accepit, atque retinuit: opes alias, quas amouere facile erat, amiſit. Nuſquam eſt aurea illa XX. pondo lucerna;

Porta S. Laurentij olim Tiburtina & Eſquilina: *teſte Marli.l.1. topog. c. 8. Hugon. ſtat. 19. l. 1. c. 14.* Marciæ aquæ ductus.

Quos exſcriptos Boiſſard. 1. p. top. multiſque alij exhibent.

Templũ S. Laurentij. Huius templi veteres opus.

na : nuſquam denæ argenteæ, ſingulæ XV. pondo, quas cum illa templo dicauit pius Imperator: non cetera eius donaria: vt phari, quos vocabant, ex argento pondo CCXL. non argentea corona pondo XXX. non argenteum altare pondo L. non eiuſdem metalli cancelli M. pondo: non illi item ex argento CCC. pondo, quos Sixtus III. altari circumdediſſe ſcribitur, comparent. Nec verò defuere inferiori ætate religioſi viri, qui ſpoliatum ab aliis templum veſtirent atque exornarent ſplendido alio cultu. Tectum, quod auratis laquearibus collucens cernis, Oliuerius Carafa Card. Neap. adſtruxit. Tumulum elegantibus ſtatuis decoratum cineribus ſuis, at Baſilicæ ornamento condidit Guilielmus S. Euſtachij Card. Prothyron cum columnis Honorius Papa III. erexit. Verumtamen omnis auri, argenti ac marmorum inſtar ſunt pretioſiſſima Martyrum oſſa, quæ in ſubterraneis cellulis, quod Cyriacæ cœmeterium à Prudentio deſcriptum fuit, ſepulta coluntur: exſuperant humanas ac fluxas opes illæ beatiſſimarum mentium exuuiæ; corpora inquam duorum clariſſimorum bellatorum, Stephani Protomartyris ac Laurentij in marmoreo loculo, ferreis cancellis incluſo, condita ſub principali ara. Nec corpora

Eiuſdem ornaméta recentia.

Cyriacæ cœmeterium.

hym. 11. de S. Hippolyto. Vid. de his Serran. l. de 7. Vrb. Eccl. Hugon. ſtat. 19.

Corpora SS. Stephani. Laurẽtij.

corpora modò, quæ patiendo victores animos effecere, ſed victoriæ inſuper inſtrumenta exſtant, lapis, quo petitus fuit S. Stephanus; & pars cratis, in qua toſtus Laurentius, & lapis, in quo exſpirauit, fluente ex corpore eius tabo adipéque tinctus per tranſennam adſpicitur. Supereſt præterea æreum vaſculum, quo idem in carcere S. Lucillum baptizauit. Quæ & paſſim alia Romæ, hoſpes, venerabundus perluſtra; reflecte aciem mentis tuæ ad illa religionis noſtræ primordia; quanto ſanguine irrigata fundamenta æternæ huius ciuitatis fuerint, cogita: quam heu nimium multi diſſipatum imus & euerſum, verbo quidem ciuium nomen gerentes, factis verò hoſtium opera æquantes. Sed irritus noſter furor eſt, nos perimus: Eccleſia æterna eſt: cuius vrbs Roma typum & imaginem gerit, quam toties oppugnatam & expugnatam barbari hoſtes, cùm maximè vellent, nequiuerunt exſcindere. Iacet quidem humanum imperium, quo quomdam vrbs orbem terrarum amplectebatur: iacent monimenta eius, & vix rudera priſcæ magnificentiæ ſuperſunt: ſed mortalia illa cùm eſſent, ſuo fato atque ex ordine naturæ ceciderunt. Altius aliud regnum ſurrexit, non locorum temporúmque terminis incluſum: hoc tum demum deſinet, cùm orbis terrarum, cui imperitet, non erit. Porrò vt abſoluam iter, haut procul D.

Romanæ vrbis & Eccleſiæ comparatio.

Laurea

Laurentij æde, ſecundo ab vrbe lapide, ad Nomentanam viam, ſeu vetuſtiori nomine à figlinis Figulnenſem vis appellare, S. Agnetis ædes ipſiuſmet cineribus veneranda, marmoribus incruſtata, ſex & viginti item marmoreis columnis innixa; proximéque eam ſphæricum aliud templum viſitur, cum geminatarum columnarum ordine teſtudini ſuppoſito: pictúmque interius opere vermiculato, vulgò Bacchi fuiſſe putant, & adſtruit fidem huic opinioni porphyreticus tumulus vitibus & vuis incinctus, quæ propria Bacchi inſignia ſunt. At ipſe quoque cum ceteris diis pulſus ſua ſede fuit, & Conſtantiæ Magni Conſtantini filiæ locum cedere coactus; huius enim Virginis honori Alexander IV. Pont. Max. templum ſacrauit, corpúſque vt fama eſt, in porphyretico illo tymbo condidit. Hanc Virginem ferunt elephantiæ fœdiſſima lueà D. Agnete cælitus liberatā fuiſſe, & protinus in eius honorem excitato templo ac monaſterio reliquum in eo vitæ cum pluribus virginibus caſtè ſanctéque peregiſſe. Iuxta hoc Bacchi ſeu Conſtantiæ templum ingentia rudera conſpiciuntur. Hippodromum fuiſſe inquiunt: quàm veriſimiliter, tute iudicabis, quæque alia in vicinio circumquaque viſenda erunt, viſes. Romam ego valere iubeo, & ſaluere aureis hiſce Chryſoſtomi verbis, quæ ſine ſcelere vix omiſerim: *Romam diligo, & licet aliunde queam laudare*

Via Nomentana, quæ & Figulnenſis.

Templū S. Agnetis.

Templū D. Conſtantiæ olim Bacchi.

Vid. ſerm. de Paſſ. S. Agnet. apud Ambroſ.

Hippodromi, vt putant, reliqua.

Epiſt. ad Rom. hom. 32.

S *dare*

dare, à magnificentia ſcilicet, ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine, à potentiâ, à diuitiis & à rebus in bello fortiter geſtis: ſed relictis omnibus iſtis ob id illam beatam prædico, quòd erga illos Paullus, dum viueret, adeo fuit beneuolus, adeo illos amauit, coràm diſſeruit & poſtremò vitam apud eos finiuit. Vnde & ciuitas iſta hinc facta eſt inſignis plus, quàm à reliquis omnibus: & quemadmodum corpus magnum ac validũ, duos habet oculos illuſtres, ſanctorum videlicet illorum corpora. Non ita calũ ſplendeſcit, quando radios ſuos Sol ex ſeſe dimittit, quemadmodum Romanorum vrbs duas illas lampades vbique terrarum effundens. Hinc rapietur Paullus, hinc Petrus. Conſiderate & horrete, quale ſpectaculum viſura ſit Roma, Paullum videlicet repente ex theca illa cum Petro reſurgentem in occurſum Domini ſurſum ferri. Qualem roſam Chriſto mittat Roma? qualibus coronis duabus ornatur vrbs iſta? qualibus catenis aureis cincta eſt? quales habet fontes? Propterea celebro hanc vrbem, non propter columnas, neque propter aliam phantaſiam, ſed propter columnas illas Eccleſiæ. Hæc D. Chryſoſtomi mens & verba ſunt.

Iter terreſtre ab vrbe Roma Neapolim non vſquequaque rectum ad lineam eſt; locorum iniquitas nonnullius ambitus cauſſa eſt. Itaque nec ego breuiſſimam aliquam viam, quæ fingi potiùs, quàm haberi poteſt, deſcripturus ſum: ſed eam quam vulgò ſequuntur hac tem-

peſtate

peſtate viatores. Ea à principio mediterranea: poſtmodum longo ad dexteram flexu litoralis fit. Crediderim etiam potiſſimùm vſurpari ab iis, quos ſpectare iuuat, hanc viam ea ex cauſſa, quòd ſuper litora ſint multa loca tum nomine antiquitatis ac priſcæ lucis, qua olim ſplendebant, commendata, tum hodie quoque ita affecta, vt licet ambages faciendæ ſint, præteriri neutiquam debeant: mediterranea, quæ Romam Neapolímque interiacent, ferme nudata ſint illuſtribus monumentis. Romam exibis Cælimontana porta, quam à vicinæ D. Ioannis Lateranenſis æde vulgò Portam S. Ioannis nominant: ridiculè alij, vt Fuluius memorat, Aſinariam, quia in regnum aſinorum, videlicet Neapolitanum, mittat. Cognomenti huius quæ ſit ratio, non ſatis compertum habeo: ſin incolas putant aſinos eſſe, profectò iniuriam faciunt nimio plus argutis hominibus. Hac tu porta egreſſus, & Campanam viam ingreſſus, principio adſpicies Claudiæ aquæ ductus, à Claudio Imp. non cœptos quidem, ſed abſolutos & nominatos. Sic Plinius id opus extollit: *Vicit antecedentes aquarum ductus nouiſſimum impendium operis inchoati à C. Cæſare & perfecti à Claudio: quippe à lapide quadrageſimo ad eam excelſitatem, vt in omnes vrbis montes leuarentur, influxere Curtius atque Cæruleus fontes. Erogata in id opus ſeſtertia quingenta LV. M.*

Porta S. Ioannis.

l. 1. ant. Rom. c. 17.

Claudiæ aquæ ductus.

l. 36. c. 15.

vt plerique libri habent:vt Budæus legit, ſeſtertium quingéties quinquagies quinquies:vt Lipſius H S. ter millies:qui fuere, vt ſupputat idē, ſeptem noſtri milliones & ſemis. Influxit verò Claudia aqua in vrbem per portam Maiorem, vt hodie eam vocant, vbi ſupereſt vtrimque inciſa frontibus inſcriptio permeantis illac aquæ argumentum, de qua ſuperiùs dixi. Ab vrbe Marinum M P. XII Caſtellum hoc haut procul Almone fluuio ſitū eſt, vbi loci affirmant Marianam villam fuiſſe, & in eodem tractu Lucullanam, vbi Fraſcatum opidum eſt:& Licinìam, Murenianam, Porciam & alias ſummatum Romanorum ſuburbanas ædes: Ciceronis, in qua Tuſculanas Quæſtiones, immortalem fœcundi ingenij partum conceperit, aiūt fuiſſe in eo iuxta Tuſculum ſolo, quo hac ætate conſpicitur cœnobiū Crypta Ferrata. Sanè lætiſſima regio eſt, nec olim magis quam hodie à Romanis proceribus habitata:ſurgentes enim molliter colles, ſcatentéſque limpidiſſimis aquis & viridantibus inumbrati nemoribus puriſſimo cœlo fruuntur;quę quàm optanda ſint, ſciet Romani aëris intemperiem cauſſáſque ex quibus illa oritur, expertus.Ceterùm à Marino Velitras,quę proximè ſequuntur, ſcabri montes ſiluæque occupant,octo millium paſſuum longitudine : vbi Antemnates quomdam habitaſſe opinio eſt. Ex illis iugis ſpectabis procul argenteam Etruſci maris oram;

De magn. Rom. l. 3. c. 11.

Marinū.

Fraſcatū.

Tuſculanum Ciceronis.

Grotta ferrata.

De huius regionis ſpecie plura Saccus diſt. Ticin. l. 1. c. 3. 6. & 7.

Antemnates.

&

& proximè ad dexteram lacum montibus inclusum, ac thalaſſicis aquis horridum: quem iudicio meo & Blandi Suetonius Nemorenſem, Ouidius Dianæ ſtagnum: Statius Hippolyti, alij Triuiæ, aut Aricinum à propinqua quomdam Aricia dixere. Non nemo Albanum illum Veiis fatalem eſſe putat. Quo prætérito ſuperatíſque ſiluis viator tandem ex altiſſimo monte longo deſcenſu ſubiacentes in placido tumulo Velitras attinget. Quomdam Volſcorum prępotens vrbs fuit, de qua ita Liuius: *Volſcis deuictis Veliternus ager ademptus eſt: Velitras coloni ab vrbe miſſi & Colonia deducta.* quod factum annis ante natum Christum CCCCXCIII. Sed cum poſtea ſæpiùs rebellaſſent, in altero L. Furij Càmilli conſulatu deuicti Veliterni, muri deiecti, & Senatus inde abductus tránſque Tiberim habitare iuſſus fuit, vt idem Liuius ſcribit. Ex hac vrbe Octauia gens egreſſa eſt ad Romanæ vrbis & orbis terrarum imperium. Habebant Velitræ à tergo ſiluam ſex millium paſſuum, ante hac latrociniis infeſtam: nunc expurgatam illuſtratámque deiectis arboribus, quarum denſitas amicas nebulonibus tenebras fecerat. Tum vbi Veliterni colles finiunt, pulcherrimi campi excipiunt, inde Etruſco mari arctati, hinc clauſi montibus mirè fertilibus, & licet aſpera inter ſaxa oleas ferentibus: Sermonetanum maximè collem obſerues

Lacus Nemorẽſis, vbi Nemus Dianæ.

l. 2.

l. 8.

Sueton. in Auguſto. Dio l. 45. Zonar. l. 2. annal.

ſerues velim, quàm ſaxoſum, tam opertum huius generis arboribus. Sermoneta oppidum eſt à tumulo, qualem dixi, viam deſpectans: iuxta valida arx abrupto in ſcopulo. diſtat Velitris M. P. XV. ac fortè Sulmo fuit, non ille Pelignorum, gentis caput, Ouidij Naſonis patria: ſed alterum eodem nomine oppidum intra Latij antiqui fines ſcriptum à Plinio. Inde ſiniſtros montes radendo ſupra aſperum cliuum ſitam turrim adeas neceſſe eſt. Exſtructa, impoſitúmque præſidium fuit ob reprimendos latronum inſultus; quæ viatoribus vtiles excubiæ ſunt: ſed multò magis laudabile beneficium foret, ſi gratuitum eſſet: à te ſtipendium milites poſcent, quia tui cauſſa ſtationes agunt. Pôſt eamdem ſub ſiniſtris montibus ſequenti viam veteris cuiuſdam ædificij rudera ad manum erunt. Leander atque alij autumant reliqua eſſe è Tribus Tabernis, quarum præter Ciceronem & Antoninum meminit D. Lucas. Suprà in viridanti tumulo gratiſſimè explicatam Setiam adſpicies: quam Martialis ſcripſit *Pendulam Pomptinos ſpectare campos:* commendantque alij ſcriptores à vini nobilitate. Pomptini campi illi ſunt, quos ad dextram vides longè latéque diffuſos, vdos atque imperuios. Itaque longo ad ſiniſtram flexu intrandi montes, inter quos ſaxoſo in colle Priuernum conſcendes, duodecim millibus paſſuum

Sermoneta op.

l.3 c.5.

Tres Tabernæ.

In Actis Apoſt.c. vlt. Cicero ad Attic. l.1. epiſt. 13. l.2. epiſt.2.

Setia op.

l.4. epig. 64. l.10. epig. 74. & l.13. epig. 112.

Strabo l.5. Plin. l.14. c.6.

Campi Pomptini.

paſſuum à Sermoneta diſſitum. quod nouum eſſe opidum ſatis conſtat: namque vetus Priuernúm, patria Virgilianæ Camillæ, plano in loço fuit, antequam Germanorum Britonúmque armis deleretur. Exſtant eius ſecundo milliari à *Piperno* (ita hodie opidum vocant) haut pauca per campos veſtigia. Piperno cùm deſcenderis; obuium erit ad læuam, montibus adiacens, elegans cum templo cœnobium: quod Foſſam Nouam dicunt, & ibi D. Thomam Aquinatem exſpiraſſe memorant. Blondus hoc loci Forum Appij, celebre illud & ſacris litteris quoque nominatum, ſtetiſſe ſcribit. Tum è montium anguſtiis egreſſus cernes ad dexteram latiſſimas Pomptinas paludes: ad ſiniſtram continuos montes, qui Tarracinam vſque exporrecti apud mare deſinunt, hos ſequendo etiam Tarracinam atque ad mare peruenies. De Pomptinis paludibus priùs dicenda aliqua ſunt. Pometini quomdam campi fuerunt, à Sueſſa Pometia Volſcorum vrbe ita dicti: fertiles, atque idcirco à trium & viginti opidorum populis habitati. Eos gemini fluuij Vfens, & Vfente minor Amaſenus inundarunt atque operuerunt perennibus aquis: tum ex propinquis montibus deuoluti imbres, cùm occluſo exitu erumpere non poſſent, quieuere in eodem ſtagno, ita metuo ne æterna futura

Priuernũ, vulgò *Piperno.*

l. 11. Æneid.

Foſſa Noua.

Martyro'. Rom 7. Mart.

Forum Appij.

Paludes Pomptinæ.

Mutian. apud Plin. l. 3. c. 5.

ſit palus. Veteres quidem ſiccaſſe eam leguntur, ſemel Cornelius Cethegus Cos. apud epitomatorem Liuij: iterum id aggreſſus eſt Iulius Cæſar, teſte Plutarcho, ſed opus non perfectum abſoluit Auguſtus. Tum & regnante Theodorico Gothorum rege Decius vir illuſtris eamdem diductis aquis ad culturam reduxit, promeritúſq; eſt hac induſtriâ regium reſcriptum, quod eſt apud Caſſiodorum his verbis: *Ad ampliſſimum Senatum præcepta tranſmiſimus, vt definito nũc ſpatio ad tuũ pulchrè tranſeat dominiũ, quod eſt à fœdis gurgitibus vindicatum. æquum enim eſt, vt vnicuique proficiat labor ſuus.* Etiã parentũ noſtrorum memoriâ Sixtus V. Põt. Max. aliquid circa Põptinas aquas molitus fuit, impenditque aureorum nũmûm ducenta millia. Appij opus vnum inſtar omnium cogita, quàm inſanum fuerit, & neſcio an hodie imitandum. Is Cenſor viam à Porta Capena duxit Capuã vſque per Pomptinas paludes, ſiue tunc illi campi erant. Hodie cernere eſt eam partim eminentẽ inter aquas, partim demerſam ſepultámq; inter pontium & ædium ruinas: maximè integram iuxta Tarracinæ montes. Pomptinam viã quòd ſecuerit, Strabo teſtatur, Leander per paludem etiam fuiſſe ductam ſcribit: at nõ ab Appio, ſed Traiano Imperatore; qui eam quoque à Capua, vbi vetus Appia finiebat, produxiſſe Brundiſium vſque memoratur. Vt dixi, per Pomptinam palude

l. 46.

l. 2. var. epiſt. 33.

Via Appia, *de qua Frontin. de aquæ duct. Fulu. ant. Rom. l. 1. c. 6. Lipſ. de magn. Rom. l. 3. c. 10.*

de mutila Tarracinam pertingit; inde præter Fundos, Molam, Sueſſam vtcumq; integra ducitur Capuam. Adeo cōpacta ſolidè fuit, vt nec hominum iumētorúmque attritu, nec temporis iniuriis, quibus intereunt cuncta, potuerit tota perdi. Iam olim Procopius firmitatē eius admiratus eſt: *Appius*, inquit, *ex alia & lōginqua tunc, vt reor, regione excifos lapides, & hos quidem ſiliceos, ac ſuapte natura duriſſimos in hanc viā vehendos curauit, quos deinde politos inciſóſque ad quadratam figuram iunxit ordinauitque metalli vel alterius rei nihil inſerendo: ſunt tamē ita connexi & validè inter ſe hærent, vt ſpeciē viſentibus præbeant non coniunctos ita, ſed cōgenitos eſſe; & quāuis tot ſæculis atterantur aſſiduis plauſtris iumentiſque, tamen neq; ſerie ſua vel minimum exeunt & dimouētur, neque franguntur, aut læuorem amittunt.* Hæc Procopius octingenteſimo quinquageſimo anno poſt Appij cēſurā, atque adeo ductam viā. At Plutarchus facit, vt dubitem, qui Cæſari commiſſam fuiſſe Appiæ viæ curam tradit; ergo tum refici debuit & dimotum aliquid aut ruptum fuit, quod Procopius negat. Crediderim ego, & innuit Fuluius, ornamēta ſuperſtruxiſſe Cæſarem, quorum hodie nonnullæ reliquiæ ſpectantur: ſed plura Traiani operis, qui plures per Pomptina ſtagna pontes erexit & circà appoſuit crebra ædificia, vt Dio narrat. Fuit via lata pedes quinque & viginti,

Dio. Vid. Lipſ. ad 2. annal. Tac. Boiſſard. 2. p. top. Rom. c. 133 Appian. in antiq. inſcrip. pag. 202. l. 1. bel. Goth.

Appiæ viæ firmitas.

lib. 68.

Eiuſdem ſpecies & commoda deſcripta. nonnihilq́ue eminebat aggeris inſtar, atque idcirco ne aut difflueret, aut ſilicũ cõpages ſolueretur, oportuit firmos vtrimque adſtrui margines. præterea ne quid aut ornamẽto eius, aut cõmodo viatorũ deeſſet, poſt ſingulos duodenos pedes ſinguli interiecti lapides fuêre excelſiores, vt ex iis & inſcendi in equũ poſſet, & feſſi pedites conſidere in iis, tanquã ſedilibus, aut onera reclinare poſſent. Hoc C. Graccus commodi & ornatus addidit Appiæ viæ, & inſuper ſingulis milliaribus, quod ſignũ eſſet, ſingulas appoſuit columellas: decoram rem, & vtilẽ ait, l. 4. c. vlt. iter facientibus, quibus, vt Quintilianus *multum detrahunt fatigationis notata inſcriptis lapidibus ſpatia.* In quam ſententiam & hoc Rutilij Claudij eſt: l. 2.

Inter valla viæ feſſis præſtare videtur,
Qui notat inſcriptus millia crebra lapis.

Viæ Appiæ reliquia. Hæc de Appia via; cuius ſæpius poſtea mentio fiet, vt ſæpiùs ſe in conſpectum dabit: nullibi magis integra, quàm apud Tarracinam. Ibi propè omnium ſigna ſunt, quæ habuiſſe illam proditum litteris fuit: ibi nigricantibus latiſſimiſq́; ſilicibus conſtratam, & vtrimque extantibus altiùs lapidibus ſolidatam: ibi paruo ſpatio interiecta equitum peditúmque ſaxa cernes; hinc atque inde ædificiorum & ſepulchrorum crebra ac clara monumenta, quibus hæc viarum regina ornatiſſima fuit. Erat quippe olim

olim admodum in vſu, vt ſecundùm vias ſepulchra mortuorum ponerentur, quò prætereuntes admonerent & ſe fuiſſe & illos eſſe mortales, vt Varro inquit. Audi de vno illorum miram rem. Alexandri VI. vel ſi Pancirollo credas, Paulli III. pontificatu vnus de tumulis illis apertus fuit: repertum ſuper marmorea tabula pulcherrimæ puellæ integrum corpus, innatans admirando cuidam liquori: hic creditur adeo incorruptum ſeruaſſe corpus. facies quoque non illæſa modò, ſed venuſta & pænè ſpirans; flaui & in nodum contorti conſtructíque aureo circulo capilli erant. Ad pedes lucerna ardebat: ſed vt apertus tumulus, ſimul extinctum lumen fuit. Inſculptæ aliquot notæ indicabãt ante mille & quingentos annos conditum ibi id corpus fuiſſe: cuius eſſet, certò ſciri non potuit. coniectantium plurimi Tulliolę Ciceronis filiæ putârunt. deportatum Romam & plures dies conſeruatum in Capitolio, cultúmque ſuperſtitiosè fuit; poſtremò Pontificis iuſſu abiectum in Tiberim periit. Fabulam narrare videor aut hiſtoriã, quæ plus admirationis habitura ad lectores ſit, quàm fidei: nec dubito futuros aliquos imbecilli adeo iudicij, vt facta hæc nõ fuiſſe, ſed nec fieri quidẽ potuiſſe exiſtimaturi ſint. quorũ illud neq; probo, neque refello, fides rei penes auctorem ſit, Leandrum Albertum inquam: alterum quàm falſum ſit, leui negotio oſtendo.

Vnde Iuuenalis. *Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina.* *l. 5. de ling. Lat.* *Leand. Alb.* *Panciról. de ant. de perd. c. 36.* Cadauer à multis ſæculis incorruptum: pariter lumen inextinctu.n.

Inquiſitum in cauſſas conſeruati cadaueris. itemque luminis. Ignes ſubterranei æterni.

Bernard. Scardeon. in hiſ. Pataui. Apiā in antiq. inſcript. pag. 337. Salmuth in not. ad Panciro. ant. deper t. 36. Viues in com. ad Auguſt. de ciu. Dei. l. 21. c. 6. Corellar. l. 1. Epiſt. ad Alphon.

Negant Cadauer corruptioni exprimi potuiſſe, cui id natura obnoxium voluerit eſſe. Hoc rudes negant, quibus naturæ vires ignotæ ſunt: qui quanta balſami ſimiliúmque liquorum virtus ſit, intelligunt, næ ij fatebuntur perunctum iis, vt fuit, cadauer plures etiam annos ſeruari integrum potuiſſe. Illud mihi cū doctis aliquibus controuerſiæ eſt, lampas ne pauxillo olei imbuta potuerit ad tot annorum inextinctum lumen ſufficere. Taceo patrum memoriâ effoſſam Patauij vrnam cum lucerna ardente; taceo alteram à Viue commemoratam lampadem, quæ, vt inſculptæ numerorum notæ docebant ante mille quingentos annos defoſſa flagrabat etiam tum, cùm in lucem protraheretur; taceo illam, quæ paucis abhinc annis Coloniæ ad Rhenum aperto vetuſtiſſimo tumulo viſa fuit, ſed viſa illico lumen amiſit. Taceo Hermolaum Barbarum, & Franciſcum Maturantium, qui in Italiæ ſubterraneis quibuſdā ſepulchris reperiri eius generis inextinctos ignes teſtantur; taceo hæc, inquam, cùm aduerſariis falſa item videantur & ἀδύνατα. Philoſophi iudicent quàm vera ſit ratio, quâ illi ſuam opinionem tuentur, negant ſine cibo, quo paſcatur, viuere ignem vitam ſuam poſſe, vti nec animātia ſuam; pariter ſi pabulum exiguum ſit, exigui etiam temporis ſpatio depaſci id ignem, tum emori exiſtimant, quo argumento Cardanus elementū ignis, quod

l. 2. de ſubtil.

Philo

Philoſophi ex Hippocratis, Platonis, atque Ariſtotelis ſententia proximum orbi Lunæ conſtituunt, ex orbe ſuſtulit; neque enim ibi locorum ſuppeteret igni cibus. At quod ipſe à Philoſophorum ſchola reſponſum tulit, idem à me alij ferent: quod eiuſmodi eſt. Ignem natura ſua pabuli haut quaquam indigum eſſe, frui autem illo, ceu munimento quodam, & inſiſtere ceu ſtabili ad pugnam loco; ab aëre enim oppugnatur valido hoſte, nec dubiè futuro victore, niſi ipſe ſe rei cuidam affixus velut ex arce tutaretur. quare inter nos intérque aërem copioſum & vndique circumfuſum alimento opus habet, cui innixus ſuſtentet ſe, non quo ceu proprio cibo veſcatur. qua mente & Ariſtoteles ſcripſit ignem non nutriri, & D. Auguſtinus clarè oſtendit non quæcunque ardent, neceſſariò conſumi. Deſinant ergo mirari iſti lucernam tot annos arſiſſe; ſubinterranea enim ſpecu neque copioſo aëre obſeſſus, neque moleſtis flatibus vexatus aut inquies ignis, quamquam pauxillo olei potuit duraſſe. Hæc te, viator, priùs quàm Tarracinam inires, ſcire volui. Iani de opido aliqua audi, & primò Horatium:

Vid. Conimbr. 3. de cælo c. 5. q. 1.

2. Met. c. 2. & 2. de an. 33. & 3 a. 5. Auguſt. l. 25. de ciuit. Dei c. 4.

Tarracina.

l. 1. Sat. 3.

Impoſitum, ait, *ſaxis latè candentibus Anxur.*

Iſtud eius priſcum nomen eſt, vt Liuius teſtatur hiſce verbis: *Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt, vrbs prona in paludes:* *l. 4.*

Pompti

Pomptinas puta,quæ à Tarracina diffunduntur ad Sermonetæ vſque turrim. Sita eſt in ſcopuloſo maris promontorio: ſed fertilem circa & amœnum agrum habet, à Romanis olim habitatum frequenter. Ita fuiſſe crebræ etiámnunc villarum atque ædium reliquiæ indicant: & magnifici ab Antonino Pio inſtaurati Portus aliqua veſtigia ſuperſunt:quem imperatorem minimè ambigo molitum illa inſuper opera fuiſſe, quæ in vicinia vides Portui adſtructa, ob quæ,vt opinor, Iulius Capitolinus inter inſignia Antonini Pij ædificia Portum Tarracinenſem, nec non Caëtanum celebrauit. A Tarracinæ promontorio retracti introrſus montes theatrali figura ambiunt virentem alibi frequentibus arbuſtis, alibi marinis aquis reſtagnantem planitiem; in cuius intimo receſſu proximè ſub montibus Fundi ſunt: exiguum, at ſpecioſum opidum, poſitum ſupra Appiam viam, nullibi magis admirabilem,quàm in hoc inter Tarracinam & Fundos ſpatio, quod locorum interuallum olim Lautularum nomen habuit; de quibus Liuius lib. VII. *Cohors vna*, inquit, *cum haut procul Anxure eſſet, ad Lautulas ſaltu anguſto inter mare ac montes conſedit.* Sub horum montium vno viſuntur ſpeluncæ aliquot, iuxta quas villa Galbæ Cæſaris, de qua Suetonius in vita eius: *Ser. Galba Imperator M. Valerio Meſſalla, Cn. Lentulo Coſſ. natus eſt IX. Kal.*

Rudera Portus ab Antonino Pio Cæſ. refecti.

Fundi opid.

Villa Galbæ Cæſ. c. 4.

Kal. Ianuarij in villa colli ſuppoſita, prope Tarracinam ſiniſtrorſum Fundos petentibus. Nec minùs prope Tarracinenſe promontorium cernes immanem ad ſolum vſque ferro decuſſam cautem, æquatamquè pauimenti in modum, viginti ferme paſſuum longitudine, latitudine trium. Adſpicies ſaxeum parietem è ſimili candenti rupe formatum, læuatumque inſigni altitudine. Admiraberis plures inciſos verſus ſenſim creſcente litterarum magnitudine, quam tamen infrà ſuſpicientes oculi non animaduertunt, ſed ſummas ac remotiſſimas litteras proximis & infimis æquales videre videntur: nempe peritus ſculptor exacta viſus & loci altitudinis collatione tantum auxit diſſitarum litterarum formam, quantum oculorum vis excurſu decreſcit. Tarracina Fundi abſunt denis millibus paſſuum, iam intra Neapolitani regni fines: tertio lapide poſt Tarracinam limes eſt, ad quem ita ſcriptum: *Hoſpes hic ſunt fines regni Neapolitani. ſi amicus aduenis, pacatè omnia inuenies, & malis moribus pulſis bonas leges.* Hoc ipſi te primò ſcire volunt: ego quod magis è re tua futurum ſit, antè indico. Neapolitanum vulgus vulgò fraudibus & malis artibus infame eſt, ſuo merito. Summates non culpo, qui optimates ſunt: infimus quiſque verſutiſſimus eſt; ingenioſa ſcilicet paupertas mille modis ſemet iuuat, iurene an iniuria, nullo

Litterarũ in inæquali diſtantia ſpectabilis æqualitas.

Limites regni Neapolitani.

Vulgi Neapolitani vitia.

nulloſcrimine. Cres eſto inter Cretas, & Argus, nullum è centenis luminibus fruſtra fuerit. Non nimium loquere, minimum crede melleis verbis; Crœſi licet opes habeas, Codrum finge. nuſquam minùs tuta oſtentatio eſt, & minùs diuturna, quia mox id, quo gloriabaris, alius aufert. odori homunciones etiam quæ non vident, indagant & eripiunt; quid illis fiet, quæ ipſemet prodis & exponis prædæ? Alterum eſt, quod præmoneam. caue vetiti importes aliquid efferáſve: ad finium anguſtias excubant, qui omnia rimentur; & ſi ſupellex tua minùs proba ſit, præterquam quòd eam auferunt, carcere te & pecunia etiam mulctent. Arma præcipuè obſeruant, nonnunquam plus iuſto importuni: ſi paullò longior, latior, ſubtilior enſis ſit, frangunt, & te pro libito vexant. Pecuniæ item ne plus, quàm neceſſum ſit, inuehas: inferri quidem quaſcumque opes patiuntur, ſuo commodo, tuo detrimento: non exportari. itaque reliqua pecunia ſæpè ſuperfluas merces emas oportet, aut à mercatoribus *litteras Cambij*, vt vocant, ſumas, magno ipſorum fructu: tibi vndique impendet damnum, idque etiam periculum, ne è rapaci aliquis plebe ſpoliet te tuo theſauro. Iam Fundos ini, exiguum, elegans tamen in amœna planitie opidum, atque vt à noſtratium Poëtarum vno deſcribitur,

Collibus hinc atque inde lacu, ſimul æquore cinctum,

Cõtra ea remediũ.

Admonitio de armis & nummis in regna inferendis & exportãdis.

Fũdorum ſitus.

Georg. Fabric. Chẽnic. in itin. Neap.

cinctum,

Citria cui florent hortis, & litore myrti.

Blandus in vicinio Cæcubum montem locat, quem veteres à vini nobilitate plurimùm commendarunt. Columella inter alios: *Neque dubium eſt*, inquit, *Maſſici Surrentinique & Albani atque Cæcubi agri vites omnium, quas terra ſuſtinet, in nobilitate vini principes eſſe.* Nec verò admodum mirum erat in pingui ſolo naſci vina generoſa: ſed hoc in Cæcubo, ſcriptoribus viſum rarum & admirabile, quòd etiam in ſubiecto agro, humido quamuis & vliginoſo, vites tam fertiles tamque felices eſſe poſſent. Ita Strabo: *Cæcubus ager cùm paluſtris ſit, vitem tamen arboream alit, cuius vnum præſtantiſſimum.* Et Martialis: Mõs Cæcubus. Cæcubi veteris præſtantia. *l. 3. de re ruſt. c. 8.* *l. 5.*

Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur ahenis,

Vitis & in media nata palude viret.

Atqui Plinius Cæcubum vinum ſua ætate nùllum fuiſſe indicat: *Antea*, ait, *Cæcubo vino erat generoſitas celeberrima, in paluſtribus populetis, ſinu Amyclano, quod iam intercidit, & incuria coloni locique anguſtia: magis tamen Foſſa Neronis, quàm à Baiano lacu Oſtiam vſque nauigabilem inchoauerat.* Vt quid ergo Martialis, qui Plinio poſterior & ſub Domitiano vixit, Cæcubam vitem, vt virentem celebrauit? Coniectura facilis & rationi conſentanea eſt poſt Neronis interitum periiſſe Foſ- *l. 14. c. 95.* Foſſa Neronis.

ſam

ſam quoque, & abhinc Cæcubum agrum vitibus conſeri colíque denuo cœpiſſe. Amyclanum autem ſinum Plinius Cæcubo propinquum locat; qui ab aliis Lacus Amyclanus dictus, neque alius ab eo fuit, quem Fundanum hodie vocant. Amyclano nomen ab Amyclis proxima vrbe, vel ob id non tacenda, quód tacendo Amyclas periiſſe in prouerbium abiit. Nam cùm antea crebrò hoſtes aduentare nuntiatum, & ciues falſis rumoribus exterriti fuiſſent, ſanxerunt legem capitalem, ne quis poſthac de hoſtium aduentu verba faceret. Superuenientes ergo hoſtes oppreſſerunt imparatos, quia ſibi ipſi cauerant lege, ne de hoſtium aduentu poſſent præmoneri. Plinius tamen & Solinus non ab hoſtibus, ſed à ſerpentibus Amyclas deletas prodiderunt; quod Seruius ita accidiſſe explicat, vt quia incolæ origine Lacones iidemque Pythagoræi eſſent, quibus perfectæ ſuæ inſtituta vllum animal occidere non liceret, ſerpentes in vicinis paludibus copioſi, ſumptis incremẽtis, tandem ipſos ex vrbe fugauerint cultores. Sed vt Fundos redeamus, opidum anno poſt natum Chriſtum MDXXXIV. Ariadeni Barbaroſſæ milites inprouiſa exſcenſione ceperunt, vaſtarúntque ac fœdarunt miſerabilem in modum, abreptis in ſeruitutem incolis, ſpoliatis diſiectiſque duorum clariſſimorum è Columnia gente ducum Proſperi & M. Antonij ſepulchris, quæ in

[Margin notes: Amyclanus lacus — Amyclæ tacendo perierũt. — *l. 3. c. 5. Solin. c. 8. ad Virgil. l. 10. Æneid.* — Fundi à Turcis vaſtati. — *Horũ laudes apud Ioui. l. 5. elog. milit.*]

in templo ſita erant. Appiæ inde inſiſtens viæ laureis, myrteis, lenticinis ſepibus veſtitæ, per obliquos montes perges; quos inter ſaxeum Itrium offendes. Ita hoc à materie caſtellum appello, è qua exædificatum fuit; ſeu veterum ædificiorum ruinæ eam præbuerunt, ſeu propinqua Appia via, ſeu circumiacentes montes; quod magis credo. Poſt hoſce montes ampliſſimum & longè introrſus reductū maris ſinum adſpicies, inque eius capite Caietam qua præterita in intimo ſinu Molam attinges: iucundiſſimum opidum, fertileque omnium fructuum. Aurei ibi horti videntur, adeo auratis pomis ſcatent, & integræ circa ſiluæ ſunt oleis conſitæ; quin ſacchari cannas alicubi ager fert, magnum vbertatis ſoli argumentum. Molam à molarum multitudine videntur nominaſſe, quas è vicinis collibus defluentes cum gratiſſimo ſtrepitu aquæ circumagunt. Ibi exiſtimant aliqui fuiſſe Formianum Ciceronis villam, ipſiuſmet cæde miſerabilem. Formas verò celebratam à veteribus vrbem adiacuiſſe Appiæ viæ; eius eſſe illa rudera, quæ antè quàm Molam perueniatur, haut pauca iuxta Appiam apparent. Multa paſſim hac regione antiquitatis monumenta cum aliqua Formianorum mentione indicio ſunt profectò hîc Formias fuiſſe; quarum amœnum litus priſci ſcriptores adeo verbis extollunt, magnificè præter alios Martialis:

Itrium, Blondo Lamuræ.

Mola, olim Formiæ.

Formianum Ciceronis, vbi cæſus.

l. 10. epig. 30.

O tem

O temperata dulce Formiæ litus.
& inferiùs:
Hîc ſumma leni ſtringitur Thetis vento,
Nec languet æquor, viua ſed quies Ponti, &c.

Formiarũ ſitus laudatus.

Sanè & ſiniſtrum, quod ad Lirim fluuium, & dextrum, quod Caietam vſque eſt, litus lætiſſimis hortis, odoratiſſimis fructibus, aureis citriiſque pomis totum fragrat; vt taceam decurrentium ad mare riuulorum lene murmur, & marinarum vndarum ſtrepitus, quos illiſæ placidè litori edunt. Ac ſiniſtra quidem litora, quæ ad Lirim fluuium ferme duodecim millium paſſuum itinere porriguntur, abſque ambitu aliquo perluſtrabis, quoniam recta ea & vulgo trita ſemita eſt: dextri autem ſinus oram vt peruideas, quattuor milliarium à vulgari tramite excurſio facienda erit, intra quod ſpatium admirandæ fertilitatis ſolum, & quæ à Romanis rerum dominis eam regionem habitatam frequenter fuiſſe indicent, creberrima monimenta & inſcriptos ſaxis titulos cernes, ea cum voluptate, quam antiquitatum cupidus ex vetuſtiſſimarum rerum contemplatione ſolet percipere.

Caieta.

Viſes Caietam quoque quæ quatuor millibus paſſuum ante Molam in promontorij apice ſita eſt. dignam vrbem, quæ tantillo ambitu adeatur. qua perluſtrata reuehere Molam & exſequere ſine aliis ambagibus inſtitutum Neapolim verſus iter.

Caie

Caietam aliqui à litoris curuitate aut ſinus caua poſitione vocant, Græca deriuatione: aliqui ἀπὸ τοῦ καίειν id eſt comburere, quia ſcilicet ea in ſtatione Troianorum claſſis conflagrauit. plurimi Virgilium ſecuti ab Æneia nutrice Caieta vrbis ac litorum hoc nomen profectum exiſtimant. Sita, vt dixi, in promontorij apice, ſecundum recurrentis introrſus litoris curuitatem explicata hinc atque inde mari pulſatur, nec niſi anguſto iugo iungitur continenti. hic vnicus ad eam à terra acceſſus patet: ſed foſſa, porta, propugnaculis munitus adeò egregiè eſt, vt nullo negotio poſſit hic quoque aditus hoſtibus occludi. Summum vrbis templum inſignibus aliquot ornamentis ſpectabile eſt. Aurea ac gemmea prætereo; ita potiùs, quàm illa, meretur laudari capaciſſimum vas ex integro candidiſſimoque marmore elaboratum. Inſculptus affabrè Bacchi ortus ſpectatur: vt ſcilicet matertera Ino (quam etiam Matutam & Auroram Latini, Græci Leucotheam nominãt) rupi inſidens infantem à Mercurio oblatum accipiat vlnis, & linteo tegat, & læti Satyri Bacchæque ad tympanorum tibiarúmque ſonum tripudient. Hæc appoſita verba ſculptorem indicant: ΣΑΛΠΙΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ. Conſtat Bacchicum hunc craterem Formiis fuiſſe: ſed iis Saracenorum ſcelere euerſis Caietam tranſlatus, ſitúſque in ſummo templo fuit, vt baptiſterium eſſet. Vrbi &

naturali

Nominis originatio.

Serui. ad Virg. cit.

Aur. Victor lib. de orig. gent. Rom.

l. Æneid.

Solin. c. 8.

Strabo l. 5.

Vrbis Situs.

Bacchi natiuitas marmore exſculpta, *de qua Cicero l. 1. Tuſc. qq.*

Ouid. 3. Metam.

Lactant. de fal. rel.

Nat. Come. l. 5. mythol. c 13.

ann. 856.

Arces Caietę geminæ.

naturali loci ſitu & munimento tutiſſimæ totique ſubiectæ maris oræ imminent opportunè inexpugnabiles duæ arces, quas Hiſpanum præſidium tuetur. In earum altera ſpectari aiunt Caroli Borbonij tumulum Hiſpanico epitaphio inſcriptum, occidit cetera egregius dux in Romæ vrbis expugnatione plumbea pila traiectus; vt fermè omnis impia ac temeraria expeditio infauſta eſt & funeſta auctori. Altera arx in ſuperioris montis apice poſita ſubiectum æquor litoraque omnia longè latéque peruidet. eo ſpeculæ magis, quàm arcis, nomen meretur; nuda enim turris eſt, licet egregio ſitu imminens vrbi marique, tamen nuda propugnaculis aliiſque munimentis, quæ Arcē conſtituunt; & condita ad alium vsū fuit, quàm hodie vſurpetur. L. Munatius Plancus quinto aut ſexto decimo ante natum Chriſtum anno exſtruxit, vt Mauſoleum eſſet. Turrim Orlandina vulgus nominat, neſcio quo argumento, niſi forſan ab illo furioſo Orlando, qui in Italorum fabulis creber eſt. Formam ſtructuramque ædis exactè deſcripſit Stephanus Pighius. itaque & ego ferme vtar eius verbis. Marmorea moles & ambitu rotunda, non abſimilis ſepulchro Metellæ Q. Cretici filiæ, quod in via Appia nō longè extra vrbem Romam ſitum eſſe dixi ſuperiùs. Duplicem murum habet: exterior è ſeſquipedalibus quadratis ſaxis conſtructus eſt; continetque in diametro circiter octo & viginti

Car. Borbonij ſepulchrū.

Turris vulgo Orlandina.

L. Mun. Planci opus.

Deſcripta eius forma & ſtructura.

viginti paſſus,ſeu pedes quattuor & octoginta.totidem ferè paſſuum vel pedũ altitudo eſt ſanè ſeſquipedalium ſaxorum ſeptem & viginti ordinibus ducitur in altum, quibus incumbit corona radiatis pinnis & hoſtilibus ſpoliis eximiè ornata. Ad oſtij ingreſſum patet ambitus in latitudinem ſeptenos circiter pedes: hoc ſpatio dirimitur interior murus ab exteriori:ſed lateritio ſpiſſo opere altaque teſtudine coniunguntur ambo. interior itidẽ rotundus murus excelſo fornice integitur,& in medio ſpeciẽ Mauſolei refert, cum quattuor peramplis ſtatuarum loculis. Parietes interiores omnes opere tectorio marmorato loricati fuere,adeóque & candore ſuo & læuitate ſplenduere, vt vitrei viderentur, & niueis repercuſſibus diurnæ lucis duplicarent fulgorem ſuum. Lux per oſtium dumtaxat (neque enim feneſtras ædificium habet) intromiſſa tamen ſufficiens eſt illuſtrando loco. Supra oſtium hic titulus legitur & magiſtratuum L. Munati Planci, & rerum geſtarum index: *L. Munatius L. F. L. N. L. Pron. Plancus. Coſ. Cenſ. Imp. Iter. VI I. Vir. Epul. Triump. Ex Ratis. Ædem Saturni Fecit. De ManibIs. Agros. Diuiſit. In. Italia Beneuenti. In. Gallia. Colonias Deduxit Lugdunum, Et Rauricam.* Pone montem, in cuius vertice hoc Mauſoleum conſpici dixi, religioſa cautes itidem incumbit mari, horrida ac formidabilis adſpectu; etenim à ſum

Rupes diuulſa terræ motu, vt creditur, Chriſto crucifixo.

à ſummo ad imas vſque radices dirupta diuiſaque in binas moles hiat. Diſſiluiſſe violentiſſimo aliquo terræ motu debuit; & indicio eſt, quòd eminentibus in vno crepidinis pariete ſinuoſa ac caua in altero ad vnguem reſpondent. Affirmant incolæ, & Chriſto crucis ſupplicium ob noſtra ſcelera perpetiente motam concuſſamque terram diſieciſſe ſolidum antea montem credunt piè ac prædicant conſtanter;nec improbat Baronius annalium primo tomo. Hinc loco conciliata religio,quique illuc hoſpites appulerunt, hiatum introrſus retractum ingrediuntur cymbulis,venerantur que tum adyta religioſæ ſpecus,tum iuxta eam è collata ſtipe exſtructum nobile templum, ſacratumque SS. Trinitati. quo nomine & Mõs quoque appellatur. Nec taceo reuulſum à ſummo faſtidio immane ſaxum cùm rueret præceps, impactum hiantibus rupibus ac retentum inter inæquabiliter eminentes ſcopulos fuiſſe; vbi etiam hodie ſuſpenſum hæret, minaturque identidem ruinam,nec ruit. His Caietæ viſis, hoſpes, reuehere Molam,& inde Neapolim propera. Duodecimo lapide ſuper intimi ſinus oram,per quam Herculanea via tendebatur, vt quidam cenſent, reperies Liris fluuij Latium hac parte terminantis oſtium; quo in æquor magnam vehens aquarum vim irrumpit. Oritur ex Appennino, & longo decurſu abluit nobilium quomdam vrbium Veſciæ

ad an.34. n.128.

Mons & templum S. Trinitatis.

Herculanea via, *de qua inferiùs.*

Liris fl. & Latij terminus, vulgo *Garigliano.*

Veſciæ (à qua vicinus ager Veſcini nomẽ habuit) Auruncæ (quæ & Auſona dicta) ac Miturnarum rudera, quæ ſuper eius ripas ſparſim ſpectantur. Minturnæ, vt Leander ait, ibi ſtetêre, vbi nunc vicus eſt, apud quem pontone tranſmitti fluuius debet. Claram ac frequentem ædificiis populóque vrbem fuiſſe ruinarum multitudo oſtendit, cis tranſque Lirim, etenim, medius permeabat, vt Plinius Straboque ſcribunt. Præter alia extat Theatrum ſatis integrum, & operoſi aquæ ductus reliquiæ, quem à Traiecti collibus Minturnas vſque pertigiſſe Leander auctor eſt. Minturnarum quoque paludes, Maricæ cognominatæ à propinquo luco & fano Maricæ ſeu Veneris ſeu Circes, propè abſunt, C. Mariæ calamitate nobiles, & nobiliores multò Saracenorum longè atrociſſima clade, per quam ex inueterata Italiæ poſſeſſione deiecti intráque exiguas Gargani montis anguſtias concluſi fuerunt. Pugnatum apud Minturnarum paludes auſpiciis Ioannis X. Pont. Max. ductúque Alberici Etruriæ Marchionis: victoria tanta fuit, vt deſertis atque incenſis opidis omnibus gens immanis è maritima ora profugerit. Proximè Liris oſtium ſub Minturnis Feretale vicus eſt, inſignis olim vrbis reliquum monumentum. Trans fluuium haut procul eius oſtio Maſſicus conſpicitur, felix Bacchi mons & ab antiquis ſcriptoribus admodum celebratus;

Veſcia: Aurunca. Mintur næ vrbes, *quarum ſimul meminit Liuius l.9.*

l.3.c.5. Strabo l.5.

De qua Plutarch. in Mario. Vel Paterc. l.2. Val. Max. l.1.c.5 & l.2.c.10. Blondum vide, Platin. Sabell. & Pand. Colle.

Feretale.

Maſſicus mons, hodie *Garus.*

ſub quo comparere veſtigia Synopes vel Sinueſſæ nobilis Græcorum ac Romanorum coloniæ Pighius è Leandro retulit. Ac quoniam Sinueſſanos in ora maritima Polybius locat, facilè in eorum concedo ſententiam, qui murorum illas portúſque ingentes ruinas, quæ ſub caſtello vulgò *Rocca di monte Dragone* in mari exſtant, reliquas ex vrbe Sinueſſa faciunt. Quo etiam loco Sinueſſanæ illæ aquæ, celebratæ à Plinio, quia feminarum ſterilitatem & virorum inſaniam abolere credebantur. Qui idem auctor alio loco aquas in agro Sinueſſano recenſet inter eas, quæ homini ſoli mortiferæ ſunt. Oportet ergo aquas iſtas noxias itémque illas ſalutiferas alio abinuicem locorum tractu fuiſſe, vti & agrum ipſum Sinueſſanum latè admodum extenſum; vtique cùm Plinius priores aquas ſalubres in Campaniæ regione deſcribat, & tamen lib. 3. cap. 5. opidum Sinueſſam conſtituat adhuc intra Latij fines, apud Sinueſſam tamen deſinentis. Maſſicum antea laudatum à vini præſtantia montem Sinueſſæ proximum fuiſſe Martialis teſtis eſt:

Sinueſſæ rudera.

l. 3.

Aquæ Sinueſſaræ.

l. 31. c. 2.

l. 2. c. 93.

Latij finis apud Sinueſam.

De Sinueſſanis venerunt Maſſica prælis.

l. epig. 111.

Ac quia agrorum illud omne, quod à Maſſico ad Vulturnum vſque flumen protenditur, Falerni nomen antiquitus habuit, legimus apud Latinos poëtas frequenter Maſſicum montem promiſcuè & Falernum, & vinum idem Maſſicum ac

Falernus ager.

Faler

Falernum appellari. Hodie Montem accolæ Garum vocant, & fluuium Lirim ab eo *Garilianum*: at Montis caput, vt Leandro videtur, Draconem nominant, ab illo forſitan, quem in ſubterraneo D. Marci delubro latitantem ingreſſos peſtilenti halitu exanimaſſe, exanimatos deuoraſſe Iouianus Pontanus ſcripſit: an ab illo, quem Plinius prodidit P. Scipionis Africani manes cuſtodiiſſe in villa eius Liternina; quam villam propè abfuiſſe à monte iſto indicant rudera eius iuxta Turrim Patriæ (ſpeculæ maritimæ nomen eſt) quo loco Liternum Romanam Coloniam fuiſſe Italicarum antiquitatum ſcriptores perhibent: vnde & præfluenti flumini inditum Literni nomen, quod Clanium ſeu Clanim aut Glanim veteres dixerunt: Itali vulgò *Lagno* nuncupant. De cætero Mons Draconis, vndecumque cognomentum hoc acceperit, promontorium eſt arduum, quod à mari, mediterranea verſus recurrens apud Sueſſam cum ſiniſtris montibus ſe coniungit, efficitque anguſtias, quæ ſuperandæ ſunt. Intra fauces Sueſſa iacet, Auruncorum quomdam nuncupata: à Dionyſio Halicarnaſſæo, Liuio atque aliis Sueſſa Pometia quoque vocata, vt nonnullis placet, quia Pometini ciues à Tarquinio Priſco pulſi patria vrbe ad iſtam confugerunt. Multos circa vnā rem

Vina Falerna, Maſſica.
Mōs Draconis.
l 5. hiſtor.
F.d.I.l. 16. vlt.
Villa Scipionis, *de qua vid. Val.Max. l.2.c.10. Seneca epiſt.86.*
Torre di Patria.
Liternum opid.
Liternus fl.
Sueſſa Aurunca vulgò *Seſſa.*

ambitus fecerim, ſi quæ de huius opidi nominibus variant auctores, omnia exſequi velim: Leandrum Albertum legat, qui ſingula noſſe cupit. Ego id tantùm moneo Sueſſam illam Pometiam, cuius Dionyſius, Liuius aliíque Romani ſcriptores meminerunt, non ſanè hanc Auruncorum, ſed Volſcorum metropolim fuiſſe, in Pometinis ſeu Pomptinis campis ac paludibus ſitam, Velitras inter & Coram, à Tarquinio Superbo captam atque exciſam, vt Liuius ac præterea Strabo memorat. Sueſſa altera, quam deſcribimus, ab Auruncis multos poſt annos, C. Sulpicio Longo & P. Ælio Pæto Coſſ. occupata & habitata, deinceps Auruncæ cognomen accepit: in quorum ditione viginti modò annos fuit, tunc ducta à Romanis colonia L. Papirio Curſore & C. Iunio Bubulco Coſſ. qui annus ante natum Chriſtum trecenteſimus duodecimus: fuit poſtea & municipium: de hac enim Cicero Philippica XIII. *lautiſſimum opidum, nunc municipium*, inquit. Hodie vulgari nomine dicitur Seſſa. Multa ibi, & per ſuburbanum circa agrũ peruetuſta monumenta ſunt. vt omittam alia, rotunda ædes, at ſenta ſitu & innatis fruticibus ſqualida monſtratur, quam lateritius fornix integit, fornicem media columna ſuſtinet: à dextra parte lapidei gradus aſcenſum ad ſuperiora præſtant. Hunc tumulum Iouianus Pontanus credit M. Ciceronis eſſe, & argumento

l. 5. Liu. l. 1. & 2.

l. 1. Strabo l. 5.

Liu. l. 8.

Liu. l. 9.

Ciceronis creditum ſepulchrum:

to quod ſit, ait ſua ætate erutum fuiſſe fragmentum epitaphij Ciceronis. Sueſſa oriundus fuit Auguſtinus Niphus clariſſimi nominis Philoſophus, cuius cineres igneo in loculo reconditi apud PP. Dominicanos (ex eorum enim ordine fuit) aſſeruantur. Porrò ſuperatis anguſtiis, intra quarum fauces dixi iacere Sueſſam, beata Cāpaniæ arua, pérque ea delapſum è Samnio Vulturnum ponte, vt inſcriptio eſt, M. Aurelij Antonini, tranſibis & inibis Capuam, quæ ſupra fluuij vlteriorem ripam ſita eſt, ac tecta ſiniſtris montibus, valida muris & propugnaculis. Capua vrbs, quæ antea Vulturnum dicebatur & in Etruſcorum Oſcorúmque ditione fuerat, Liuio auctore, à Samnitium duce Capye, vel quod ipſi etiam propius vero videtur, à campeſtri agro fuit appellata; quem agrum ait idem, *Satis conſtabat omni fertilitate terra primum in Italia eſſe.* Suprà dixi, cùm Italiam vniuersè deſcriberem; quanta Campaniæ felicitas eſſet, digna ſingulari cognomento notari, quod præter Arabiam nulla terrarum accepit: feliciſſima verò Felicis Campaniæ pars Laboriæ erant, tantum, vt Plinij elogium eſt, campo Campano præſtantes, quantum ipſe terris omnibus præſtat. Enim verò erant campi iſti circa Capuam ſiti, quos priſci Laborinos dixere: poſteri quoque id nomen adeò tenuere, vt regionem vniuerſam haut dubiè ab illa parte *Terram Laboris* hodie appellitent; Cam-

& Auguſtini Niphi.

Vulturnus fl.

Pontis à Domitiano in Vulturno erecti meminit Stat. Silu. l. 4. c. 3.

Capua vrbs. *l. 4.*

l. 26.

Campaniæ fertilitas.

Laboriæ, qui & Laborini Campi. *l. 18. c. 11.*

Terra di Lauoro.

paniæ nomen cum Capua vrbe interierit. Neque enim exiſtimes hoc, quod ingreſſus es opidum, veterem numquam ſatis à veteribus prædicatam & cum Roma ac Carthagine inter tres maximas vrbes numeratam, Capuam eſſe, aut in veteri ſolo. Noua eſt, periit vetus: at è ruinis, quæ ſecundo à Noua milliari apud D. Mariæ Gratiarum ædem ingentes ac magnificæ ſuperſunt, agnoſcitur eius priſca maieſtas & ſplendor. Ibi Theatrum, coloſſeas moles, portas, ſuperba templa, porticus, columnas, crebra marmora, amplas ſub terra cloacas & aquarum receptacula cernes: ſed mutila omnia, ſparſa ac diſiecta à Vandalis & Langobardis, ſepulta ſub inculta humo & agreſtibus dumis. Maxima materiæ pars tranſlata, & in nouæ vrbis vſum verſa fuit. Noſcitantur adhuc Curiæ inſerta forinſecus quædam, dubio procul ex illis ruderibus ſelecta ad ornamentum loci. Facilè equidem aſſentior, quod noſtri geographi tradunt in eo iuxta Vulturnum ſitu, quo noua Capua fuiſſe Caſilinum: *quæ vrbs*, ait Liuius, *Vulturno flumine dirempta Falernum à Campano agro diuidit.* Caſilinum ergo agri Falerni limes, & amplexum Vulturni vtramque ripam, qui fluuius hinc etiam Caſilinus, & Pons Caſilini dictus; cuius itémque originis nouæ Capuæ mentio in Chronico Caſinenſi his verbis: *Iſtis temporibus* (nempe circa annum à nato Chriſto

Florus l.1. c.16. Cicero 1. ad ſep. cont. Rull.

Capuæ veteris veſtigia.

Conſtantin. de adminiſt. imp. c.27.

Caſilinū. *l.22.*

l.1.c.33.

ſto octingenteſimum) *cum ob commorantium facinora, Capua, quæ & Sicopolis, antè ferme quindecim annos in monte Triſiſco ædificata, ſæpiùs ignè cremaretur, conſilio habito, Lando comes & Landolfus epiſcopus, cum ceteris propinquis ſuis illam apud Pontem Caſilimi, ſicut hodie cernitur, condiderunt.* Ceterum Capuâ quòd Neapolim ſupereſt viæ latæ, latum, & vt verbo dicam, in Campania eſt. Æqua omnia, amœna, felicia: agri hinc, agri inde, iidem frumenti, vini fructuumque aliorum feraces; eminent quippe inter fluentes ſegetes, viridantes arbores onuſtæ pomis, eædémque implexas vites gerunt ipſas quoque graues vuis, vt Folieta teſte, vna aliqua arbor eam ferat dulciſſimi vini copiam, quæ quinque clitellariorum mulorum iuſtum ſit onus. Incredibile videatur diuerſas adeo fruges ex eodem ſolo vitalem humorem haurire: nec multa modò creſcere ſimul, ſed ſæpè & propè anni quouis tempore, vt huius operis principio dixi. Medio ferme inter Capuam ac Neapolim ſpatio Aduerſa ſita eſt, vti quidem conditor eius Robertus Guiſcardus Normannorum dux dici illam voluit, tanquam oppoſitam hinc Capuæ, inde Neapoli: quas vrbes ex illa velut arce oppugnauit. nunc Anerſam vocant. Erecta verò fuit è ruinis Atellæ Oſcorum opidi vnde Atellanæ fabellæ originem

Campani ſoli vbertas.

De laud. Neapol.

Aduerſa op.

Atella Oſcorum.

l.7. habuerunt, quas vt Liuius narrat, Romana iuuentus accepit cupidè, & præ cæteris ludicris habuit in honore. Per agrum Atellanum ducta fuit ſtratáque nigris ſilicibus via Conſularis, à Capua Puteolos ferens, memorata Plinio lib. XVIII. cap. XI. cuius intra opidum Aduerſam reliquiæ nonnullæ ſpectantur. Atellam diruit Carolus I. Rex Neapolis; quam vrbem Campaniæ & vlteriorum regionum caput, metam itineris t ui, inibis portâ Campana.

Via Conſularis.

NEAPOLIS.

Vrbis exordiũ.

DISTAT ab Aduerſa octo millibus paſſuum. Ipſa quoque non antiquiſſima eſt, vt nomen indicat, quanquam Neapolis iam olim habuerit nomen: aliam tamen & alio nomine vrbem, cui exciſæ poſtea ſuperimpoſita hæc nouæ ciuitatis acceperit nomen, à plurimis rerum ſcriptoribus proditum eſt, & probatum. Parthenope fuit à Cumanis exſtructa, & ab vnius Sirenum iuxta id litus ſepultæ nomine vocitata: ſed in eo diſcrepant auctores, an ipſi conditores eam euerterint iterúmque exſtruxerint oraculi iuſſu, an bellorum tumultibus dirutam reſtaurârit Phalêrus Siciliæ tyrannus; illa ſaltem omnium mens eſt antiquiorem vrbem deletam fuiſſe, atque inædificatam aliam à re Neapolis nomen habuiſſe. Situ eſt amœniſſima, vt nihil mirũ ſit iam vetuſtiſſimis temporibus fuiſſe, qui ea loca tenerent. Incolumi certè Romano imperio, vt teſtatur Strabo: magni viri voluptatis honeſtæ cauſsâ plurimùm incoluêre, & noſtrâ ætate quicumque ferme in vicinis prouinciis poſſunt aliquid, Neapoli habitant, vt poſſit veluti deorum domicilium videri, quorum ſpeciem ac vicem Principes gerunt in terris. Æſtimabit itaque pro ſe quiſque quantus eius luxus ſit, quantus ſplendor, vbi tot lumina lucent, viri inquam

Vide Leãd. Alber. Nat. Com. l 7. myth. c. 13. Pigh. in Herc. Prodi. Sanfelic. in Cãpa. Philarg. ad Virg. Geor. l. 4. Phaleri huius mentio apud Iſacium Tzeizam comment. Lycophronis.

Amœnitas. l. 5.

Frequentia.

illuſtres & opulenti, ſuopte ingenio faci-
les in lautitiam, quam, vt aſſolet, acuit &
accendit mutua conuiuentium æmula-
tio. Stupet profectò noſtrarum regionũ
Luxus. frugalitati aſſuetus hoſpes & ſimul dã-
nat, ſimul ſuſpicit cum voluptatis aliquo
ſenſu immenſos ſumptus, qui in victum
veſtitúmq; vulgò fiunt Nemo adeo pau-
per illam vrbem habitat, quin intra ſuæ
domus parietes celet licet intolerabilem
egeſtatem, in publico oſtentet opes ſu-
Ciuium perbo amictu, inceſſu, alloquio. Aliqui
numerus. ſcriptores pro comperto referunt ci-
Folieta de uiũ amplius ducenta millia eſſe: & eſt nõ
laud. nemo qui teſtetur anno M D. LXXXV.
Neap. Bo- cenſa fuiſſe incolarum quingenta M.
ter. relat. Equidem conſtat frequentiſſimam po-
vniu. p 1. pulo vrbem eſſe. & fore in vna, quidquid
Megiſ. in toto Regno hominum eſt, niſi regio
delic. iuſſu contineretur quiſque in patria ſua.
Neap. Murorum ambitus V I I. M. P. non ex-
c. 4. cedit: ſed ampliſſima & ædificiis denſa
Ambitus ſuburbia videntur longiùs latiúſque ex-
mœnium. tẽdere vrbem, quàm ſtringant definiántque
que anguſti muri. A Pauſilypo dumtaxat
monte quod Neapolim vſque ſpatij eſt
Situs vr- (eſt autem bis mille paſſuum) occupant
bis. crebræ adeo ędes, vt tranſiens illac hoſpes
mediam vrbem ingreſſus eſſe videatur
ſibi. Porrò Pauſilypo monte & appendi-
cibus eius Neapolis vallata eſt: ceterùm
ab Auſtro aperta vitreũ æquor circũfu-
ſum in theatralis ſinus modum contin-
git. hinc piſcium copiam & dulcem inter

æſtiuos ignes auram capit: inde præterquam quod veluti munimento tegitur defenditúrque à ventorum ſæuitie, mille fructus ex fertiliſſimis ſcilicet collibus carpit, inde aquas ſaluberrimas haurit, quæ inter ſuburbanum amœniſſimum Prætorium (*Poggio regale* vocant, quia Regum ſeceſſus fuerat) collectæ actæque porrò in vrbem, innumerabilibus quà publicis, quà priuatis fontibus, manant. Pingue ſolum, placidum mare, benignum cælum; quid vltrà eſt, quod ad vrbis, quæ hæc habeat, felicitatem deſiderari queat? Nec verò expoſita prædæ ipſa eſt; tutantur abunde eam naturalis ſitus præſidia: & vt illa inualida ſint, ſuperaddita ab arte propugnacula certè inexpugnabilia ſunt. — Aquarum copia.

Primò arx D. Hermi (vulgò S. Elmum nominant) in excelsâ rupe velut inſculpta, inſeſſáque ducentorum quinquaginta Hiſpanorum præſidio, facilè arcet terreſtres inſultus, adeò opportunæ imminet vrbi, & agro longè latéque ſubiecto. — Arx S. Hermi.

Litori Caſtellum nouum præſidio eſt, quod Carolus I. Neapolitanorum Rex & Diui Gallorum Regis Ludouici frater extruxit: communiit verò inferiori æuo Alphonſus Arragonius, & poſt eum Carolus V. Imperator, cuius iuſſu etiam illa D. Hermi arx excitata, & vbrs tota foſſis circiter L X X X. pedes depreſſis, murísque egregiè reſtauratis fuit munita. Pighius attamen aliíque auctores Caſtrum — Caſtellum nouum. — Arcis S. Hermi quis conditor.

S. Hermi multò ante Caroli V. imperium à Roberto Rege extructum fuiſſe ſcripſerunt: Carolum quidē ac dein Philippum filium eius validis operibus cùm vniuerſam vrbem, tum arcem illam egregiè firmaſſe, atque adeò effrænem equū, vt habet vulgi fabula, frænaſſe. Vrbi certè & continenti arx S. Hermi, ſeu vt malunt quidam ſcribere, Santeremenſis potiſſimùm minitatur: littori Caſtellum Nouum præſidio eſt, vt dixi; habet enim quaterna miræ vaſtitatis propugnacula, aggeres montium inſtar circumiectos: validos inſuper muros & amplas foſſas influentibus è vicino mari vndis ſtagnātes, turres quinas, & ſuperbum in media area Palatium; armorum præterea copiā incredibilem, & (quoniam multis noſtrûm id quoq; dignum memoriâ viſum eſt) XXI. ænea tormēta quæ Saxoni Germanico bello erepta Carolus V. per tantum terrarum interuallū aduexit. Oſtentant Hiſpani milites apud principalem portam ferreum globum, qui inſcitiâ imprudentiáve magiſtri è tormēto excuſſus incidit in ipſas fores, quo ictu ruptæ diſſiluerunt. nec defuit fortunæ Hiſpanus hoſtis, & per patentem portam factâ irruptione expulit loco præſidiarios Gallos, quanquā haut exiguâ ſuâ clade Vnus vir Gallus plurimos ante ſe victimas Orco demiſit. ſunt qui cētū audeāt ſcribere: alij quod magis lubet credere, quadraginta. Nec inuiderunt Hiſpani portentoſæ

Caſtelli Noui munimenta.

Galli militis virtus.

virtu

virtuti:monimentum hoſtilis gloriæ,ſuæ cladis quod eſſet,ſtatuam Gallo erexerunt iuxta ſcalam,quæ intrantibus ſiniſtra eſt; eo enim in loco edidit humanarum viriũ illud miraculum. Contra hanc arcem ſita eſt S. Vincentij turris, quam Galli vrbe exacti & omnibus viribus oppugnati VI.menſes tamen tenuere,pertinaciaque ea gloriam apud omnes,apud hoſtes gratiam ſibi peperere. Iuxta naualia videas ſummo litori impoſita, & paruo diſtantes Proregis ædes,quas, cùm ſupremam manum acceperint, non dubito cum pulcherrimis Italiæ ædificiis certaturas ęquo certamine. Contiguæ his veteres ſunt, quas Prorex, vſque dum nouæ perficiantur,habitat,ipſæ quoque ſpectandæ. Iuxta ſuperiorem aulam ſacellum marmoribus eximiè ornatum; eò Prorex feſtis diebus rei diuinæ gratia procerum agmine ſtipatus procedit, præſtò ſunt promiſcuè viri feminæque quamlibet tenuis fortunæ, & ſupplices libellos pertranſeunti aulam porrigunt;ipſemet omnes accipit:ac poſt exactam rem diuinam perlegit, reddit reſponſum,quàm poteſt celerrimè & ęquiſſimè. Indignor, cùm noſtros quandoque cauſſidicos & in neutiquam pari adminiſtratione conſtitutos præſides video aut miſerorum preces reſpuere inexorabiles,aut audire moroſos, adapertis auribus,caperata fronte, ſuperbo ſupercilio. Hoș tu Neapolitanis proreges des,aſſuetis adeo humanè tractari? Sed vt ad inſtitutũ

Ob quam poſita ſtatua.

Turris S. Vincentij.

Naualia.

Palatium Proregis.

Proregis imitanda humanitas.

reuer

reuertar, fulgent pretioſis periſtromatis conclauia. In cænaculo obſeruaui menſam ſat grandem argento ſolidam.

Galleria Palatina.

Prorſus enitere, vt *Galleriæ* (ita vocant Itali rariſſimi artificij pretijque rerum receptaculũ) luſtrandæ copia fiat; facile impetratu erit, ſi Prorex abſit. Spectabis horologium rotularum motu variam harmoniam edens; menſas marmoreas eximia arte teſſellatas; Statuas è pretioſis lapidibus fabrè fictas, numiſmata & arma omnis generis aliaque plura, quæ ſingulatim recenſere haut facile eſt.

Hortus Palatinus.

Etiam ſi Prorex abſit, hortum pone ædes verſus mare ſitum ſpectare licebit. nihil attinet dicere, quàm cultus ſit atque amœnus; nec de ædibus hoc loco dixiſſem, quo vrbis munimenta dumtaxat deſcribere conſtitui, ni Nouo Caſtello adeo vicinę eſſent; vt meritò poſt eius deſcriptionem ſubdi harum debuerit.

Caſtellũ Oui.

Tertia in ipſo mari ſita arx ſupra excelſam rupem, oualis fermè figuræ, vnde & arci cognomentum natum eſt: at veteres illum ſcopulum Meagrum, vel ſecundùm quoſdam Myagram, aut Megarim dixere; & maiorum memoria, vt Collenutius Neapolis hiſtoriarum ſcriptor prodidit, Caſtrum Normannicum vulgò appellabant, quia ſcilicet Guilielmus III. Normannus extruxiſſet. Reſpicit ex aduerſo Pizzafalconem arduum montem à quo abſciſſus videtur fuiſſe ſcopulus ipſe; certè anguſtum iugum eſt, quod arcem continenti conne

De Megari inſula Plinius l. 3. c. 6. Martian. Capel. l. 6. Statio. 2. Silu. 2. dicitur Megalia.

Mõs Pizza falconis.

connectit. Ipſa, vt dixi, ſita in mari & velut inſculpta rupi non minùs maris ſinum, quàm ceteræ arces litora, tutatur. Præter terna hæc inexpugnabilia munimenta Neapolis inſignem portum habet, quem magnis impendiis, latiſſimo aggere quingentos circiter paſſus producto ab litore per vada maris, & ingentium ſaxorum compage ſolidato clauſit Alphonſus I. cæperat ante eum Carolus II. Neapolitanorum Rex annis abhinc ferme trecentis Molem; ita primitus ex re nominata fuit, iam corrupta vna littera *Molum* vocant. Miraberis in capite eius fontem ſalientis aquæ, defoſſis ſub terra fiſtulis eò ex vrbe deductæ: ſed marmoreum fontis craterem velim intentus conſideres, in quo Neapolitanorum priſca numina, Sirenas, Hebonem, id eſt Solem, ac Sebethum efformata cernes. Multa alia vetuſtatis ſigna ac monumenta, columnæ, ſtatuæ, lapides variè inſcripti exſtant; & quadrati cuiuſdam templi vaſta, ſed peſſimè ab iniuriis temporis affecta rudera. Græca inſcriptio indicat Caſtorum illam ædem fuiſſe, ſed vt quid Græca? ſcilicet ipſi olim Neapolitani Græci fuerunt, & Græcè locuti. Liuius de eorum moribus ſcribens, ad quos fæciales Romani miſſi ad res repetendas erant, *relatum* narrat *à Græcis, gente lingua magis ſtrenua quàm factis, ferox reſponſum.* & de iiſdem inferiùs, *quoad*, inquit, *debellatum*,

Portus Neapolis.

Fons in Portu.

Vid. Appian. antiq. inſcrip. pag. 108.

Sebethus vrb. propinquus amnis, vulgo fiume della Maddalena.

De quo plura Pighius. l. 8.

ptibus ornatiſſimè exſtructa. Primaria primò ſeu Pontificialis ædes (ipſi *Epiſcopium* vocant) & magnificentia ſtructuræ & ſacris opibus memoranda eſt. Vt taceam alia, in D. Ianuarij ſacrario, præter Regum ac Principum pretioſiſſima dona, quot Diuorum cineres atque oſſa incluſa, cælataque auro & argento, decorata gemmis & aliis ornamentis aſſeruantur? Ibi ipſius Ianuarij Martyris atque Epiſcopi caput, ibi eiuſdem ſanguis cryſtallino in vaſculo colitur, & quotannis pridie Dominici diei, qui in Maio menſe primus eſt, incredibili cum pompa, clero ac populo per vrbẽ ſupplicatum eũte circũfertur. Certum eſt frigidum eum & cõcretũ, cùm in altari ſtatuitur & eiuſdem Martyris capiti applicatur, ſenſim liquefactum agitari & velut feruidum ſpumare. O rem miraculi inauditi, ſed à tot millibus mortalium quotannis viſi, à tot egregiis ſcriptoribus celebrati. Baronium ne memorem, an Pighium, an Thomam Bozium; quorum iſte nono libro operis eius, quod de Eccleſiæ ſignis doctiſſimè compoſuit, Baptiſtam Fulgoſium eiuſdem miraculi oculatum teſtem laudat, narratque de origine eius, quæ breuitatis gratia prætereo. Idem auctor eſt Neapoli in cœnobio Sacrarum virginum, quod D. Gaudioſi indigitatur, ampullam cruore refertam abſque peculiari cultu diu iacuiſſe, quia cuiuſnam Martyris illa eſſet, ignorabatur. Denique Virginum antiſtitam oraſſe

Templũ Cathedrale ſiue *Epiſcopium.*

D. Ianuarij ſanguis liqueſcit & fluitat.

Baron. in Martyrol. ad 19 Septemb.

Pigh. in Herc. Prod. Bozius c. 8.

Similis miraculi alius ſanguis.

oraſſe Deum, vt qui dies Martyris, qui ſanguinem illum profuderat, honori ſacer eſſet, eo vellet ſanguinem ad lapidis ſpeciem duratum mollire, agitare, aut alio ſigno notabilem reddere. Annus agebatur milleſimus ſupra quingenteſimum ſexageſimum primum, illuxeratque dies inuentioni S. Stephani dicatus, quo cùm Lucianus Rappulus quidam ſacra faceret, cœpiſſe ſcribit Bozius inter rem diuinam velut fluctuare ac ſpumare ſanguinem; idque miraculi non illo dumtaxat anno, ſed inſequentibus quoque quoties aut feſtus ille dies rediſſet, aut pius aliquis S. Stephanum veneratus precatuſque eſſet, viſum fuiſſe. ſe ex iis, qui viderint, compertum habere teſtatur idem ſcriptor. Ceterùm pontificalem ædem (*Epiſcopium* vocant, vt dixi) Carolus I. Andegauenſis condidit. Sacellum D. Ianuarij ſub maiori altari Oliuerius Caraffa marmoreum fecit. D. Mariæ Annuntiatæ, vt nominant templum religione, qua colitur, & ſacræ item ſupellectilis, qua ornatum fuit ornatúrque indies, opulentia celebratum eſt. Non deerunt, quæ mireris & venereris: ſed ante omnia Bethleemitanorum puellorum Herodis tyranni iuſſu peremptorum bina corpuſcula etiamnunc incorrupta, & lethalium vulnerum notas ferentia: alterum quidem in pectore, in capite alterum. Templo contiguum eſt Xenodochium, in quo velut Theatro ſpectabis humanarum

Templũ S. Mariæ Annuntiatæ.

Xenodochiũ proximum.

rum

rum calamitatum non fictam & ſimulatam, ſed veram cum expreſſis ab vero affectu geſtibus Tragędiam: alibi languidos ægram animam trahere ſenes, alibi gemere & cruciari morbis morborumque remediis ægrotos, vagire alibi infantes audies. nec pauci hi, ſæpè plures octingẽtis ſunt, ægrotorũ ac debiliũ millia aliquot perirẽt miſeri, niſi hic locus eos ſeruaret. Tractantur autem benignè & mundè, curanturque ſedulò: pueri in nutricum tanquam matrum, quas plerique ignotas habent, complexibus lactantur, inde cùm per ætatem diſcere poſſunt, alij litterarum ſtudiis, alij opificiis, vt ad quæque genius inclinat, imbuuntur: Puellæ aptæ matrimoniis cùm fuerint, iuſta dote donantur; omniaque hæc tanto cum ſumptu fiunt, vt obſeruarint aliqui auctores centũ quinquaginta aureorum millia quotannis inſumi. Perluſtrato Xenodochio ad propinquam D. Petri aram perge, quam pro templo eiuſdem nominis reperies. ferunt, & loquitur exſtans in pariete inſcriptio, D. Petrum, cùm poſt Chriſti è terris exceſſum vigeſimo anno Neapolim veniſſet, eamque vrbem Chriſtiana diſciplina imbuere cœpiſſet, Miſſę ſacrificium ſuper illo altari celebraſſe, cuius ornamento appoſitum templum fuit ſuperbum, vt illa ætate ſex & viginti columnis nititur. Hinc ad mare deſcende. Forum tranſeundum erit, in quo anguſtum, humile, iam horrens vetuſtate ſacellum adſpi

Templũ Petri Apoſtoli ad Aram.

Ara S Petri ſacrificantis.

Forum rerum venaliũ.

adſpicies: pridem exſtructum memoriæ Conradini vltimi Sueuiæ noſtræ Ducis. Vix lacrymis temperabis, cùm hiſtoriam omnem depictam videris: generoſos iuuenes Conradinum & * Fridericum Auſtriæ Ducem iuſto ex iuſta cauſſa prælio congreſſos & iam vera virtute vincentes fraude atque inſidiis vinci; fugere victos & latebras inter hoſtes quærere; agnitos ex fuga retrahi atque in carcerem conijci. nec longi temporis captiuitate ſatiatã crudelem victoris iram. Carolus fuit Ludouici Gallorum Regis frater, Neapolis regno per vim potitus; hoc iubente atque inſpectante produci in forum innoxios adoleſcentes, & ſummo ſupplicio tolli; fremere accenſãm indignitate rei concionem, & è proceribus vnum * irruere; atque adacto in viſcera ferro iudicem, qui crudelis ſupplicij ſententiam tulerat, enecare. Ipſo in loco, quo ſanguinem iuuenes profuderunt, excitatum ſacellum fuit; Conradini oſſa in propinquo Carmelitarum templo humata ſubter aram. Non deſunt, qui matrem eius id ędificaſſe ſcribant. de hoc nihil compertum habeo: quod vidi, ſcio magnificum pulcherrimè pictis auratiſque laquearibus fulgere templum; ante aram excelſo in loco ligneum crucifixi Chriſti ſimulacrum coli: infrà ſaxeam ingentem pilam ſtare, quam fama eſt Alphonſo Rege vrbem oppugnante è machina excuſſam inci-diſſe ligneo illi ſimulacro, rupturámque id

In quo Conradinus Sueuiæ, Albertus Auſtriæ Duces vltimo ſupplicio ſublati.

* *alij Albertum.*

Hiſtoriam integram exhibet Gerard. de Roo l. 1. Auſtr.

* *Gerardo de Roo eſt Robertus Comes Flandriæ.*

Templũ S. Mariæ Carmeli.

Chriſti crucifixi ſtatua miraculo ſeruatur.

id haut dubiè fuiſſe, ni ipſum inclinato capite ictum vitaſſet. Quis neget ſacris imaginibus numen adeſſe? cuius præſenti virtute modò iniurias ſubterfugiunt, modò factas vindicant acerbè, quod Iconoclaſtæ ſæpiùs ſuo malo experti fuerunt: vt è diuerſo religioſi ac pij propitium numen ſenſerunt, ſentiuntque hodie. Non vt procul abeam & exempla petām, opus eſt: ipſe, in quo deſcribendo verſor, locus, templum inquam Carmelitarum innumera ac cottidiana ſuppeditat. nullum genus calamitatum & humanorum malorum eſt, cuius curati exempla non habeantur, curati inquam, non à Medicis aut naturalibus aliis cauſſis, ſed DEI paræ imaginis virtute, quæ quoniam adeo munifica beneficaque erga ſuos cultores eſt, meritò maxima in veneratione habetur. Etiam in D. Dominici templo celebratam inſigni miraculo imaginem Chriſti crucifixi adſpicies, ad quam cùm D. Thomas Aquinas preces funderet, ferunt editum ab imagine hoc reſponſum fuiſſe: | DEI paræ beneficentia in ſuos. | Templū S. Dominici. | *Bapt. Fulgoſ. l. 1. c. 6.*

Bene de me ſcripſiſti Thoma.

Ibidem in ſacrarij cella multorum procerum corpora diſtincta ligneis holoſerico veſtitis ſomatothecis ſui cuique te admonent, ſpectator; ipſi qui fuerint, tu quis futurus ſis, ſcies. Inſcripta thecis nomina & regia appoſita inſignia ſunt Alphonſi I. Arragonij, Ferrandi I. eius filij & Ferrandi II. Ioannæ reginæ, Iſabellæ Mediola | Monumenta regum & principū.

diolanenſium duciſſæ, & Ferrandi Dáuali Marchionis Peſcaræ celebratiſſimi bello ducis. Philippi item Conſtantinopolitani Imp. & Ioannis Ducis Duracenſis, Ferrandi Vrſini, Marchionis Vaſtij Gallorum apud Ticinum debellatoris, vt taceam plures alios genere factíſque haut minus inclytos heroas, quorum cineres S. Dominici hoc templum ſeruat. Alphonſi & Fernandi I. quos dixi, veriſſimæ effigies è marmore exſculptæ in PP Oliuetanorum templo habentur; in quo etiam ſepeliri ſe voluit Alexander ab Alexandro peritiſſimus iuris, elegantiſſimo Genialium dierum ſcripto promeritus æternas laudes; quales fide & conſtantia ſua ibidem loci tumulatus quidam meruit, cuius nomen maiorum incuria intercidit quidem, conſultum attamen memoriæ virtutis eius ſpecioſo epitaphio fuit, & elogio iſto: *Hoſpes mirare ſepulti fidem. Hic dum arcis Parthenopææ à D. Alphonſo Aragonio præfectus claſſicâ & terreſtri obſidione premeretur, ne fidem pollueret, exhauſto iam penuario, imminentia capiti pericula ſponte negligens, fædum mularum & canum eſum non reſpuit; quin duobus fratribus captiuis ab hoſte oppoſitis, ne tormentorum ictus increbeſcerent, ſocio ſanguini fortitudinem præferens à propoſito non eſt abductus: deinceps mortuo rege inclyto Ferdinando frangendæ fidei vberrima multorum præmia ludibrio habuit.* Quis fuerit, qui hæc geſſit, quis, qui ſcripſit, in occulto

Templú PP. Oliuetanorum.

Milites fides.

occulto eſt. Exſtat eodem in templo monumentum Marchioni Peſcaræ poſitum elegantis carminis:

Elogium Marchionis Peſcaræ.

Quis iacet hoc gelido ſub marmore? maximus ille
Piſcator, belli gloria, pacis honos.
Nunquid & hic piſces cepit? non. Ergo quid? vrbes,
Magnanimos reges, oppida, regna, duces.
Dic, quibus hæc cepit piſcator retibus alto
Conſilio, intrepido corde alacrique manu.
Qui tantum rapuere ducem? duo numina, Mars, Mors.
Vt raperent quidnam compulit? Inuidia.
Nil nocuere ipſi: viuit nam fama ſuperſtes,
Quæ Martem & Mortem vincit, & Inuidiam.

D. Claræ non procul ab Oliuetanorum templo diſſitam ædem, auguſtam & vetuſtam, Leandro Pighioque teſtibus, Sanctia ſiue Agnes Hiſpana, Roberti Regis vxor, & poſt mariti obitum inter ſacras Virgines Deo deuota exſtruxit; ornauere inſigniter monumẽtis ſuis Duces Dyrrhachini. Ipſius Roberti, ſi rectè cõmemini, tumulus in D. Ioãnis Carbonarij (hoc ei à loco cognomẽ eſt) fano ſit⁹ ſpectãtiũ oculos pulcherrima ſub ſpecie perſtringit:

Tẽplum S. Claræ.

S. Ioannis in Carbonaria.

excíſus

excisus enim è Pario marmore eſt, rariſſimo artificio: & ad viuum expreſſa in eo Roberti imago refert pridem in cineres verſi corporis figuram. Robertum nominaui, nec conſtanter; dubium enim reddunt ſcriptores, qui Robertum alibi, in hac æde Ladiſlaum regem locant. Hoſpes viderit, quo nomine ſepultus inibi rex fuerit: regium tumulum eſſe ſatis ſcio. Etiam priuati hominis Scipionis Summæ pæne regium è pretioſo marmore ſepulchrum in Sacello picturis illuſtri ſpectatur: & Caracciolorum bina monumenta nitidiſſimis marmoribus lucentia, alterum à tergo principalis aræ, alterum à latere ſitum, hoc D. Ioannis templum reddũt ſpectabile inter pauca. Illud Syriãnis Caraccioli eſt: hoc Galeatij *Sceleſtiſſimum illum hominem fuiſse comperio, & prorſus indignum omnibus honoribus, quos viuus mortuuſque tulit: illi potiùs meriti illuſtria monumenta fuere, qui egregiis bello factis cùm immortalem ſibi laudem parauiſsent, in neutiquam pari ad tantam gloriam tumulo conditi fuerunt: Lautreccum dico, & Petrum Nauarrum. ambos clariſſimos militum ductores, qui in S. Mariæ Nouæ templo propè abiecti & deſpecti iacebant, priuſquam ipſum hoſtem iuſta commiſeratio ad ornandam claro monumento virtutem excitaſset.

Georg. Braun alterum hominem Nicolaum, nominat, qui magiſter equitum fuerit.

Templũ S. Mariæ Nouæ.

Ferdinandus Ludouici Fil: Corduba Magni

Conſalui Nepos (epitaphij verba ſunt) *Odetto Fuxio Lautrecco, cùm eius oſſa, quamuis hoſtis, in auito ſacello, vt belli fortuna tulerat, ſine honore iacere comperiſſet, humanarum miſeriarum memor Gallo Duci Hiſpanus Princeps poſuit.* Ex aduerſo Nauarri ſimile monumentum ita inſcriptum eſt: *Oſſibus & memoriæ Petri Nauarri Cãtabri ſolerti in expugnandis vrbibus arte clariſſimi, Conſaluus Ferdinandus Ludouici Filius, Magni Conſalui Nepos, Sueſſæ Princeps, Ducem Gallorum partes ſecutum pio ſepulchri munere honeſtauit, cùm hoc in ſe habeat præclara virtus, vt vel in hoſte ſit admirabilis.* Ad eiuſdem templi ſummum altare marmorei tumuli ſunt Afflictorum familiæ, quæ à D. Euſtachio Martyre nomen atque originem traxit. Templum ipſum auratis laquearibus & venuſtis inter ea interiectis picturis pulcherrimum adſpectu eſt. Aliud eſt etiam D. Virgini cognomento Maiori dicatum, vbi gentilitium Ioan. Iouiani Pontani ſacellum ínque eo epitaphia, quæ ſibi, vxori, liberis, amicis compoſuit, arguta & prorſus digna ingenio eius, leguntur; digna legi. Sed ea ego antequam legenda proponam, aliquot gnomas inſignes marmoreis tabellis inſculptas, & , ſi liceat, intimis pectoribus inſculpendas tradam , quæ ex Pontani ingenio quoque profectæ, tum carmina ipſius, vxoris, liberorum, amicorum ſepulchris inſcripta. Faue lector, atque hæc memori mente reconde : *In*

Lautrecci epitaphium.

alterum Petri Nauarri.

Afflictorũ familiæ ſepulchra.

Templũ S. Mariæ Maioris.

Io. Iou. Pontani Sententiæ memorabiles.

magnis opibus vt admodum difficile, ſic maximè pulchrum eſt ſe ipſum continere. Serò pœnitet, quamquam pœnitet, qui in dubia re nimis citò decernit. Nec temeritas ſemper felix, nec prudentia vbique tuta eſt. Fruſtrà leges prætereunt, quem non abſoluerit conſcientia. In vtraque fortuna fortunæ ipſius memor eſto. Integritate fides alitur, fide verò amicitia. Hominem eſſe ſe haut meminit, qui nunquam iniuriarum obliuiſcitur. In omni vitæ genere primum eſt ſeipſum noſcere. Iam epitaphiorum, quod ſibimet compoſuit, primo loco memorandum eſt, proximo, quod Hadrianæ Saxonæ vxori: ſequenti, quod L. Franciſco, Lucilio & L. Martiæ liberis ſuis, poſtremo, quod amico Petro Compatri. Ipſiuſmet hoc eſt:

Eiuſdem epitaphium.

Viuus domum hanc mihi paraui, in qua quieſcerem mortuus. Noli obſecro iniuriam mortuo facere, viuens quam fecerim nemini. Sum enim Ioannes Iouianus Pontanus, quem amauerunt bonæ Muſæ, ſuſpexerunt viri probi, honeſtauerunt Reges Domini. Scis iam qui ſim, aut qui potiùs fuerim. Ego vero te, hoſpes noſcere in tenebris nequeo, ſed te ipſum vt noſcas, oro. Vale. Mortuus eſt anno Chriſti M D.III. ætatis L X X V I I.

Et coniugis Pontani.

Vxoris memoriæ hæc ſcripta & inſcripta tymbo:

Illa thori beneſida comes cuſtoſque pudici,
Cuique & acus placuit, cui placuere coli.

Quaque

Quæque focum caſtóſque lares ſeruauit, & ara
Et thura & lacrymas & pia vota dedit.
In prolem ſtudioſa parens & amabilis, uni
Quæ ſtuduit caro caſta placere viro.
Hic poſita eſt Adriana, roſæ violæque niteſcant,
Quo poſita eſt, Syrio ſpiret odore locus.
Vrna crocum Dominæ fundat, diſtillet amomum
Ad tumulum, & cineri ſpica Ciliſſa fluat.

Quinquennio poſtquam abiſti uxor, dedicata prius ædicula, monumentum hoc tibi ſtatui, tecum quotidianus vt loquerer: nec ſi mihi non reſpondes, non reſpondebit deſiderium tui, per quod ipſa mecum ſemper es, aut obmuteſcet memoria, per quam ipſe tecum nunc loquor. Aue igitur mea Adriana, vbi enim oſſa mea tuis miſcuero, vtérque ſimul bene valebimus. Viuens tecum vixi annos XXIX. dies XXIX. victurus poſt mortuus æternitatem æternam. Io. Iouianus Pontanus Adrianæ Saxonæ vxori optimæ ac bene merentiſſimæ poſuit. Filio L. Franciſco iuxtà ſepulto hæc compoſuit. Et filij L. Franciſci.

Has aras pater ipſe Deo templúmque parabam,
In quo vaſe meos contegeres cineres.

Heu fati vis læua, & lex variabilis æui,
Nam pater ipſe tuos, nate, ſtruo tumulos.
Inferias puero ſenior natoque ſepulchrum
Pono parens, heu quid ſidera dura parant?
Sed quodcunque parant, breue ſit, namque optima vita
Pars exacta mihi eſt, cetera fumus erit.
Hoc tibi pro tabulis ſtatuo pater ipſe dolorum
Hæres, tu tumulos pro patrimonio habe.

alterius Lucilij; Hæc Lucilio:

Lucili tibi lux nomen dedit, & dedit ipſa
Mater ſtella tibi, ſtellaque lúxque ſimul:
Eripuit mors atra, nigræ eripuere tenebræ,
Vixiſti vix, quod litera prima notat.
Hoſne dies? breue támne tibi lux fulſit, & aura
Maternum in nimbis ſic tenuere iubar?
Infelix fatum, puer heu male felix: heu quod
Nec puer es, nec lux, nec niſi inane quid es!
Floreat ad pueri tumulum Ver, halles & vrna.

Lucili & cineri ſpiret inuſtus odor.

Dies L. non impleſti filiole, breue natura ſpecimen, æternus parentum mœror ac deſiderium.

Has Luci tibi & inferias & munera ſol-uo
Annua vota piis, heu mihi, cum lacrymis.
Hæc Luci tibi & ad tumulos poſitumque feretrum
Dona pater multis perluo cum lacrymis.
Hæc dona inferiáſque heu heu hunc nate capillum
Incanámque coma hanc accipe, & has lacrymas.
His lacrymis, his te inferiis, hoc munere condo:
Nate vale æternum, ô & valeant tumuli.
Quin & hient tumuli, & tellus hiet, & tibi meme
Reddat, & vna duos vrna tegat cineres.

Hæc L.Martiæ filiæ: & filiæ L. Martiæ:

Liquiſti patrem in tenebris, mea Lucia, poſtquam
De luce in tenebras filia rapta mihi es.
Sed neque tu in tenebras rapta es, quin ipſa tenebras
Liquiſti, & medio Lucida ſole micas.
Cælo te natam aſpicio, num nata parentem
Aſpicis! an fingit hæc ſibi vana pater?

Solamen mortis miſera te, nata, ſepulchrum
Hoc tegit: haut cineri ſenſus ineſſe poteſt.
Si qua tamen de te ſuperat pars, nata, fatere
Felicem, quòd te prima iuuenta rapit:
At nos in tenebris vitam luctumque trahemus,
Hoc precium patri filia, quod genui.

Muſæ, filia, luxerunt te in obitu, at lapide in hoc luget te pater tuus, quem liquiſti in ſqualore, cruciatu, gemitu. heu, heu filia, quod nec morienti pater affui, qui mortis cordolium tibi demerem: nec ſorores ingemiſcenti, quæ collacrymarentur miſellæ; nec frater ſingultiens, qui ſitienti miniſtraret aquulam: non mater ipſa, quæ collo implicata ore animulam exciperet, Infeliciſſima in hoc tamen felix, quòd haut multos poſt annos te reuiſit, tecúmque nunc cubat. Aſt ego felicior, qui breui cum vtraque edormiſcam eodem in conditorio. Vale filia, matrique frigeſcenti cineres interim caleface, vt poſt etiam refocilles meos. Ioan. Iouianus Pontanus L. Martiæ fil. dulciſſimæ Poſ. Poſuit ibidem amico monumentum eiuſmodi:

& amici Petri Cōpariis.

Quid agam requiris? tabeſco. ſcire quis ſim cupis? fui. Vitæ quæ fuerint condimenta rogas? Labor, dolor, ægritudo, luctus. ſeruire ſuperbis dominis, iugum ferre ſuperſtitionis, quos caros habeas, ſepelire,

lire, patria videre excidium, nam vxorias moleſtias numquam ſenſi. Petro Compatri viro officioſiſſimi Pontanus poſuit ob conſtantem amicitiam.

Idem hoc eodem in ſacello ſui in T. Liuium amoris ſtudiíque monimentum voluit exſtare: quod cuiuſmodi ſit, ex titulo, quem altari inſcripſit, poſſis cognoſcere. Forma talis eſt: *Titi LiuI brachium, quod Anton. Panormita à Patauinis impetrauit, Io. Iouianus Pontanus multos poſt annos hoc in loco ponendum curauit.* Aram Sacelli, in quo hactenus recenſita, ſpectantur, Deo dicauit iſto cum titulo: *Tibi Deus Optime maxime arcam hanc dedicat Ioan. Iouianus Pontanus, nec tecum paciſcitur vt ſibi, liberis, poſteriſque ſuis benefaxis, cùm ipſe volens libénſque gratuitò benefacias cunctis, ſed quia tibi vni ab omnibus debentur omnia.* Ceterùm Pontanus ſatis me tenuit, pergo proficiſci ad cetera, quorum ſupereſt numerus haut paruus: atque ecce obuium D. Paulli templum inſignis vetuſtatis, & ſi vera memorant, Caſtori ac Polluci quomdam ſacrum. Illud, quod Montis Virginis indigitant, ſpectabile Matthæi Affiicti monumento eſt; magni enim nominis, quia magnæ eruditionis hic I C. fuit: ſcripſit de Feudis & Conſtitutionibus regni, vt ſileam reſponſa, quæ in doctorum manibus verſantur. vixit annos circiter LXXX.

T. Liuij brachiū.

Ara à Pōtano dedicata.

Templū S Paulli.

Montis Virginis.

Matthæi Affiicti IC. monumentū.

integra animi corporíſque valetudine.

S.Seuerini & familiæ ſacrarium.

S.Seuerini Sanſeuerinæ nobiliſſimæ gentis ſacrarium, vt indicant epitaphia ibi fixa, hocque in primis miſerabile iuxtà atque elegans:

Hippolytæ Sanſeuerinæ cenotaphium.

Hoſpes miſerrima
Miſerrimam defleas orbitatem.
En illa Hippolyta Montia,
Poſt natas feminas infeliciſſima,
Quæ Hugo Sanſeuerino coniugi
Tres maxima exſpectationis filios peperi,
Qui venenatis poculis
(Vicit in familia, proh ſcelus,
Pietatem cupiditas,
Timorem audacia & rationem amentia)
Vna in miſerorum complexibus parentum.
Miſerabiliter illico exſpirarunt,
Vir ægritudine ſenſim obrepente
Paucis poſt annis in his etiam manibus exſpirauit.
Ego tot ſuperſtes funeribus,
Cuius requies in tenebris,
Sola men in lacrymis,
Et cura omnis in morte collocatur.
Quos vides ſeparatim tumulos,
Ob æterni doloris argumentum,
Et in memoriam illorum poſui ſempiternam.
Anno MD.XLVII.

Templũ S.Martini & Monaſterium Carthuſianorũ.

D. Martini ædem cœnobiúmque Carthuſianorum, quód adiacet, hucuſque diſtuli, cùm rectiùs deſcriptioni arcis S. Hermi, cui proximè ſubiecta vtraque ſunt,

ſunt adiunxiſſem, ni diſcernere à profanis ſacra, & diſtinctim quęque commemorare maluiſſem, vt cùm locorũ ordinẽ ſeruare difficile eſſet, rerum ſaltem obſeruarẽ. Templum cœnobiúmq;, vt dixi, ad radices altiſſimæ arcis ſita, lõgè ac latè conſpicua ſunt, præbentque viciſſim liberrimum & iucundiſſimum in ſubiectã vrbem, littora, maria atq; inſulas proſpectum: vnde hoſpes vaſtiſſima primùm & excelſis cœnaculis ſublata atque ſuſpenſa ædificia per terræ ingens ſpatium explicata, inq; ipſis ædibus penſiles hortos deſpectet licet; tum portum omnis generis nauigiis confertum; vnà lõgiſſimam molem à pulcherrima arce per vada maris admirabili opere productam. mox euagari oculos paſſus cernet per Neptunia arua diſcurrentes innumeras naues, quarum aliæ expãſis velis albent, aliæ remigum ſpectabili motu laboréq; impulſæ gradiuntur; aliæ altũ mare ſupergreſſæ, velut cùm aureus Sol inter occiduas plagas caput recondit, ita euoluuntur atque ex oculis elabuntur; aliæ ex vltimis pelagi ſpatiis, tanquam è nubibus digreſſæ aduentant ſenſim, & conſpectui magis atque magis ſubiiciuntur, cernet pariter ampliſſimũ Maris ſinum in crateris formã curuatũ, retractúmq; introrſus inter Miſenũ ac Mineruæ promõtoria ſeptuaginta circiter millium paſſuum ambitu; procul immanis mollis exſtãtes medio in æquore montes, quibus Capreę, Prochyta

Facies Neapolis & oræ maritimæ.

Inſulæ Capreæ Prochyta Iſchia. Mons Veſu Pauſilypus.

& Iſchia nomina ſunt: hinc Veſuuium cælo contiguum, quomdam Ætnæorum incendiorum æmulum, nunc patientiſſimum cultus humani, ac feraciſſimum vini frugúmq; diuerſi generis: inde Pauſilypum celſo item vertice conſpicuum fertilémq; omnium fructuum; ad maritimam oram frequentibus ædificiis diſtinctam conſpiciet; circumcirca apricos colles, nemora florentiſſima, hortos cultiſſimos, viridaria iucundiſſima & ſexcentis floribus picta; prata alibi & virentes campos permeãtibus cryſtallinis riuulis virgatos, & ſurgentibus placidè tumulis circùm vndique coronatos; alibi maritimaantra & ſcopulorum vmbroſos receſſus. Hæc itaque alia plura vrbis & agri Neapolitani miracula hoſpes è S. Martini ſpecula contueatur licebit: tum monachium tẽplumq; perluſtret. Vtraq; nitidè & eleganter exſtructa ſunt. rariſſimi ornatus ſacrariũ, in quo ſupellex obeũdç rei diuinæ neceſſaria conſeruatur, nõ pretio materiæ magis, quã arte operis excellens. Inter alia crux eſt argentea ingens figuris variegata, à Fauentino aurifice quattuordecim annorum ſpatio, ſummo artificio elaborata. Ceimeliarchion ipſum penitus exornatum; ſumma pulcherrimis picturis illuſtrata, ima nigro candidóq; marmore conſtrata ſunt: latera ligneis tabellis Biblicas hiſtorias diſcoloribus teſſellis expreſſas referẽtibus veſtita. Germanicum hoc opus eſt, dignũ peruulgata

Templi S. Martini ornatus.

uulgata noſtrorum artificum peritiâ. licet ex pretio operis coniecturam facere: hiſtoriarum, quas dixi, vnaquæque quinquagenis aureis empta fuit. Templũ PP. Societatis IESV reſeruaui vltimo loco, neque iniuriâ, nouiſſimum enim eſt, nec dum abſolutum. O ſi liceat aliquando perfectum videre, audio dicere in vrbe Neapolitana id auguſtiſſimum ac pulcherrimum fore, iam nunc æmulum Vaticanæ Baſilicæ; ſtructuræ enim eadem forma eſt, moles neutiquam par: ſacella, quibus quidem extrema addita manus fuit, ita ſplendida & marmoribus picturíſque exculta, vt ſi non æqualia, certè non indigna ſint, quæ in Vaticano templo ſpenctentur. Hactenus de ædibus ſacris, nec verò omnibus, cùm ſatis ſciam quattuor & ſexaginta virorũ virginúmq; cœnobia, & prǣterea centũ octoginta in vrbe tẽpla eſſe: ſed precipua deſcripſiſſe mihi ſatis ſit. Nunc profanas aliquot illuſtres domos enarrabo; Curiã primo quam Vicariam vocant amplitudine formáque eâ, vt arx vel caſtellũ videatur. imi ſunt carceres ſæpè multis millibus reorum inſeſſi: ſuperiora conclauia ſpatioſa & multa, numquam non ius petentium ac reddentium ſtrepitu reſonantia. Academiæ deinde Gymnaſium, *in quo*, ait Schraderus, *profeſſiones quæſtuoſæ florẽt, literæ exiguo ſunt in pretio*. Tum Grauinæ Ducis Palatium ſuperbũ: nec minùs ſpectabile eſt Caraffæ ob copiam veterum

Templũ PP. Societatis IESV.

Monaſteriorum & templorum in vrbe numerus.

Curia vulgo Vicaria.

Academia.

Palatium Ducis Grauinæ, alterum Caraffæ.

protinus piſciculi, perque oris & cannularum patentia oſtia ingreſſi laſciuiunt ſecuri; interea ductor idemque ſpeculator latet occultus, atque vbi ſatis prædæ futurum videt, Pinnam leuiter vellicat; quo accepto ſigno Pinna os cannuláſque pariter omnes comprimit, itaque captiuos exanimat, & duci partem præbet pro mercede. Porrò iuxta byſſigeram hanc concham viſitur byſſinus pannus ſerico ſimillimus; tum & lana ſubtiliſſima ex Ægyptiis arboribus depexa, Xylon Plinio, Vlpiano, ἐριόξυλον nominata; Sericum item, quale Indici bombices ducunt. Pygmæus dodrantalis. Tatauus è Braſilia; Chiraſtes; Chamæleon mas feminaque; Animal ſimiæ magnitudine, forma humana, caudatum, oculis nigris & lucidis; Onocrotalus; Crocodilus ingens. Dens & cauda marini equi: Vitulus marinus: Teſtudo marina, quam Itali Tartarucam dicunt, iam inde ab anno ſeptuageſimo primo ſupra milleſimum quingenteſimum, quo capta fuit, viuens. Salamandra lacerti figura, ſtellata, ignis patientiſſimum animal. Remora piſciculus, attactu maximas etiam naues ſiſtens. Anates, quales in Orcadum inſulis ſupra arbores naſci, inanimeſque adhuc, cùm in profluentem deciderint, ocyus animari ferunt. Trochilus puſilla volucris, fulgida violaceis pennis, auis Diomedea: Halcyones, & quas vulgò Paradiſi aues nominant, vtriuſque ſexus; apodes: quarum cauda prælongis ac

l.19.c.1.

Vlpian. l. ſi cui lanæ § lana legats. ff. de l. g. 3.

Aues Paradiſi.

tenui

tenuibus pennis conſtat, vna tamen denſior eſt, ſimillima ſetæ, qua marem feminamque inter ſe hærentes fœtui, operam dare opinio eſt; mas enim tergum cauum eóque recipiendis ouis aptum habet, femina autem adſtricta vinculo & ſeta, quã dixi, ſupernè incubat, dum oua excludat pullóſque educet; ita ipſi dorſum maris pro nido eſt. At verò cùm pedibus careant, mutuo amplexu & roſtro repando librant ſeſe in aëra, fatigatæque longo volatu tenerum aliquem arboris ramulum prehendunt, & oblongioribus caudæ pennis pendulæ quieſcunt, ſiquidẽ conſentanea veritati ſunt, vt eſſe non dubito, quæ de iis Simon Maiolus, Henricus Salmuth, Ioannes Langius litteris prodiderunt. Poſt apodes picus marinus oſtendetur, rubeis micans plumis, ex America allatus: Galli duo oblonga oua Madragora radix, mas & femina. Magnes, qualem Ilua inſula generat; item Æthiopicus minor, at vi præſtantior, & quod ſummopere admireris, grauius ferrum neutiquam fert, niſi æreum tympanum ſeu vaſculum cauum hæmiſpherij forma interponatur. hoc medio ferrum, quod non contingit, firmiſſimè tenet, quòd ſi proximè contingeret, neutiquam ferret. Iuuabat etiam ſpectare ferrum ære, quod dixi, à magnete diſcretum concitatiſſimo curſu atque recurſu ſequi lapidem, quamcũque in partem moueretur, æs verò magneti proximè licet applicatum fixum atque immo

Canic. Dier. col. 6. Sal. in not. ad no. reper. Pancir. tit. 1. Lang. l. 3. epiſt. medic.

Magnetis vis inſolita.

immotum idemtidẽ ſtare, cuiuſmodi experimento etiã Barthanarius Africæ Comes Seuero Mileuitano Epiſcopo lapidis huius incredibilẽ vim probauit, vt narrat D. Auguſtinus. Nec minùs admiranda nobis illa Theomedis virtus erat, inimici ferro lapidis. fugit enim fugatque id haut ſegniùs atque idipſum ad ſe magnes trahit. Poſt hæc conſpicienda arundinea charta, tum ſerica proferetur, qualis apud Indos vſitata: mox alia è cortice Iaponiis litteris, alia è palmæ foliis Ægyptiis notis conſcripta; & Langobardicæ in papyro litteræ leguntur. & ex peregrinis fructibus Indica nux: Indicum quoque atramentum. Ad hæc argentum naſcens. Cryſtallus aquam ſeruans, qualem vidiſſe ſe quoque Cardanus aſſeuerat. Vidit & ille, vt mea fert opinio, Græcus, qui de eiuſmodi cryſtallo hæc luſit: *l. 7. de ſubtil.*

Χειονέη κρύσταλλος ὑπ' ἀνέρος ἀσκη-
θεῖσα
Δεῖξεν ἀκηρασίοιο παναίολον εἰκόνα
κόσμου
Οὐρανὸν ἀγκὰς ἔχοντα, βαρύκτυπον
εὔδοθι πόντον.

Et hæc:

Εἴπ' ἄγε μοι κρύσταλλε, λίθῳ πεπυ-
κασμένον ὕδωρ,
Τίς πῆξεν, βορέης, ἤ, τίς ἔλυσε
νότος.

Simile

Simile de ſimili cryſtallo hoc Claudiani epigramma circumfertur:

Poſſedit glacies naturæ ſigna prioris,
Quæ fit parte lapis, frigora parte negat.
Solers luſit hiems, imperfectóque rigore
Nobilior, mitis gemma tumeſcit aquis.

Et hoc:

Solibus indomitum glacies alpina rigorem
Sumebat, nimio iam pretioſa gelu.
Nec potuit toto mentiri corpore gemmam,
Sed medio manſit proditus orbe latex.

Filum igne inconſumptum, eiuſmodi & lintea *Vid. Maiol. colloq. 18. & 20. l. 21. de ciu. Dei c. 6. l. 19. c. 1. Viu. ad Auguſt. l. c.*

Spectabis præterea tenue filum, ſed in quod ignis nihil poſſit: lapideum quippe eſt ex Amianto confectum, perquàm ſimile candido ſerico. asbeſto lapidi eamdē vim eſſe D. Auguſtinus prodidit, eoque lucernam illam in Veneris fano ardentem, quam nulla tempeſtas, nullus imber extinxerit, asbeſtinam fuiſſe. Asbeſti, id eſt inextincti lini Plinius quoque meminit: & Viues teſtatur vidiſſe ſe Pariſiis permulta ellychnia igne inconſumpta: vidiſſe item mantile, quod medio conuiuio in flammas abiectum non modò exuſtum non fuerit, ſed mundius atque nitidius redditum, quàm aquis & ſmegmatis quibuſlibet purgari potuiſſet: cuiuſmodi mappas ſpectaſſe ſe Plinius idem aſſeuerat. Pancirollus quarto capite eius libri, quem de perditis recénſque inuentis rebus compoſuit narrat priſcorum regum cadauera, cùm in cineres redigenda eſſent, inuolui asbeſtinis linteis conſueſſe,

ne, ſcilicet fauillæ regis cineribus permiſcerentur. Atque hæc commemorare pluribus volui, vt appareret verum eſſe, quod ſuperiùs de inextincta lucerna diſputans ex Auguſtino dixeram, non quæcumque ardent, neceſſariò conſumi. Porrò vt abſoluam, quæ apud Imperatum Neapoli viſa memoria teneo, truncus eſt, quem ligneum nemo non dixerit, at chalybe percuſſus ignis ſcintillas mittit, lapideus enim eſt. Etiam lapideus culter oſtenditur ferreæ inſtar laminæ fulgens, quali Iudæi vtuntur, cùm pueros ſuos apellas faciunt: illum quin ex Indiis dominus, vt narrabat, acceperit, nullus dubito, Indos quippe vice ferri lapides vſurpare etiam ad cædendas arbores Ouetanus ſcribit. Proferetur iuxta Cherathites, id eſt cornu lapideum, hircino non diſpar, cuiuſmodi & illud fuiſſe videtur, quod his Solinus deſcripſit: *In Africa iuxta Hannonis templum lapis eſt, quem vocant Honnonis cornu, nam ita tortuoſus eſt & inflexus, vt effigiem reddat cornu arietini.* Adhæc cernitur tabula ex ligno in lapidem verſa: ſimilis cancer, fungus & rete, & lapidea nux, quæ formam alioqui nihil mutarunt, contactu attamen duriſſima eſſe, & planè lapidea noſcitantur. Neque verò exiſtimarim ego ita nata illa fuiſſe, quamquam frequenter repetire lapides ſit huic aut illi rei perquam ſimiles: ſed aliqua vi mutata atque in lapides verſa cenſuerim. Qua verò illa vi? proximus

l. 21. de ciu. Dei c. 4.

Hiſtor. l. 6. cap. 4. Henr. Salmuth in Not. ad noua rep. Panc. tit. 1. c. 29.

Ligna aliaque mollia in lapides verſa; & de cauſſis quæſitum.

mus credenti ſum fluuium aliquem mutaſſe ea inque lapides vertiſſe: fluuios enim poſſe & illa vi præditos eſſe multos quam multi ſcriptores teſtati ſunt digniſſimi fide, quia oculata experientia compertum habuere. Sit omnium inſtar Titus Celſus Patricius Romanus. is narrat ſua ætate cadauer humanum à percuſſore demerſum Aniene fluuio, ad arboris radices hæſiſſe, & aquæ vi conuerſum in lapidem; id ſe plurimóſque aliōs lapideum vidiſſe. Anienem quidem vel hodie lapire delapſas ex arboribus nuces, amygdala, feniculum & alia vulgò ſciunt, vocantque à propinquo Tibure Bellaria Tiburtin[illegible]lari eadem virtus eſt, in quem fluuium virgulta & frondes, quæ decidere, illico lapideſcere Strabo & Plinius ſcripſerunt. Hinc ſumpſiſſe ſua Imperatum reor, neque enim procul Neàpoli Silarus fluit. Alibi terrarum reperias licet alias hac vi præditas aquas. Cappadociæ quemdam lacum memorant demiſſas arundines lapideas reddere; Velino Piceno lacu merſum lignum cortice lapideo obduci. Senam Etruriæ amnem propter Collenſe opidum fluentem lignea quæcumque reddere ſaxea Leander teſtatur. Boccacius Elſam Etruriæ eiuſdem fluuium prope fontes ſuos eadem vi pollere, quoque ab iis longiùs abſceſſerit, infirmiorem fieri, denique vim omnem

Anio fl. ſaxificus.

Silarus fl. non minùs, & alij lacus atque amnes hic recenſiti.

Strabo l.5 Plin.2.c.103. Domitius Bruſon. ap. Cardan.l.2.de ſubtil. Conimbric. in Meteoror. 9 c.8. Georg.Fabric. in itin. Patau.

mnem amittere ſcribit, & confirmat noſtras quidam hiſce:

———Elſam, quæ obducit cortice ſaxi,
Quidquid apud fontem in liquidas preiece-
ris vndas.

Syrum apud Brutios item ſaxificum eſſe: apud Interamnates riuulum è Nare flumine profluere Maiolus tradit, qui cancros alat ſuper naturalem teſtam lapideo cortice intectos. Etiam in Cappadocia & Hierapoli Miſiæ manare aquas; quæ contactu virgulta & ligna celeriter admodum in ſaxa transforment, Alexander ab Alexandro narrat. Idem refert, quidquid litoris ab Eurypo Elim vſque mari abluitur, vi eius in continuæ rupis modum induruiſſe. Haut abſimilia Plinius & Theophraſtus; Pontanus quoque: *vidi*, inquit, *lapideſcere Sarni Ceruleo ſub fonte alnum ſiliciſque maniplos.* In Elbogano tractu iuxta Falconum opidum totas abietes conuerſas in lapidem interfuſo per rimas pyrita fuiſſe Georgius Agricola auctor eſt. Albertus Magnus ſua ætate prope Lubecum extractum è mari ramum arboris cum intexto nido & pullis purpurei coloris, lapidea omnia fuiſſe teſtatur. Qua de re diſputant pluribus Hieronymus Gardanus, Marcus Frytſchius, Simon Maiolus, Stephanus Pighius in Hercule Prodicio ſuo præter Velinum, & Anienẽ & Narem & Albulam Italiæ amnes, aquã in ſulphurariis Puteolorum campis manan

Dier. canic. colloq. 11.

Genial. dier. l. 6. c. 9.

Cardan. l. 7. de ſubtil. & 1. de variet. cap. 7. Frytſb. 9. Heth. Meteor. Maior. colloq. 18.

manantem, ſolideſcere item in ſaxum, & incruſtare riparum margines, & alueum lapideo tectorio obducere ſcribit, quia ſcilicet tenuiſſimos exuſtarum glebarum pulueres vehat, qui humoris contagione ſpiſſentur, ac denique lapideſcant ita maritimam arenam, quem Puteolanum pulueremn priſci vocant; calidis igneæ eius exhalationibus ſiccatam, ſimul atque aquam hauſerit, dureſcere, & vt Plinius
l.35.c.13. ait, *fieri lapidem vnum inexpugnabilem vndis, & fortiorem cottidie, vtique ſi Cumano miſceatur cæmento.* Addit hãc ad rem idem Pighius apud Æquicolas prope Varium ſeu Varronis vicum ſpectari ſpeluncas & cauernas crebris viarum flexibus horribiles, mille veſpertilionum globis habitatas, ſpectabiles tamen ac refertas inſolentium naturæ operum & in primis eorum, quæ olim per rupium hiatus & fiſſuras ſtillantes aquæ temerè, at mirificè efformarunt: cerni namque multiformes & prægrandes columnas, cerni vaſtarum arborum ramoſos truncos, & monſtrorum inſtar eſſe gigantum ac centaurorum corpora, ſaxea omnia è ſtillicidiis nata. Hæc de aquis in lapides verti ſolitis Pighius.

Tractus Puteolanus ſcatẽs naturæ & artis miraculis.

At certè ego quoniam naturæ miracula percenſere cœpi, non poſſum quin exſequar cæpta, & ſubiungam illa, quorum in proximo eſt copia ingens: in tractu inquam Puteolano, intra octauum à Neapoli milliare. Paſſim ibi Magna mater & genitrix

genitrix rerum oſtentat vires ſuas, ſalutares iuxta ac peſtiferas, vt quantum poſſit in vtramque partem, ſentiamus; & quæ naturam imitatur humana ars, conſpici ſe quoque adeo ſtupendis operibus voluit, vt niſi facta videremus, fieri poſſe negaremus. Neapolim inter Puteolóſque arduum montem & tantùm non inſuperabilem natura interpoſuerat: ſcilicet non patiens opera ſua omnibus obuia patere, ſed multo labore ſudoréque conſtare id hominibus ſpectaculum voluerat. Indignata ars amouit obicem, & vndecumque arceret natura, eò facilè ſibi & æquum eſſe iter voluit. Quid ergo? perfodit montis imas radices, & rectiſſimam viam latam atque altam ampliùs duodenos pedes per mille ferme paſſuum ſpatium fecit, aperuitque latera montis aliquot in locis, quò incidens lux abigeret tenebras & horrificum ſqualorem, qui in crypta, vt eſt, ſubterranea non poterat, niſi plurimus eſſe; eſtque hodie, cùm obſtructis neſcio quo caſu feneſtris, lucis vſura adempta omnis ſit, niſi quòd procul oppoſitæ fauces exiguum & candenti ſtellæ ſimilem radium immittunt; eò dirigunt iter palpitantes in cæco carcere viatores. Atqui olim vtcumque perlucidum iſtum cuniculum fuiſſe probant iſta Strabonis: *Lumen à ſuperficie montis, exciſis paſſim feneſtris, ad iuſtam ſatis altitudinem demittitur.* Senecæ verò temporibus locum perinde, ac noſtris, puluere & tenebris grauem fuiſſe

Môs Pauſilypus perforatus vulgo Crypta Neapolitana.

l. 5.

epiſt 57. fuiſſe ipſemet conqueritur: *Cùm*, inquit. *Baiis deberem Neapolim repetere, facilè credidi tempeſtatem eſſe, ne iterum nauem experirer. Sed tantum luti tota via fuit, vt poſſem videri nihilo minùs nauigaſſe. totum athletarum fatum mihi illo die perpetiendum fuit à ceromate nos hapſe excepit in crypta Neapolitana. Nihil illo carcere lõgius; nihil illis faucibus obſcurius, quæ nobis præſtant, non vt per tenebras videamus, ſed vt ipſus. Ceterùm etiam ſi locus haberet lutum, puluis auferret, in aperto etiam res grauis & moleſta. quid illic vbi in ſe voluatur, & cùm ſine vllo ſpiramento ſit incluſus, in ipſos, quibus incitatus eſt, recidit. Duo incommoda inter ſe contraria ſimul pertulimus. Aliquid tamen mihi illa obſcuritas, quod cogitarem, dedit. Senſi quemdam ictum animi & ſine metu mutationem, quam inſolitæ rei nouitas ſimul ac fœditas fecerat.* Inter alia multa, quæ cryptæ hic admirationem conciliant quo fato accidat, vt cùm nebulolonibus ſummè commodus locus ſit,

In itiner. Palaſt. numquam infeſtus fuerit. vnde Petrarcha *nullis vmquam latrociniis attentatum patere* ſcripſit. Sunt vulgò, qui Cryptam

Vulgi calumnia à Virgilio depulſa. Virgilij vocent. Hoc quidem nullam ipſi: illud maximam notam inurit, quòd mentiuntur Magum fuiſſe, & dæmonum operâ tantum opus feciſſe. Nimirum hic rudis plebeculæ mos eſt, vt artis naturæque miracula, quia cauſſas non

In itiner. ad Mediolan. videt, ſine ratione aut certo argumento geniis affingat. Non ita Robertus,

rex,

rex, quem Petrarcha narrat cupidum diſcendæ veritatis inſpexiſſe omnia diligentiſſimè, & agnouiſſe ferri ſigna, quo perfoſſus haut dubiè mons fuit Luculli ætate, & forſan impenſa, curante L. Cocceio, habitis in opere C. millibus hominum, dies non ampliùs XV. etſi cum Sanfelicio Pighius Lucullo gloriam operis huiuſce neget, atque ad Cimmerios potiùs vetuſtiſſimos regionis iſtius incolas originem referat: Cocceium certè aliquem auctorem fuiſſe Strabonis ætate vulgò iactabatur, vt ipſe memoriæ prodidit. Virgilij poſtremò nomen à ſepulchro eius natum fuiſſe exiſtimo, quod Seruius iuxta fauces Cryptæ ſcribit eſſe: Donatus, Virgilij alter ſcholiaſtes via Puteolana ad ſecundum à Neapoli, lapidem locat: Blondus & Razzanus inquiunt quæſiuiſſe ſe id diligenter, nec repperiſſe. Petrarcha vidit, & his verbis deſcripſit: *Sub finem fuſci tramitis, vbi primò videri cælum incipit, in aggere edito ipſius Virgilij buſta viſuntur, pervetuſti operis*, &c. Mihi quoque lateritium Cryptæ ſuperſtans ædificium oſtenſum fuit, prædicatumque vt haut dubium Virgilij monumentum. hæſitabam incertus, nec dandáne fides an neganda eſſet, ſciebam; modò indignabar, ſi vtique eſſet, ita neglectum & obſitum ſitu iacere ſine honore ſepulchrum Principis poëtarum: aut fuiſſe adeo impium hominem, qui ornamenta detraxerit, quæ habuiſſe id multi

In Campan. deſcript.

Virgilij ſepulchrum.

In Vita Virgilij.

In itiner. Palaſt.

In deſcript. Puteol.

multi teſtantur. Capaccius ſcribit ſteriſſe in illo nouem columnas, ſupraque eas vrnam cineres Virgilij ſeruantem cum epitaphio:

Hos verſus ipſum poëtam morientem dictaſſe ſcribit D. Hieron. in Euſeb. Chron l. 2.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini paſcua, rura, duces.

Mergillina Sannazarij villa.

Omnia peſſum iuere, nuda modò atque informis ædicula ſupereſt. Hinc ſequendo Montis marginem, quo mare ſtringitur, Actij Sinceri Sannazarij non tumulo magis, quàm Muſæ Maronis proximi poëtæ, vt Bembus inquit, Villam reperies amœniſſimo loco ſitam. Mergillinam vocant. nec toto circumcirca ſinu pulchrior nauium ſtatio eſt; imminet enim arduus mons, & Solem arcet noxióſque flatus, & numquam non viridans oculos ſilueſtri ſua ſpecie recreat, fragrantia nares. Itaque certatim Neapolitani ciues, cùm patiendo per diem æſtu feſſi fuerint, ſub veſperum nauigiis ad iucundam hanc ſtationem prouehuntur, & velut claſſe aliqua longè latéque obtinentes æquor inſtruunt epulas, conuiuantur, confabulantur, & vmbroſi maris placida aura læti perfruuntur. Villam Sannazarij ex teſtamento eius, Monachi, quos Seruos dicunt, accepere, habitantque hodie.

Neapolitanorum æſtiuæ deliciæ.

Sanuazarij tumulus.

In templo cenotaphium ipſius eſt, longè quàm Virgilij ſuperbius; quippè è Pario

marmo

marmore ſcitè exſculptum, vnicéque ornatum Dauidis & Iudithæ ſimulacris eximia arte elaboratis. Hucuſque exſpatiatus Mergillinæ gratia ad Cryptam redi & tranſi, vt ne tamen Ioannis Bernardini Longi hortos prætereas: digni enim ſunt, qui ſpectentur, ob fontium, imbres variáſque vndarum ſpecies, imitantium copiam. Quidni & DEIparæ fanum viſas imminens faucibus Cryptæ? cultum enim eſt, & ſi ornamenta deſint, religione tamen inclytum. Ceterùm Mons, per quem cryptam duci oſtendi, Falernus aliquando dictus, ſi Lombardo fides, à Iulio Cæſare Pauſilypi nomen accepit retinétque hodie, ea forſitan de cauſſa, quòd curas ſopiat pulchritudine ſua: quippe conſitus omnigenis vitibus, poma inſuper & mala citrea à magnitudine ac fragrantia cumprimis laudata profert. Vltrà Puteolorum agri ſunt, & alia ſuper alia naturæ miracula. Omnium primò inter dextros montes demerſa vallis, circumfuſa excelſis iugis amphitheatri in modum, ſolo arido, paſſim tamen ſulphur ſpirante & tepente calidarum aquarum fontibus. Locum *Aſtrone* vocant: cuius faciem Petronius Arbiter in poëmate de mutata rep. Romana in hanc, quæ ſequitur, formam deſcripſit:

Hortū Longi.

Templū D.Mariæ.

De baln. Puteol. c. 51 & 54.

Pauſilypus.

Aſtrone vallis.

Eſt locus excelſo penitus demerſus hiatu,
Partenopen inter magnaque Dicarchidos arua,

Cocytâ perfuſus aquâ; nam ſpiritus extra
Qui furit effuſus, funeſto ſpargitur æſtu.
Nō hæc autumno tellus viret, aut alit herbas
Ceſpite lætus ager, aut verno perſona cantu.
Mollia diſcordi ſtrepitu virgulta loquuntur:
Sed chaos & nigro ſqualentia pumice ſaxa
Gaudent ferali circumtumulata cupreſſu.
Has inter ſedes Ditis pater extulit ora
Buſtorum flammis, & cana ſparſa fauillâ.

Aquarum in hoc loco, vt dixi, tepentes ſcaturigines: non herbæ, virgulta, aut arbuſta. Neque tamen longè abeſt nemus, *Boſco d' Aſtrone* accolis dictum, viuarium quomdam, & Neapolitanorum Regum venationibus vnicè reſeruatus locus, in quo & ipſi, & populus perinde, atque in amphitheatris Romani ciues, quoties volupe eſſet, poſſent oblectari: hoc tamen inter vtraque loca diſcrimine, quòd olim in Romanis amphitheatris ſpectacula arte parabantur, & impensâ magnâ: hîc natura omnia comparauit. Ipſa etenim vbertate paſcuorum allectas contraxit feras; ipſa circumdedit montes ſupernè patentes, ac quò ad radices magis inclinantur, magis ac magis contractos; vt ima conuallis caueæ inſtar concluſa, ac Septemtriones verſus procurrens haut plus millibus paſſuum in latitudinem extendatur, relictis nihilominus inter ambientium montium cliuos, velut portarum vice, anguſtis faucibus; quas ſi clauſeris ſimul tanquam in carcere ferarum

Aſtrone ſilua.

factus ad venationes voluptuarias locus.

ſatum inibi paſcentes greges. Parata eſt venatio; conſideat, fac, populus; ex inſtantibus tumulis, quæ commodiſſima ſubſellia ſunt, ſpectet ludos; nec dubita, iucundiſſimum erit ſpectaculum, quale haut ſemel ſub ſuis Regibus viderunt Neapolitani: vidit Fridericus quoque Tertius Imperator, cùm ea loca peragraret. Quam venationem mirificè ſcriptores commendant: narrant ſpectatorum ampliùs triginta millia fuiſſe, ac ſecundùm venationem exceptam conuiuio multitudinem, fontes vino fluxiſſe. Hæc Meta Sudans placere queat; apage Romanam. Ponè ſiluam, & vallem Aſtrunam ſequitur à dextris Mons aluminis, quem vocant à copia rei; & vulgò cenſent eſſe illum Leucogæum collem, è quo Plinius *fontes Araxi oculorum clari-tati, & vulnerum medicinæ, dentiúmque firmitati* vtiles premanare ſcripſit. A ſiniſtris Agnanum ſtagnum, collibus circumcinctum, quondam Luculli nobilis piſcina, hodie ſerpentum, ranarúmque commoda ſedes; adeò putre eſt, ac cœnoſum. Adiacet Antrum Canum, vt noſtrâ ætate vocant: Plinij, quod ipſe teſtatur, *alij ſpiracula appellabant, alij Charoneas ſcrobes, mortiferum ſpiritum exhalantes*. Ita eſſe è cottidianis experimentis conſtat, immiſſíque in intimam ſcrobem canes vbi peſtiferum halitum acceperint, velut vertigine obruuntur, adeoque omnes ſenſus ceſſant, vt mortui videantur.

qualis edita Friderico Cæſ.

Mons aluminis. l.18.c.11.

Fontes Araxi.

Lacus Agnanus. *De qua piſcina Plutarch. in Lucul. Varro de re ruſt. l. 3 c.17. Plin l.9. c.54.*

Antrum Canum. *l.2.c.93. de ſimilibus antris. Tyſern in Nic. ad Lombard. de baln. Puteol.*

Remedium in propinquo eſt: extracti & ſtagno immerſi protinus vitam, quam videbantur amiſiſſe, recipiunt. Libet narrare, quæ de hoc antro Simon Maiolus

colloq. 15.

Epiſcopus Aſtenſis in amœniſſimo Dierum Canicularium libro ſcripta reliquit. *Specus perexigua eſt, non enim porrigitur in longitudinem vltra pedes *, nec latitudine patet ſex, totidémque altitudine, diſtátque ab ora lacus, cui vulgus Agnanum nomen impoſuit, paſſibus quindecim. In ipſam igitur mediam vſque ſpecum ſi quis progrediatur, ſiue id animal quodcunque ſit, ſiue homo, periculum nullum, nullus ater peſtiferus ſpiritus perſentitur: at ſi quis in extremam vſque partem progrediatur, tam homini, quàm animantibus quibuſcumque mortifera exhalatio eſt, adeo vt exanimet hominem præcipuè. Reliqua autem animantia omnibus ſenſibus adeo deſtituuntur, vt à mortuis nihil omnino differant, ſed cùm in proximum lacum iniecta fuerint, reuiuiſcunt paullo longiore mora, quàm in ſpecu à ſenſibus alienantur. Immerſum igitur huiuſmodi animal primùm, dum reſurgit, vacillat ſæpè & cadit, poſtea integro recepto Spiritu ſiſtens omnibus integris ſenſibus apparet, currit, euolat ſi auis ſit, pro natura ſua viribus: fiuntque quotidie hæc experimenta, atque ego ipſe præſens curioſius id perſcrutatus, expertus ſum in cane. Ferunt accolæ Carolum VIII. Galliæ Regem aſinum eo loci impelli iuſſiſſe, qui ſtatim exſpirauit.* Georgius Braun in Charoneis ſcrobibus. *Reſtauratio*

** deeſt numerus: at mihi longitudo viſa eſt paſſuum fere trium.*

ſtauratio igitur vitæ in ſolis animantibus frequens eſt, numquam in homine: ipſo enim illo peſtifero ſpiritu penitus emoritur, tũ naturæ mollitia, qua reliquis animantibus præcellit, tum quia ſimul cum ſenſibus laborat & intellectiua anima, quæ ad exſpirandum ob cognitionem periculi dolorem adiicit, cùm in animantibus ſenſuum tantùm pugna ſit. Homo itaque cùm iam mortuus inde extrahatur, aquâ Lacus etiam immerſus non reſurgit. Emoritur autem & alia ratione homo: radix enim vitæ hominis, quæ in cerebro ac corde eſt, labore mentis indies defatigata quotidie in ipſo homine fit infirmior: nam fœtore, gaudio, triſtitia perfacilè ſupra reliqua animantia morimur: vnde illud conſequens eſt, vt illo ſpiritu breuiore interuallo exſpiret homo, quàm bruta, quæ etiam exſpirarent, ſi ibi diutiùs immorarentur: nec tunc exſtinctis vlla ratione ſuccurreret aquarum lacus immerſio, vt de aſino diximus. Mortificatis igitur atque obſtupefactis tantùm ſuccurrit aqua animantibus, homini nunquam, cùm verè ibi moriatur. Schottus attamen bruta, illa maximè, quæ terram prona ſpectant, obrui peſtilẽti iſto halitu celerrimè hominem nõ item ſcripſit; Pighium certè intima ſcrobis perluſtraſſe, immoratumque diutulè æſtuoſum quidem vaporem toto corpore perſenſiſſe, graue aut noxium nihil. Lombardus verò virum narrat armis onuſtum velut aduerſus hoſtem in arenam deſcendiſſe, intimam ſcilicet ſcrobem at temeritatis pœnas morte luiſſe. *p. 3. Itin. Ital.* *De Baln. Puteol.*

Ital. antiq. l. 4. c. 3. luiſſe. Clauerius teſtis eſt in Turcis quibuſdam captiuis factum hoc loco experimentũ, & illos quidẽ protinus exſtinctos, contrà alios homines, qui ſatis diu illic morati ſint, incolumes euaſiſſe. Mirãdum enimuerò non mediocriter eſt, vnde huic loco peſtifera vis, vnde proximo Agnanũ itẽ circa ſtagnũ ſito ſalutifera, quamque ob cauſsã halitus alij perimant animãtia, alij etiam ex eodẽ ſolo ſpirantes eadem ab interitu ſeruent? Ego ita ſentio, terræ circũquaque viſcera inanibus ſpatiis patere, alereq; ſulphuris, bituminis, aluminis copiam; quas res perleui momẽto incẽdi, flagrareque diutiſſimè conſtat: manare item ſubter terrã aquæ riuos, quibus gignẽdis vel ſolus aër frigoris vi ſpiſſatus ſufficere poteſt; fluitarẽ autẽ in ſubterraneis cauernis aërẽ non minùs, quàm aquã oportet, vt ſit nẽpe corpus, quod vacua ſpatia expleat; nam ex Philoſophorũ ſentẽtia ſursũ atque deorſum omnia verterentur potiùs, quàm locus vllus abſq; corpore deſtitueretur. Itaq; ergo ſubterranea inanibus ſpecubus patent, ſpecus aër occupat, aër frigoris violẽtiá in aquã cogitur, vnde fontes exiſtũt; metalla itẽ, bituminis, ſulphuris, atque aluminis maſſæ ex ſuis quæque cauſſis naſcũtur; naſcuntur certè ſub terra generántque porrò alia, & ignes potiſſimũ, cùm agitatione ſuapte calefactus aër acceſſerit. Ignes & ipſi in tanta pabuli copia vigent, valéntque; hinc bella pænè aſſidua aduerſus hoſtẽ non vnũ: ſæpè aquas, ſæpè

Quæſitũ de cauſſis adeo diuerſorum effectuũ in his locis.

l. 4. Phyſic.

ſæpè aërem flammæ inuadunt, & oppugnantur viciſſim,tãtáque certaminis vis, & impetus eſt, vt haut rarò mortales exaudiant, túncq; terram mouere dicant, & verò ſẽtiant. Victoria hinc,atque inde varia.profligati quandoque ignes per ſuperum orbem viſi volitare:aliàs victores ipſi pepulêre loco,atq; ad nos eiecêre hoſtem violentiæ ſuæ notas gerentem; afflatus enim incendio aër, ambuſtæ aquæ ſentiebantur teſtabantúrque, quo ex hoſte quibuſve ex locis profugiſſent. bitumen olebant quædam,aliæ nitrum, nonnullæ ſulphur, quæ ſcilicet è ſulphurea regione venerant:aliquæ ex vliginoſis,cóq; peſtilentibus profectæ locis peſtem ferebant contactúque ipſo per animantia ſpargebant: aliæ è mundis ideóque ſalubribus, mille commoda, morborúmque remedia ſuppeditabant. Aërei ſpiritus pari ratione, quos ignis ſimiliſve cauſſæ potẽtia è ſubterraneis cauernis extruſit, ſalutares corporibus ſunt, cùm puri ſulphuris, aut bituminis puras venas peragrauerint: cùm noxias ac venenatas, contaminantur cõtagione ipſa, trahúntque ſecum tabem & corporibus,quæ afflauerint,inſtillant:vtique ſi nimio æſtu frigoréque polleant, tunc enim ſopiũt obruúntque vertigine vitales ſenſus & impeditos tenẽt;non ſecùs,ac vehementi gelu membra noſtra ad motũ & operationem inepta redduntur. Ex hîs opinor conſtare,quàm ob cauſſam Canini antri hiatus noxius ſit; namque

Antri Canum reliqua miracula. peſtilentes terræ meatus pertranſit, & acri admodum æſtu feruet, abſque fumo vllo, vt ſentias quidem ſpiritum, non videas, quamquam impetuoſum. Impetuoſum profectò, cùm ardentem facem ad ſolum applicatam extinguere potis ſit; & feruidum non minùs, cùm ex inſtanti caute humorem identidem exſugat, iuxtáque conſumat. hinc guttæ illæ fundo impendentes, quas ab argenteo ſplendore vulgus hydrargyrum vocat, & eſſe credit: at Pighius aquæ guttas expertus eſt. Hæc de Canum ſpelæo fuſiùs, quàm poſtulabat ratio mei inſtituti. Inde, viator, legendo

Sudatorium S. Germani. eram Agnanæ paludis cellas aliquot concameratas reperies: ingreſſus ſenties graueolentem, & calidiſſimum ſolo exhalantem vaporem, præſentiſſimum aduerſus complures morbos remedium; nam & podagræ, & ſpaſmati, & ileo medetur, vlcera inteſtina ſanat, corpora noxiis oneribus leuat, inualidis robur, & vigorem reſtituit. Mirum hæc vaporem poſſe: at mirum magis eſt eâdem vi pollere aquam quamlibet vapore iſthoc afflatam, & calefactam; pollere autem Ioannes

Lib. de baln. Puteol. Franciſcus Lombardus peritus talium, eóque dignus fide teſtatur. His ergo ſaluberrimis thermis cùm corpus D. Germanus Capuanus Epiſcopus ex Medicorum

in quo cruciatus Paſcaſius. conſilio curaret, Paſcaſium Diaconum, miræ ceteroqui ſanctitatis virum, vidit, obſtupuítque, cùm multò antea functus vitâ fuiſſet; quid in iſtis thermis ageret,

ageret, etiã idem quærere inſtitit. Paſcaſius diuino ſe iudicio retineri illic reſpõdit, & pœnas luere, quòd pertinaciùs Laurentij partes contra Symmachum Pontificem fouiſſet, ſperare attamen ipſo deprecatore breue id ſibi ſupplicium futurum. Epiſcopus orare Deum veniámq; expoſcere cœpit; nec deinceps viſus Paſcaſius fuit. Fabulam videor narrare iis, qui hac tempeſtate, heu nimis multi! animos ad tempus torqueri pernegant. de me quid ſentiant, non in magno equidẽ ponã diſcrimine: D. Gregorij ſanctiſſimi Pontificis, ex cuius ſcriptis hanc rẽ narraui, maior fides atq; auctoritas eſt, quàm quæ conuelli ab ipſis queat Locum vulgò *Sudatoriũ S. Germani* appellant, vt hiſtoriæ eius memoria non litterarum modò monimentis: ſed etiam nomine ipſo conſeruetur. Agnanũ ſtagnum, vt dixi, montes circumcingunt: tibi occidentales ſcandendi ſunt. Mox cana & ab æterno incendio ſemper fumantia iuga montium adſpicies, ſub quibus humatos Gigantes vorare ac reuomere Stygias flammas poëtæ finxerunt; & breui circuitu iam in Puteleorum cõſpectu peruenies ad fauces, quibus ſolis in latentem intra illos montes planitiem deſcendi poteſt. Circumcirca rectæ ſtant rupes, quas quia tanquam cinere aſperſæ albet. Leucogæas dixêre: areã ipſam ouatæ figuræ, amplius mille pedes in latitudinem, in longitudinẽ mille ducentos & quin

l. 4. dial. c. 50.

Leucogæi colles *Plinio l. 18. c. 11. & l. 35. c. 15.*

Sulphuraria, quod Forum Vulcani & Campus Phlegræus.
Plin. l. 3. c. 5. & l. 18. c. 11. Strabo l. 5. Polyb. l. Dio. Sic. lib. 4. Silius. l. 12.

quinquaginta patentem veterum quidam Campum Phleg ræum, alij Forum Vulcani nominârunt. Ita Strabo, *recta*, inquit, *ſupra Puteolos ſitum eſt Forum Vulcani, campus vndique ignitis incluſus ſuperciliis, quæ paſſim tanquam è caminis incendia magno cum murmure exſpirant.* Vulgus *Solfataram* nominat ab incredibili ſulphuris copia quod ex innumeris ſcrobibus ſubterranei ignis vehementia extrudit. Cernere eſt, vt ſolum omne ſulphureâ arenâ flaueat, vt au ati ſcrobium margines viuo ſulphure rutilent, vt nigro exhalante fumo cœlum obducatur. audire eſt, vt ſcrobium aliæ velut ingentis crepitu flammæ ſtrepãt, aliæ ferueant ebulliẽte aquâ; vt pede pulsata humus reboet. Crederes ſupra Tartareæ domus tectum te conſiſtere, quo rupto mox infera omnis turba detegenda ſit. Non ego quidem probauerim opinionem tuam, nec reiecerim, vt ex toto vanam; ſcriptores non deſunt, qui exiſtiment hoc loco mortuorum mentes, quæ maculis non penitus careant, purgari ac cruciari: ſæpè gemitus exauditos fuiſſe, & ignotas hominum auiúmque viſas ſpecies. Dominicâ præſertim die, vt Petrus Damianus narrat, frequenter videbantur inſidentes rupi cuidam nigræ & horridæ volucres, quæ circa inſequentis diei ortum, cùm teterrimus quidam crocitans coruus apparuiſſet, in aquas ſeſe abiiciebãt, nec totâ deinceps hebdomade

Creditus hic Purgatorij locus. *de quo vid. Capac. in deſcript. Puteol.*

conſpicie

cõſpiciebãtur;Dominico enim die,quia eo ab inferis reuertiſſet Chriſtus, ferias veluti & à cruciatibus requiẽ ſontes illi manes habebant ex Prudencij ſententia. Præterea quòd, cùm æternus ignis ſit, non tamen omnia,in quæ ſæuit,conſumpſerit, indicat certè ab altiori eum cauſſa contineri & diuerſum à noſtro eſſe, cruciando non comburendo aptum. Vt vt eſt, ſin naturales cauſſas lubet exquirere, nec omnibus mortalium rerum miraculis numen inſerere, quod praua interdum religio facit; bitumen ego aſſignauerim diuturnum perpetui ignis pabulum, cùm præſertim cottidianâ experientiâ conſtet è bitumine natos ignes vix aliquâ vi,nec aquæ quidem,poſſe exſtingui; vt de eo, quo Vbiorum vici deflagrârunt, Cornelius Tacitus annalium libro tertio decimo teſtatum reliquit. Hæc iudicio meo cauſſa ignem perpetuum conſeruat: ne exurat verò ac conſumat, illa cohibet, quòd aqua in iiſdem cauernis miſcetur; ab hac frangitur ignis & eneruatur, & quodammodo nutritur. Non ſanè aliam ob cauſſam apud Pighium Cornelius Seuerus Ætnæ incendia perpetua eſſe ſcripſit:

Indagata ignium in his locis perennitas.

Vid. Conimbr. tract. 12. Meteor. Cardan. l. 2. de ſubtil. Xiphil. ap. Dion. l. 35. Auguſt. de Ciu. Dei. l. 21. c. 4. & ibi in comm. viu.

Atque hæc ipſa tamen iam quomdam exſtincta fuiſſent,
Ni furtim aggereret ſecretis callibus humor
Materiam ſiluámque ſuam, preſſóq; canali
Hucilluc ageret ventos, & paſceret igneis.

Eleganter proinde, nec minùs verè de

Puteolan's iſtis montibus Dio ſcripſit diuerſiſſima duo eleméta velut contracta permutatione carentia ſuis qualitatibus quæ hoſtis ſint eás habere: & ignem veluti humidum fluere, aquam veluti

colleq. 22. igneam feruere & comburere. Adſtruit fidé Maiolus, atque *eſt*, inquit, *in Puteolano mõte ſulphureo ignis manãs, qui neque oleo neque cerâ aut quolibet pingui, neque ſulphure quidem accenditur aut augetur, neque aquâ reſtinguitur aut incẽditur; ſtuppam iniectam non adurit; nihil ex eo accẽdi poteſt luminis, imò ac enſum extinguitur, ita vt reliquorũ igniũ naturam abhorrere ille vnus videatur, qui cum ſeipſos communes omnib. faciãt luce & calore, nihil ſibi detrahẽtes & manentes integri: ipſe ille vnus ſeſe reddit incommunicabilem. Sed, vt puto, non ignis, ſed ignita potiùs aqua eſt.* Vt taceam autẽ hodierna experimenta, nuper Germani cuiuſdã calamitate confirmata, qui in eiuſmodi aquâ refertã ſcrobem incidit & momento exeſis carnibus periit; iam olim Pauſanias ſcripſit tubos plumbeos, per quos ea fluebat, cõſumptos igneâ eius vi fuiſſe. Nec ego vltrà patiens æſtus, quẽ à ſole ſurgere ſulphureum ſentio, excedo foro tuo, Vulcane, & Puteolos, eo

Amphitheatrum. non prorſus recto itinere; diuertendum enim eſt ad aliqua. Primò ad Amphitheatrum, quod paullulum extra viam ſpectatur ſat integrum, figuræ ouatæ, conſtructum è ſaxis quadratis dicatumque numini Vulcani, quod

in

in hac regione haut dubiè potentiſſimum eſt. Circumcirca ſubterraneæ complures cellę viſuntur adeo confuſis inter ſe oſtiis, vt Labyrinthi ſpeciem referant. Capaccius exiſtimat aquam inibi receptam fuiſſe, quæ ſpectatoribus vſui eſſet. Cauea Amphitheatri longa eſt pedes CLXXII. lata LXXVIII. In hoc ſpatio D. Ianuarius Puteolanorum Epiſcopus cum ſociis expoſitus beſtiis, nec læſus fuit. obſtupuere ſpectatores viſu numquam antea viſæ rei, nec pauciores quinque millibus prædicatam à Diuo teſtatamque adeo inſigni miraculo religionem accepere. neque eo minùs auſi ſunt, quod feræ non audebant, ſcilicet omnibus beſtiis truculentiores impij homines ſæuire in Diuum; potuit humana dextera, quod belluini dentes non potuere, eripere vitam Sanctiſſimo præſuli, quam reſciſſo à ceruice capite profudit propter Amphitheatrum. vbi poſtmodum Chriſtiani templum honori eius erexerunt ac dedicarunt. Pone Amphitheatrum, loco, quem *Piſaturum* nominant, Dianæ ædis ruinæ apparent: vlteriùs prope D. Franciſci templum ædis Neptuni tutelaris Puteolanorum dei. Porticum Neptuni fuiſſe his in terris Cicero indicat: de templo non exprimit, & ſunt, qui prorſus negēt, hoc quod vulgò Neptuni creditur, Hadriani Imperatoris ſeu templum ſeu ſepulchrum fuiſſe affirmantes. Pighius Hadriani templum haut procul Amphitheatro

Add. Leand. Albert.

D. Ianuarius illæſus à feris.

cæſus ab hominibus.

Templū S. Ianuarij.

Marchio Threnic. ant. Puteol.

Rudera templi Dianæ aut Hadriani Neptuni.

Templū S. Franciſci.

l. 4. Acad. 44.

tro vicina rudera ſteriſſe. addit ſuperioribus annis reperta ibi loci fuiſſe elogia Hadriani, Traiani, Neruæ Cæſarum; quod ſi ita eſt, patiar ego quoque adduci me, vt credam Hadriani potiùs quàm Dianæ, ædem circa Amphitheatrum ſitam fuiſſe.

Fons aquæ dulcis in ſalſa.

Nec verò prætermittendum eſt, quod idē ſpectaculorum Italiæ iucundiſſimus ſcriptor obſeruauit; fluere ſcilicet ipſo in mari ſecus Campanam viam dulcis aquæ fōtem, ſcatebrámque eius, vbi tranquillū ſteterit æquor, in fundo ex arenis emicare, & cerni perſpicuè ſumma cum voluptate.

Mons Barbarus, olim Gaurus. Mons Nouus.

Hinc montem Barbarum, & qui vlterior eſt, nomine reque Nouū ſpectare poteris, etiam aſcendere, ſi volueris. ego non auſim, Puteolos enim quamprimùm ire decretum eſt, qui me deuij montes diuerterent, multùm à recta via. Vt ſcias tamen, quæ de iis tradita litterarū monumentis ſciri queunt, Barbarum montem veteres Gaurum dixere, fertilem feracemque optimi vini, & Flori ætate, vt teſtatur, bis annuè vitibus amictū. poſtea cùm vuas non ferret, certè non reſponderet cultorum labori, indignati homines & à cultura ſterilis ſoli auerſi Barbarū vocare cœperunt, ſcilicet grauiſſimo omniū conuitio. Alteri monti quod imponerent nomen, non habuerunt, niſi quod res ipſa ſuggeſſit; quia enim ipſorū ætate ortus fuerat, Nouū nominarūt. Dignū eſt principium, quòd audiatur. Anno MDXXXVIII. cū precedentes duos annos, vehemētiſſimè autē viginti

l. 1 c 16. aliter tamen alia exemplaria. Legendi Capac. Leand. Alb. Simon Portile Neap. P. Iacobus Toletan. Hier. Borgia. M. Ant. Falco.

ti dies ante Kal. Octob. terra mouiſſet, & iumentorũ tectorumque latiſſima ſtrages edita eſſet, trepidi incolæ vix fuga ſibi cõſuluiſſent, Puteolorũ vniuerſam regionẽ tumultus, pauor, vaſtitas occupaſſent; etiã longè diſſiti partim fama accipiẽtes, quas clades terræmotus intuliſſet, partim audientes ipſi fremitũ inquietæ terræ & cadentium tectorum fragorem metuerent, ne eadem mox mala in ſe ingruerent, omnes vt in ſuomet periculo arrectis auribus ſtarent: pridie Kal. Octob. circa primã noctis vigiliam adeo horrendo cum crepitu diſrupta tellus fuit, vt diſſilire mundi machinam omnes crederent, & velut in communi funere conclamarent. Ita cum terra hiaret, flammæ primùm, mox immania ſaxa eiici è profunda voragine cœperunt; mixtus cinis paſſim ſpargi, & vt ne quid malorum deeſſet, coorto ſub idem tempus vento rapi non Neapolim modò, ſed ad S Seuerinum vſque quattuor & viginti millibus paſſuum vltra Neapolim ſitum opidum. Maxima pumicum cinerúmque vis circum ipſam voraginem congeſta fuit, & in cumulum altum amplius M.P. excreuit. qua mole obſtructus quidem terræ hiatus fuit, in ſummo tamen cacumine relicta voraginis ſigna cõſpiciuntur: crater ſcilicet depreſſus plures paſſus, amplius quinquaginta, ſed ita in anguſtum cogitur, vt in imo exigui ſpatij area relinquatur limpida aqua, ceterùm ſulphurea manans. Iſtam cineris pumi

Montis Noui ſeu Cinerei ortus.

pumicúmque adeo vaſtam congeriem, cùm deſæuiiſſet terra, poſito metu reuerſi incolæ *Montem Nouum* appellarunt. Nec iniuria regionem circumcirca Nouam potuiſſent dicere, adeo immutata facies eius, & vbi campi fuerant, montes deſedére in valles. gemini lacus Auernus Lucrinúſque ſaxis ac cineribus repleti; mare ipſum dimotum loco ſuo fuit, & circiter CC. paſſus retractum aperuit primùm terras, quas omnibus antè ſæculis ſuperfuſum texerat. Eius ſpatij maximam partem Petrus Toletanus Neapolis prorex occupauit, excoluitque egregium in modum de manubiis Africanis Garciæ filij, & peregrinis arboribus conſeuit, quarum adſpectu nihil iucũdius. Verùm ex omnibus maximè placebat auratorum pomorum incredibilis copia, quibus fulget tanquam inauratus hortus. Imminent ei rudera quædam, quam Ciceronis illam porticu & nemore celebratam Academiam fuiſſe plurimi cenſent: at certè Plinius litori ſuperſtetiſſe ſcribit, vnde hac tempeſtate multum diſtat. Dixi quæ mutati ſitus remotíque longiùs maris fuerit cauſſa: verùm errare eos manifeſtum fit, qui à tergo Barbari montis illam locant, tanto interuallo, vt pertigiſſe eò mare nec veriſimile quidem ſit. At certè, vt dixi, Plinius litori ſuperſtetiſſe ſcribit, mortuoque Cicerone erupiſſe fontes aquæ non nihil calentis, oculis ſaluberrimæ.

Horti Toletani.

Academia, quæ & Puteolanum Ciceronis. *l. 31. c. 2.*

In hac Ciceronis villa fontes calidi perquam ſalubres oculis;

Nimirum

Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cùm patefecit ope:
Vt quoniam totum legitur ſine fine per orbem,
Sint plures, oculis quæ medeantur aquæ;

Cecinit Laurea Tullius apud eumdem Plinium, qui Ciceronianas thermas, vſitato ſcilicet ſua tempeſtate nomine appellauit: ſed inferior ætas mutauit indiditque Prati nomen à campeſtri, vt arbitror, ſitu. Scaturiunt verò, teſte Pighio, in ſubterranea cauerna circa Montis radices, atque interdiu ſemel, noctu cum Lunæ exortu occaſuque marini inſtar fluxus & refluxus influunt in balnei lacum, qui cùm repletus exundare incipit, aquarum pars ad fontem ſuum reuertitur, pars riuuli in modum calens fumanſque ad mare delabitur. At Lombardus miraculi hoc Trituli lauacro adſcribit, Prati aquas nullo quidem eiuſmodi fluxu admirabiles, ophthalmiis tamen viſcerúmque cruciatibus & multis præterea morbis auxiliari teſtatur. Vulgus hoc loco gigantes neſcio quos fingit, in quos erudito epigrammate Pomponius Lætus luſit. apparent quidem ingentia oſſa, quæ ſi hominum, haut dubiè gigantum fuere, adeo iuſtam magnitudinem excedunt. Sed habeo auctores, qui balænæ cuiuſdam reliquias

quæ hodie aquæ Prati vulgo.

de baln. Puteol c. 22. & 48.

Oſſa gigantum.

quias

quias eſſe cenſent: Bozius verò Læſtrygonum oſſa facit, qui homines non mole corporis magis, quàm factis immanes, vetuſtiſſimis temporibus regionem iſtam habitaſſe memorantur. Redeo ad Montem Nouum ſeu Cinereum, quem ortu ſuo immutaſſe faciem regionis huius plurimùm ſcripſi antea, vicinos geminos lacus Lucrinum & Auernum, cinerum, pumicumque ac ſaxorum glomerata grandine refertos: huicque cauſſæ fermè adſcribi, quòd Auerni illa à veteribus iactata immenſa profunditas tantum decreuerit, monebo inferiùs. Illud enim verò mirandum magis & miraculi prope fidem exſuperat, quòd Lucrinus lacus totus è medio ſublatus, neque veſtigium quidē eius reliquum ſit præter exiguam humilémque paludem. Et tamen quantus hic lacus? extenſus adusque Baias & Auernum verſus retractus in latitudinē quingentorum paſſuum, interclusus à mari Herculis opere, qui, vt eſt apud Diodorū à Phlegræis campis ac mare degreſſus opera quædam circa Auernum lacum ſtruxit; nam cùm lacus in mare ſe expanderet, obiecto aggere eum coërcuit, viamque iuxta mare exſtruxit, quæ Herculea dicta aut Herculanea, Lucrinum lacum à mari diremit; quod Silius præter alios tradidit. Via hæc ſeu agger Lucrino præſtructus longus fuit ſtadia VIII. latitudine tanta, quanta lati currus orbitam caperet, vt Strabo teſtis eſt. Lacus ipſe ſuper amplitu

de ſtatu Ital. l. 1. c. 3.

Palus reliqua de Lucrino lacu.

l. 4.

Via Herculea.

l. 11.

l. 5.

amplitudinem ea profunditate, vt claſſem totam facilè reciperet. Itaque M. Agrippa rei nauali ab Auguſto præfectus id interſtitium, ait Dio, quo Lucrinus à mari diſtimitur, perfodit, effecitque portum nauium ſtationi opportuniſſimum; qui Iulius Portus appellatus, clauſus ac munitus ingentibus molibus, quarum reliquiæ ſub Nouo Monte, qua mari imminet, hauſtæ vndis alicubi ſpectari queunt. Hæc ferme in iſta Puteolani ſinus ora habui, quæ indicarem, prius quàm de Puteolis dicerem. Nunc ipſos ſumo: ac nomina primùm, quæ antiquitus varia fuerunt; deinde ſitum ipſum quoque varium explico.

l. 48. Portus Iulius.

Puteoli.

Iam olim Puteoli dicebantur; quod nomen ad noſtram vſque ætatem Latini ſcriptores retinuerunt. Itala plebs aut *Pozzuolo* aut *Puzzuolo* vocant. priori nomine puteorum multitudo: poſteriori putor fœtentis ſulphure regionis notatur. Certum eſt, teſtatúrque Strabo Latinos quoque alteram harum cauſſarum mouiſſe, vt Puteolos dicerent, antiquatis vetuſtioribus nominibus, quæ Græci quondam ea loca incolentes impoſuerunt, vocaruntque aut Dicæarchidem, aut Dicæarchiam, aut eliſa diphthongo Dicarchjam à reip. illius iuſtiſſima forma. Nonnulli Dicæám nominarunt à Dicæo Herculis vel Neptuni filio opidi conditore. Vtvt Dicæus aliquis aut Dicarchus nomen loco fecerit, non certè condidit: ſed, quod Stephanus, Euſebius aliique grauiſſi

Italici hodierni nominis originatio.

l. 5. & Feſtus ac Varro l. 4. de ling. lat.

Ita Feſtus.

Vrbis initia & incrementa, *Euſeb. l. 2. Chron.*

grauiſſimi auctores memorant, vel Samij, vel Iones cœperunt exſtruere Tarquinio Superbo regnante, poſtea Tyrrheni miſſis colonis amplificare, vt Pauſanias narrat: tum Cumani frequentare, quorum emporium & celebre quidem aut nauale fuiſſe legimus apud Feſtum atque Strabonem. denique Romani ad eam amplitudinem & magnificentiam extulerunt Coloniam ſuam, vt ad Atticum ſcribens Cicero puſillam Romam appellet: Lucilius Delon minorem, vt non nemini placet; à frequentia negotiatorum *. Ambitus fuit quattuor millium ferme paſſuum, & comprehenſa corpore ciuitatis erant mediterranea verſus Neptuni templum, de quo ſuprà dictum eſt: ſecundum maris oram verò porrigebatur eatenus, vt quæ in promontorij (cui Puteoli incumbunt) flexu Neapolim verſus rudera ſpectantur, intra vrbem fuerint, aut tabernæ, aut officinæ, licet vulgus credat piſcinas fuiſſe, vel voluptuarias ædes. Ceterùm qui fines antiquæ vrbis ſcire exactiùs cupit, legat primum caput libelli, quem de Puteolanis antiquitatibus edidit Ferrans Lofredus Marchio Treuicinus. Mihi noua dumtaxat aut vetera, quatenus exſtant, ſcribere propoſitum eſt: interdum, ſed parcè, vetuſtiſſima iamque annis & ruinis ſepulta inſerere, maximè cùm ſalubre documentum præbent rerum humanarum, quàm fluxæ ſint, quàm caducæ; quàm vana eorum ſtudia fuerint,

[Margin: itemque vetus frequentia.]

[Margin: * *Alexandrinorum imprimis. de quibus Strabo l. 17. Seneca epiſt. 77. Sueton. in Auguſt. cap. 98.*]

[Margin: & amplitudo.]

rint, qui ex mortalibus operibus immortalem gloriam quæſiuerunt. Magnus horum numerus eſt, & paſſim exſtant inſaniæ eorum monimenta: ſed certè nullis inferior, ſuperior quàm plurimis eſt ille, cuius opus Puteoli exhibent. Ille ad malè perdendas res natus homo cœpit à Puteolis Baias vſque per medium maris ſinum, vbi in latitudinem patet ter mille & ſexcentos paſſus; lapideum pontem exſtruere, & iam quinque ac viginti perfectis pilis (quæ ſingulæ erant latæ pedes LX. altæ non minùs L. diſſitæ ab ſe inuicem interuallo pedum CLXX.) magnum maris ſpatium conſtrauerat, cùm neſcio qui caſus deſiſtere incepto eum coëgit. Verum enim verò poſtea extitit protentoſi operis imitator C. Caligula, portentum generis humani, & minori quidem conatu, magno attamen auſo onerariis nauibus inter ſe colligatis inſperſaque arena conſtratis Pontem per idem maris ſpatium, qùod Dio XXIV. ſtadiorum aut paſſuum trium millium quingentorum facit, Baias vſque perduxit; tum velut de ſubiugato ad Xerxis imitationem mari triumphans toto biduo tranſcurrit: *primo die*, ait Suetonius, *phalerato equo, inſignis quoque quercea corona & cetra & gladio aureaque chlamyde: poſtridie quadrigario habitu, curriculo biiugi famoſorum equorum præ ſe ferens Darium puerum ex Parthorum obſidibus, comitante*

Pilæ pôti ferendo, an portui muniendo comparatæ.

Pons Caligulæ.

In vita eius, & Sex. Aur. Victor. Ioſeph. l. 19. antiq. c. 1. plenè Dio l. 59.

de eo Vitruuius, Strabo, & hæc Plinius: *Quis.* inquit, *ſatis miretur peſſimam eius partem ideoque puluerem appellatum in Puteolanis collibus opponi maris fluctibus, merſumque protinus fieri lapidem vnum inexpugnabilem vndis, & fortiorem cottidie, vtique ſi Cumano miſceatur cæmento*; aduſtus enim eſt, & calidis feruentis ſub terra aquæ ſulphuríſque ac bituminis vaporibus ſiccàtus, calcis inſtar humorem tenaciſſimè apprehendit. Terreſtrium ædificiorum, vtvt è Puteolano compacta puluere fuerint, nequaquam eadem firmitas fuit: vetera omnia præter aliqua rudera in puluerem redacta, opidúmque adeo quomdam frequens & magnam circumcirca partem ſoli amplexum, in modici collis ſupercilio exiguum iacet, recentis ſtructuræ; vtpote deletis iniuria temporum vetuſtis ædificiis. Exſtat tamen templum è vaſtiſſimis marmoribus adeo ſolida compage conſtructum, vt ex vnico ſaxo exciſum eſſe aliquammulti quomdam crediderint. nuper ab incendio & terræmotu ſoluta aliquot locis compages, nec non dextri tympani ruina, ſtructile eſſe oſtendit. *L. Cocceius. L. C. Poſtuml. L. Auctus. Architectus* fuit, vt in pariete legitur: cui verò ſacrum fuerit, frontis faſtigio inſculptus iſte titulus docet: *L. Capurnius L.F.* * *Templum. Auguſto. Cum. Ornamentis.*

l. 2. *Strabo l.* 5. *Plin. l.* 35 *c.* 13. *Seneca* 3. *quæſt. nat. c.* 20. *Cæl. Rhodig.* 16. *antiq. lect. Maiol. colloq.* 18.

Templũ Auguſti Puteolis.

* *Filius L. Piſonis eius, quem Ciceronis inuectiua petit.*

mentis.D. D. Itaque falſi ſunt, qui Ioui dedicatum fuiſſe putarunt. Hoc deinde Chriſtiani expiatum luſtratumque honori D. Proculi Puteolani Martyris conſecrarunt. Exſtat etiam Herculea opidi porta cum huiuſmodi inſcriptione: *D. D. N. N. Imp. Cæſ. Traianus. P. P. Inuictus. Aug. Muris. Curionenſibus. Ædificiis. Prouidentia ſua Inſtitutis atq. Erectis Portam. Puteolanorum Herculeam. vocari iuſſit.* Dignum relatu, at dignius multò imitatu eſt, quod Ioannes Franciſcus Lombardus ſcripſit, Puteolanas mulieres Romanarum veterum exemplo vinum non bibere, quæque biberint, infames & impudicas haberi. Mira profectò abſtinentia, eoque magis, quòd ceteris in regionibus atque circa Puteolos feminæ vulgò merum largè admòdum pitiſſant. Dixi, quæ Puteolis, & in citeriori ſinus Puteolani ora maximè digna ſpectatu ſunt: reſtat vlterior, in qua Baiæ ſitæ; amœniſſima olim, ideoque principum Romanorum ſedes, admirandis vt tunc operibus, ita nunc ruderibus oppleta. Ea ego narraturus rectiſſimè fecero, ſi à Miſeno promontorio ſumpto initio, deinceps interiorem regionem, peninſulæ inſtar à tribus lateribus circumfuſam mari, perluſtrauero, & monuero, vt quæque occurrent. Miſenum promontorium, vt Virgilius, Seruius, Mela, Solinus

iam S. Proculo ſacrum. Porta Herculea.

de baln. Puteol. c. 15. de Romanarum abſtinentia. Plin. l. 14. c. 15. Val. Max. l. 2. cap. 1. Agel. l. 10. c. 23. Tiraquel. l. connub. 9. n. 155.

Miſenum promontorium.

Solinus ac præterea multi tradunt, à Miſeno Ænea tubicine ibi humato, aſt ad Auernum immolato nomen habuit:inſignis olim vrbs,ſi Scipioni Mazellę credere fas eſt. Quidni verò fas ſit?cùm Miſenos opidum maritimum diſertè nominet Ioſephus: frequentiam verò eius teſtentur rudera Theatri iuxtà exſtantia; & quòd ex Romanis ſcriptoribus pluriinis clarum fit inſignem ſub Miſeno portum fuiſſe in quo claſſis ab Auguſto locata ad tutelam inferi maris, ſicut altera ad præſidium ſuperi ab eodem habita Rauennæ,maximo vtraque militũ nautarúmq; numero. Miſenus mons cauernoſus,& ſpecubus fornicibúſque refertus eſt ac velut ſuſpenſus,haut dubiè ab humana manu,forſan Lucullo auctore,cuius æſtiua villa, vt exſtantia veſtigia præter ſcriptores indicant; Miſenum propè totum occupaſſe videtur. Luculli altera villa & piſcina celebratiſſima fuit Puteolos inter ac Neapolim,de qua antea nobis mentio:neq; eò minùs fuit & iſta, poſita in Miſeni ſummo culmine, quo loco iã ſpecula conſpicitur, ob ſitus elegantiam ferme expetita à principibus Romanis. Tacitus de Tiberio: *Mutatis ſæpiùs locis tandem ad promontorium Miſeni conſedit, in villa,cui L. Lucullus quomdam dominus.* Non dominum modò villæ huius, ſed & conditorem Lucullum Phœdrus facit.

Cæſar Tiberius cùm petens Neapolim
In Miſenenſem villam veniſſet ſuam,

[Margin notes: *Æneid.6. vbi Ser. Mela.l.2. c.4. Solin. c.8. Propert.l.3. eleg.17. Stat. l.3. car.1. Sili.l.12. lib.de Puteol. & Cum. l.19. ant. Iud.c.1.* — Theatrũ. — Portus Miſenus. — *Sueton in Aug.c. 48.Tacit. 4.annal. Veget.l.4. lib.de Puteol & Cũ.* — Villa Luculli in Miſeno. — Situs villæ Luculli. — *l.6.annal.* — *l.2.fab. 36.*]

Quæ monte ſummo poſita Luculli manu,
Proſpectat Siculum & proſpicit Tuſcum
mare.

Inter ruinas Miſeni maximè integra eſt Cypra, quam Trachonariam vocant à trachonibus, id eſt meatibus ac ſubterraneis cuniculis; vbi loci aliquot fornicatæ cellæ conſpiciuntur, in quibus ad Miſenatis claſſis vſum, receptam fuiſſe aquam exiſtimant. Nec deſunt tamen, qui eaſdem putent reliquias eſſe piſcinæ Neronianæ: Nero enim, teſte Suetonio, quò Baianæ calidæ aquæ corriuarentur, piſcinam contectàm concluſámque porticibus à Miſeno ad Auernum inchoauit. Sed hoſpes vbi formam ſtructurámque loci conſiderauerit, haut dubito, in priorem ſententiam pedibus ibit: aquarij enim caſtelli figuram ſanè egregiam habet, piſcinæ nòn item. Plura de cameris iſtis ſiue ciſternis Leander Albertus in illuſtrata ſua Italia: & Pighius faciem earum ſatis deſcripſit: medium ſcilicet ſpatium inter duos parietes patere in longum pedes CC. in latum pedes XVIII. & vtroque in latere medij tranſitus quatuor oſtia præbere aditum in cellas amplas quáternas, quarum teſtudines decuſſatim fornicibus iunctæ intermediis parietibus inſiſtant: intus omnia denſo tectorio tunicata: collapſas verò quaſdam teſtudines obſtruxiſſe vias & oſtia, eò latitudinem ac longitudinem ædificij totius ignorari, altitudinem videri pedum ampliùs

Crypta trachonaria.

olim aquarum receptaculum.

c. 31.

deſcripta forma harum ciſternarum.

amplius XXV. Ceterùm à Miſeni promontorij iugo degreſſus viator, legénsque porrò maris oram reperiet ſtagnum anguſtis faucibus mare accipiens; ideoq; non ventis agitatum, neque marinis procellis turbatum, quia perpetuò immotum ſtat, *Mare Mortuum* appellatur; vaſtis quomdã operibus à Iulio Cæſare circummunitum. vnde Iulij Portus nomen accepit, vt quidem Lombardus autumat, qui Horatij hæc, *Regis opus ſteriliſque diu palus aptáque remis*, de Mortuo Mari intelligit. Propè abſunt Centum cellæ, ſiue vt vulgari nomine vtar, *camerellæ*, infra terram depreſſæ oppletæque ruinis maximam partem: noſcitantur attamen portulæ in ſingulis, & ſpiracula in fornices inciſæ: illæ, vt autumat Pighius, ſeruorũ gratia factæ, quò nimirũ egeſturi aquarum fæcem ex vna in aliam cellã tranſire poſſent: hæc demittendis fiſtulis & exhauriẽdis ad varios vſus aquis comparatæ fuerunt. Ab his C ciſternis non ita magno diſtat interuallo Piſcina, quam Mirabilem vocant: efficítque ratio operis, vt tanto nomine, inter tot alia ſpectacula & miracula tam naturæ, quàm artis humanæ, ipſa potiſſimùm digna videatur. *Conſtat*, inquit Capaccius, *Concameratione pilis XLVIII. innixa, pedes ternos vndique craſſis, quæ quattuor ordinibus numero quaternario diſtributæ ſymmetriam quintuplicis porticus per elegãtem longitudinẽ efficiũt. lõga eſt paſſus CCL. lata CLX. lateritia ac ſolida*

Mare mortuũ.

De Porto Iulio ſuprà.

De laln. Puteol. c. 58.

de arte Poet.

Centum cellæ.

Piſcina mirabilis.

cuius ſpecies. relata ex Capaccio.

ſtructurâ, craſſo muro, parietibus diligentiſſimo tectorio veſtitis, foramina in teſtudine, vnde hauriebantur aquæ. per ſcalas lapideas ex duobus lateribus graduum XL. eò deſcendebant, quarum altera hoc tempore obſtructa eſt. pauimentum ſumma induſtria conſtipatum, atque compactum adhuc pluuiales aquas retinet. Pighius ex Leandro Alberto eiuſdem operis ſpeciem edidit his verbis: *Spatio patet ædificium omne inter quattuor extremos parietes in longum pedes D. in latum pedes CCXX. cuius ſuprema concameratio modicum à parietibus ſubuexa pilis XLVIII. quadratis innititur, pedes ternos ab vnoquoque latere craſſis; quæ quattuor ordinibus numero duodenario partita ſymmetriam quintùplicis porticus elegantem per caſtelli longitudinem efficiunt. Totum opus eſt lateritium, ſummæ ſoliditatis propter murorum craſſitudinem magnam: cuius interiores parietes, atque pilæ diligenti tectorio contra percolationes aquarum veſtita ſunt. Atque in teſtudine ſunt item foramina multis in locis, per quæ olim aqua hauriri ſolebat; & ex alto patebat ingreſſus vtrimque tam à fronte, quàm à tergo per ſcalas lapideas graduum XL. quorum alter iam obſtructus eſt. Pauimentum à lateribus altius eſt ad medium porticum vſque, per cuius intercolumnia gradibus quinque deſcenditur vtrimque in aliud inferiùs medio porticus; in cuius fine gradibus rurſum aliquot deſcenditur in humilius aliud quoddam ſolium iuxta ſcalas, & ingreſſum obſtru*

& ampliùs ex Pighio.

obſtructum; in quod olim aquarum ſordes confluxiſſe videntur, quæ per ſcalas exhauſtis aquis denique per caſtellarios ſeruos exportabantur. Pauimentum autem omne ex opere Signino denſo diligentiſſimè conſtipatum atque complanatum eſt: vt nunc etiam temporis aquas facilè contineat, pluuiæ infuſas & in infimo dicto ſolio reſtagnantes. Profectò admirabile opus eſt, cuius tamen ſpeciem ego haut perinde obſtupeſcebam, quàm quòd auctoris nomen præter ſpem non appareret. cogitabam, quæ olim ambitio, quæ cupiditas gloriæ fuiſſet, cùm ſæpè paruis operibus homines ſtuderent nomen ſuum poſteritati commendare: huius adeo eximij & digni immortalitate ædificij conditorem neſciri mirabar; non exſtare titulum aut inſcriptionem, non certum eſſe ſcriptorem, qui nomen prodat. Diuinant quidem aliqui & ex conjecturis colligunt Licinium Lucullum eſſe; non malè, vt arbitror, cùm præſertim Miſenum ferè totum obtinuerit oppleuerítque operibus ſuis, prout ſuperiùs commemoratum eſt. Attamen ne id certò affirmem, alij faciunt, qui Agrippam conſtructo hoc receptaculo collegiſſe aquam in Claſſis vſum ſcribunt; fuerat enim in vicinio Portus, eiuſdem Agrippæ opus, vbi inferi maris cuſtodiam claſſis morabatur, vt antea monui. Simillimum quidem vero eſt in proximo ciſternam fuiſſe, è qua claſſiarij frigidam hauſerint: ſed quid ſi

De conditore operis huius quæſitum.

Tum & de vſu.

non è piſcina, de qua diſputamus, verùm ex Trachonaria crypta & centum cellis item vicinis eam ſumpſerunt? Nec memorantur fabellæ vulgi, quod vatidicam Sibyllam habitaſſe in iis narrat, nullo bonorum ſcriptorum aſſentiēte, imò diſcrepantibus plurimis, qui centum has ſubterráneas ſpecus aquæ conſeruandæ gratiâ haut dubiè ad numeroſæ multitudinis vſum excauatas fuiſſe conſentiunt, quas tute videas apud Capacciū & alios. Lombardus nihilò verius Piſcinam, quam Mirabilem vocant, Neronis illam à Suetonio & nobis ſuprà memoratam eſſe ſcribit: (quin vt nulla in falſis eſt conſtantia) mox ipſe ſibi aduerſus, Luculli domum, non Neronis piſcinam nominat. quæ poſteriora verba vt non diffiteor ad veritatem accedere propiùs, quàm illa priora: ita accedere proximè nego, & negabit, quiſquis ædificium adſpexerit, & Lucullanæ, imò vllius humanæ domus quàm nullam ſpeciem habeat, animaduerterint. Hinc ad mare degreſſus viator Baianum ſinum, & *Veneream*, vt à Martiale vocatur, *litus* attinges: quàm quomdam habitatum, tam deſertum hodie: meritóque fœdiſſima animalia potiuntur loco, quem olim turpiſſimæ vitæ homines frequentarūnt. Nec negò clariſſimos viros Marium, Pompeium, Cæſarem Baiis delectatos fuiſſe: ſed hi longiùs ab hominum fæce, qui in imo luxuriabantur, recedentes villas ſuas

de Baln. Puteol. c.60. c.61.

l. 11 epigr. 81.

Baiarum veteres deliciæ notatæ in vulgo. in principibus viris probatæ.

ſuas ſuperioribus iugis impoſuere, vnde deſpicerent Baiarum delicias. Neque eæ voluptuariæ ædes, ſed, quod militares viros decebat, veluti caſtra quædam fuere, vt Seneca cenſet, & omnis gymnaſia virtutis. Officinæ illæ vitiorum, quas boni ſcriptores damnant, proximè mare erant: ibi lauabant, epulabantur, indulgebant, vno verbo, cuilibet libidinum generi; & quò magis emineret luxus, ſuperbiſſimis ædificiis incluſerunt tepentis aquæ fontes, quæ *Thermæ* vocabantur, noſcitantúrque adhuc temporis è parietinis exſtantibus intimum circa ſinum. Dis attamen, quamquam diuinæ rei nihil gereretur, ædificio tenus honos habebatur. Templis implebant litora, ſcilicet vt dij luxuriæ ſuæ ſpectatores eſſent, quos ſi vindices ſcelerum metuiſſent, nequaquam in adeo profano loco collocaſſent: ablegaſſent procul à conſpectu flagitiorum, quæ alia ſuper alia patrabantur. Venerem tamen non ineptè, ſpurciſſimam deam, deuoti ſcilicet numini ipſius, honore templi affecerunt, quod ſupra Portum nunc quoque conſpicitur. Dianam minùs aptè, inimicam otij & voluptatum aſſuetámque laboribus deam, tamen templo dignati ſunt quod pone Veneris fanum exſtat, cerui & mulli & ſimilium Dianæ conſecratorum animalium ſimulacra retinens. Rotundum illud ædificium, quod *Il. Truglio* vocant, Mercurij aliqui, plures Solis fuiſſe

Ad Lucil. epiſt. 51.

Temp'ũ Veneris.

Dianæ.

Mercurij aut Solis.

ſuſpicantur. Neque ambigo multas alias ſacras profanáſque ædes in Baiano litore fuiſſe: quæ verò quótque fuerint, nec auctor quiſquam tradit, nec ex ruderibus facile colligere eſt; adeò confuſa ſunt, & alicubi neque ipſa quidem exſtant, hauſta aut ſuperaggeſta humo aut mari. quod continentis quantum ſpatium occupauerit, vel ſtrata ſilice via, quæ ſub vitreis vadis vtcumque integra latet, indicabit. Baianum hunc ſinum à Baiis opido nominant vno ore geographi; vt mirer Sanfelicium Campaniam deſcribentem negare opidum Baias fuiſſe, Baianíque ſinus etymon referre potiùs ad Baium Vlyſſis ſocium, qui iſto in litore humatus mari nomen fecerit, vt Miſeno promontorio tubicen ille Troianus. Rectè hoc quidē atque ex teſtimonio Strabonis, qui vtriſque locis à comitibus Vlyſſis, Baio ac Miſeno nata fuiſſe nomina auctor eſt; quod ipſum teſtatur non ſemel Seruius: neque eo minùs verum eſt extitiſſe opidum Baias, impoſitum ipſi litori. ita enim idem Strabo: *Miſenum vbi circumflexeris, ſub ipſo ſtatim promontorio portus eſt: & poſt hunc litus profunditate immenſa in ſinum reducitur, in quo litore Baiæ ſunt.* Vnde id maritimum opidulum vocauit Ioſephus. De cetero ſpecies loci proh quantum diuerſa eſt ab illo Horatij elogio:

Baiæ olim opidum.

l. 5. Seru. ad Æneid. l. 3. 6. & 9.

18. antiq. c. 14.

Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis.

Iam

Iam nec amœnæ ſunt, nec vel ad agri ſpeciem excultæ. ſolitudo mera, vepres & dumi, ſerpentum ſtabula, hominem vix videas in toto litore, & olim quæ turba? niſi quod ſupra Portum impoſitam iugo arcem pauculi milites præſidio obtinent. Vere etiam confluit multitudo haud parua. quid? vt luxurietúrne veterum exemplo? neutiquam; miſelli non delicias, non voluptates cogitant: ſanitatem quærunt & ſperant aut ab aquis, quæ non in ſpecubus modò, ſed aperti adeò pelagi vadis calent: aut ab hypocauſtis, quæ in imminentibus æquori tumulis exciſa igneo halitu feruent, eliciúntq; noxios è corporibus humores. Verè Plinius, *Nuſquam largius*, ſcripſit, *quam in Baiano ſinu emicant benignæ aquæ pluribus auxiliandi generibus, aliæ ſulphuris, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnullæ etiam acida ſalsáve mixtura; vapore quoque ipſo aliquæ proſunt: tantaque eis eſt vis, vt balneas calefaciant, ac frigidam etiam in ſoliis feruere cogant. Obſonia quoque percoquunt. Iam generatim neruis proſunt, pedibuſve aut coxendicibus, aliæ luxatis fractiſvè; inaniunt aluos, ſanant vlcera, capiti auribus præſertim medentur, atque oculis Ciceronianæ.* Verè Plinius, & experiuntur noſtra ætate ægri, quòd nihil naturâ mutârit. De calore aquarum, de vapore æſtuoſo quæ ſcripſit, teſtor expertus ego veriſſima eſſe. Atque vt hodie locorum natura eſt, cæteras in-

Arx Baiarum.

Baiæ hodie ab ægris frequentatæ.

Hinc Stati. 5. Sil. 3. *qua mediis altè permiſſus anhelat Ignis aquis*. l. 31. c. 2. *lege de Baiarum commodis & deliciis* Caſſiod. l. 9. epiſt. 6. *de vitiis*. Senec. epiſt. 51.

ter thermas præſtare arbitror illas, quæ Tritulæ vocantur, tum virium magnitudine, tum vehementia caloris, qui è ſolo exhalat adeo impetuoſus, vt propè ſpiritum intercludat. Luſit pridem hoc de loco noſtras Poëta, quæ digna arbitror, vt inter ſeria memorentur:

Triulzæ thermæ.

Georg. Fabric. in 2. it. Rom.

In tria, diuiſus ſpecus eſt, ceu brachia, quorum
Sub hitreos extrema tenent fumantia fontes,
Soľis inac eſſos radiis ſub rupe cauata.
Ingreſſu via longa patet, cinis impedit albus.
Atque calens media gradientes agmine foſſa.
Ingrediendo caue tollas caput; arduus vndam
Fumus agit, totóque fluunt de corpore riui.
Viſceribúſque trahens animam vapor æſtuat intus.
Sin ſubmiſſus eas, & cautè lumina ſerues
(Nam ſine luminibus nulli eſt intrare poteſtas)
Victor eris. nimium ſed non tentare ſiniſtram
Dira tibi mens ſit, necat intus flammeus aër.
Profuit & nulli in tacitis hæſiſſe latebris.

Triculanarum amplior deſcriptio.

Faciem loci huius Ioannes Franciſcus Lombardus incompoſitè quidem, ſed graphicè ſatis deſcripſit: eſſe ſcilicet inſtãtem æquori rupem Tritulinam nomine, cauã circa radices, atque in cellæ modũ fornicato opere ſuſpenſam; hic manare aquam ſemel interdiu, ſemel noctu,

vt Luna oriatur occidatque; feruere autē & fumare, & placido fluxu ſcrobi cuipiam illabi, quam cùm repleuerit, pergere porrò ad mare, partem verò ad fontem, vnde profluxerat, relabi. At in rupis faſtigio cryptam multis gradibus adeundam patere in longitudinem aliquot paſſus, latam pauculos pedes, ſuauiter fragrare: quam qui recti iniuerint, multo confeſtim ſudore manent: qui proni, ſubito frigore perfundantur. progreſſis paullulum occurrere depreſſo loco fontē puriſſimæ calidæque adeo aquæ, vt tangi vix queat. detroiſum lapidem de rupe delapſum Caballum nominari. iuxta oſtium, cryptæ foueam amplam ac profundā cōſpici. Nec procul diſtare alteram cryptam intolerabili æſtu feruentem, vtpote cùm ſurſum tendentes flammæ faces aut exſtinguant aut liquefaciant, hominéſque vertigine obrutos in terram proſternant. Itaque cryptam hanc haut temerè ineundam: illam vapore minùs impetuoſo calentem, capiti ac ſtomacho valde conducere, aque aduerſus hydropiſin, podagram, rheumata phlegmatáque eſſe efficacem. Hæc ferme Lombardus. At ego non poſſum certè, quin nomina viréſque balneorum, quæ cis tranſque Puteolanū ſinum reperiuntur, edam: nec verò omniū, eſſe enim integri libri materies, qualem ſuper iis Capaccius & ſæpius nominati, Ioannes Elyſius Neapolitanus, Matthæus Plantino Salernitanus, Euſtaſius

Materenſis & Alcadinus Siculus compoſuere,ſed præcipuorum dumtaxat. Atque vt inde à Pauſilypo ordiar, propter radices eius,quas ad mare iacit, primã ſe offert Cryptę ſeu Triptę dictum;mox Iuncariæ, cui iuncorum ibi enaſcentium copia nomen fecit. Tum ſub Olibano monte lauacrum Plagæ, maximis præditum viribus; nam & caput ſtomachúmque ac membra corroborat, & oculorum aciem caligine offuſcatam exacuit, & febrium nutrimenta conſumit. itaque ciues Neapolitani haut fermè alio lauacro frequentiùs vtuntur. Olibanus, qui imminet, ſiliceus eſt; vnde Caligulam, qui Italiæ vias ſtrauit, materiem ſumpſiſſe autumant. Ad marginem littoris illius aqua manat eliciendo calculo apta,idcirco *Petraam* vocant:aliam *Subſidium hominum* indigitant,tantæ eſt vtilitatis. Addo ſub Olibano aliam, quam Puteolani Epiſcopi hortus cõplectitur. fœtentis ea ſpiritûs;nec inter ſalutares annumerãda, quandoquidem flante Auſtro prohibita exhalare enecat mortales: opinioque eſt mortiferæ lymphæ mortuorum aſſidere manes, hoc gemere & eiulare, vt haut rarò ab accolis exaudiantur. Sequitur Calcatura è rupe defluens liquor. malim ego *Calaturam* dicere in gratiam Italici verbi *Calare*, quod deſcenſum ſignificat. vtilis eſt: vti & illa, quæ circa ſanctæ Anaſtaſiæ ædem ſub litoris arena ſcaturit aqua. Alia velut è cantharo

Catalogus aquarum medicarum maximè excellentum in Puteolana regione.

pro

promanat, ideóque *Cantarella* nuncupatur,potentiſſima quomdam, at fracta nuper violentia incendij, quo Tripergulæ deflagrarunt. Fontana aqua vulgò Forma ſoporifera eſt, & aluo molliendæ renibúſque defœcandis apta. Oculis ſummè ſalutaris illa, quam Luciæ vocant, quia viſus curam Diua hæc gerat, cæcíſque & oculorum ſenſu minùs rectè vtentibus opitulari ſoleat. Illum oculis perinde ſalubrem fontem, qui in Ciceronis Academia mortuo ipſo exortus fuit, non repeto: hos nomine tenus indico, SS. Nicolai, Georgij, Crucis, Mariæ, ſeu Arculi, Arcus, Culinæ, Scrophæ, & Ferri, & Palūbariās aquas à palūbibus iuxta nidificātibus, & Feniculi à feniculorum cirūcquaque enaſcentiū copia, & Rainerij à Rainerio quodā inuentore appellatas, phlegmati viſuíque ac ſtomacho plurimum conferentes; Bracculas item abditas infra terram, quæ rauim pellunt vocémque ſonoram reddunt; Speluncæ etiam, quæ in ſpelunca fluunt, hydropicis podagricíſque ſalutares, Subcellariæ infra Sibyllæ domum demerſæ ex re nomen accepere; quas qui biberit, iuſculum elixi caponis guſtaſſe ſe putare queat, dulces enim limpidæque ſunt, pulmoni iecoríque ac ſpleni, nec non ſtomacho & veſicæ leuandæ apprime vtiles: febrium æſtus tuſſiúmque moleſtias abigunt, & corpori affuſæ ſcabiem turpéſque oris labeculas emaculant. Siluianæ Auernum Baiáſque

inter

inter à Siluia dea, vt fabulatur, repertæ, præſens aduerſus muliebres morbos remedium: quale Gibboroſæ etiam præſtant. Pugilli fons in Baiarum litore conſtringit ventrem, capitis ac ſplenis ægritudines, hydropiſin quoque & frigidas febres curat; Petrolli contra morphæam
l. 31. leprámque efficax eſt. Solis & Lunæ balneolum, ſeu Licinij Craſſi olim fuit à Plinio memoratum, mari adiacet, pollétque plurimùm; extrahit quippe infixa ſpicula magnetis virtute, quo & ſulphure mixtam eſſe aquam arbitrantur. Idipſum præſtant Fati atque Epiſcopi (ſic vocantur) aquæ eamdem ob cauſſam, vt credere libet; tum & podagræ tormenta leniunt. Araxi fontes cerebri oculorúmque doloribus medentur. Sudatoria bulla horribili loco exhalans caput purgat, viſum acuit: hepatis, ſplenis & inguinum morbos curat. Paucis, quot ægritudinum generibus natura mortales vexat, tot liberat aquarum remediis in Puteolano tractu, ſi vſquam in orbe terrarum, habitans Æſculapius. qua de re videantur Capaccius & Lombardus, quos ſuprà citaui. Ferunt & adſentit Capaccius quomdam omnibus hiſce medicatis fontibus affixas fuiſſe ſchedulas, quæ virtutes eorum quaque ratione vſurpandi eſſent, adeo recte indicarent, vt iam vulgus neglectis Medicis confflueret ad aquas modò, & ex ſchedularum præſcripto ſanitatem ſibi ſine impenſa compararet.

Vid. Tyſernus in Not. ad Lombard. de baln. Puteol. c. 48. Io. Villan. l. 1. Chron. Neap.

Quid

Quid Medicos? vt homines lucrum ſuum præponunt publicis commodis, indignatos inquiunt, cùm ſua ſibi ars iam quæſtuoſa non eſſet; atque idcirco Salernitanos quoſdam concenſa cymbula Puteolos tranſmiſiſſe, & ſchedulas omnes detraxiſſe, ne populus *natura gratuita medicinâ* (vt D. Gregorius eleganter hercle appellat) in poſterum vti ſciret. Improbum facinus mox vltorem habuit DEVM, cũ namque repeterent Salernum, quo venerant, nauigio, exarſit repentina tempeſtate pelagus, cymbulamque & vectores vndis oppreſſit. Dignos iudicant ſcriptores, quorum nomina poſteritati commendentur; quo eos honore, ſi modò aliquis eſt, ego non fraudabo. Sunt hi: Antonius Sulimela, Philippus Capograſſus, Hector quidam Prochyta oriundus. Diſcant horum exemplo auari, cùm lucrum iniqua ratione quæritur, vitam perdi. Hæc de medicis aquis. Nunc Baias, vnde digreſſus ſum, reuertor, ac quia imum litus perluſtraui antea, ſcando colles, quos clariſſimi viri Marius, Cæſar, Pompeius habitarunt; monſtrantúrque adhuc temporis veſtigia illic Prætorij Pompeiani: hîc Mariani, & Cæſariani. de quo, itémque de Pompeiano, vt accolarum indicio fidem habeam, Mariani ſitus ſcrupulum mouet ſanè grauem; multi enim boníque ſcriptores Marium in editiſſimo Miſeni cacumine habuiſſe, atque vt à Sulla proſcriptus fuerit, villam eius

Medici in naturam beneficã inuidi; ideo ab vltore Deo puniti. Villa Pompeij. Marij & Cæſaris. Quæſitum de ſitu villæ C. Marij.

L. Lucullum emiſſe perhibent. id ſi ita eſt, oportet eo in loco, in quo Lucullana ab auctoribus ſtatuitur, Marianam quoque fuiſſe; nam hercle mota loco non fuit, etſi à nouo domino nouum nomen acceperit, nec non fines ampliores, adiectis nimirum à Lucullo Cumas verſus hortis, & adſtructis per Baiarum litus piſcinis: Prætorium tamen ipsúmque villæ caput ſitum non mutauit. Itaque ex ſententia horum ſcriptorum Mariana fuit, vbi Lucullana, & hæc, vbi illa: ſcilicet in Miſeni ſupremo faſtigio, qua Prochytam inſulam ſpectat; quo montis ſitu ſpeculam hodie conſpici dixi ſuperiùs, & addidi ex Phœdro villam Luculli ibi ipſiuſmet manu poſitam fuiſſe. Quî ergo potuit Marij fuiſſe, quam Lucullus exſtruxit? niſi credas Marij villam omnem deiectam aliamque in vetere ſolo à Lu-
In Mario. cullo exędificatam fuiſſe. Quod ne temerè credas, Plutarchus faciet, qui villam Marij circa Miſenum amœnam admodum inſtructámque lautè fuiſſe prodidit, vt quam L X X V. millibus denariorum Cornelia emerit; nec multo interiecto tempore Lucullus quingentis millibus & ducentis licitatus ſit. Quo pretio emptam non ſanè videtur Lucullus ad ſolum vſque euerſurus fuiſſe, niſi fuiſſet pecuniæ opidò quàm prodigus. Ad hoc locat Plu-
epiſt. 51. tarchus, quem audiuimus, Marij villam non ipſo in monte, ſed circa Miſenum: Seneca autem in ſummo quidem montis iugo,

iugo,regione támen Baiana. Quem au-
ctorem ſecuti alij cùm in hac iuxta Ba-
ias regione celſiorem montem non repe-
riant,quàm qui Prochytæ inſulæ obiacet Mōs Prochytæ.
hincque cognomentum gerit,exiſtimant
in eius apice villam C. Marij ſteriſſe:
quæ verò pro Marianæ veſtigiis rudera
putantur, Domitianæ eſſe;Domitia certè Rudera villæ Domitiæ.
Neronis amita in Baiano villam habuit,
vt ex Tacito & Dione Caſſio liquet. Ha- *l.13.*
buit quoque villam apud Baias C. Piſo Villa C. Celpurnij Piſonis.
amœniſſimam, vt quam crebrò viſere
initis balneis epulíſque, omiſſis excubiis
& fortunæ ſuæ mole,ſolitus fuerit Nero,
quod annalium quinto decimo Tacitus
narrat. In vicinia Bauli fuere; *id*,inquit Bauli.
idem Tacitus,*villa nomen eſt, qua promon-* *l.14 annal.*
torium Miſenum inter & Baianum la-
cum flexo mari alluitur. quod nomen
vnde deriuarit, Symmachus nos do-
cet: *l.1.epiſt.1.*

Huc deus Alcides ſtabulanda armenta coëgit,
Eruta ter gemini de lare Gerionis.
Inde recens ætas corrupta Boalia Baulos
Nuncupat, occulto nominis indicio.
Ab diuo ad proceres dominos fortuna cucurrit,
Fama loci obſcuros ne pateretur heros.
Hanc celebrauit opum felix Hortenſius aulam
Contra Arpinatem qui ſtetit eloquio.

Notus

neribus extuliſſet, nullam ipſe fleuiſſet: arguens nempe Domitium veneficij, quo opulentas vxores ſuas, vt dote potiretur, ſuſtuliſſe vulgo inſimulabatur. Iouius tamen melioréſque auctores Domitio ſcomma hoc à Craſſo Diuite, non Hortenſio dictum fuiſſe prodiderunt. Conſtat certè Hortenſium, quamquam murænæ mortem alius luxerit, piſces ſuos inſano amore deperiiſſe; & auctor eſt Varro ventitantibus ad ſe amicis Puteolis emptos apponere, ſuis verò abſtinere, neque vmquam veſci conſueſſe. Hunc ne ergo piſcinarium Tullius *beatum* vocet? nihilo magis fuit, quàm, auari noſtri, qui ſepulta in ciſtis pecunia, quia non fruuntur, carere videntur. Itaque Q. Hortenſio villa nec fructui nec laudi fuit: vt P. Seruilio Vatiæ ſua, qui, vt eſt apud Senecam, Romam fugiens captánſque otium atque ſeceſſum in villa ſua vitam egit; & ob hoc vnum felix habebatur, quo tempore Tiberij Cæſaris crudelitate plures affligebantur in vrbe proceres; tunc enim exclamabant homines: *O Vatia ſolus ſcis viuere*, eò quòd in villa ſua latitans ſe de periculo ſubduceret. Exſtant hodiéque rudera eius, at quæ fuerit facies, meliùs ex Senecæ his verbis po-eſt intelligi; rudera id modò indicant amplam fuiſſe & ſplendidè conſtructam. Sic ergo Seneca, Speluncas, inquit, habebat duas magni operis, laxo atrio, pares, manu factas, quarum altera Solem non recipiebat,

l. de piſc. Rom. c. de mura.

l. 3. de re ruſtic. 17.

Villa Vatiæ.

ad Lucil. epiſt. 56.

piebat, altera vſque in occidentem tenebat. riuus piſcibus alendis ſufficiens euripi in modum prata diuidebat, partim in mare, partim in Acheruſium lacum defluens. Scilicet propinqua vtraque: hinc mare paruo diſtans, inde Acheruſius lacus ferrugineis aquis ſqualens, quem videas licet, non agnoſces. quid ita? induit aliud nomen nec indigenæ ſciſcitantem de Acheruſio lacu intelligent; mutauit nomen, & Colutius dicitur. Ceterùm ipſius eſt, quem veteres Acheruſium nominarunt, & qualis ab iis deſcribitur, cœnoſus, ſqualentibus ac ferrugineis aquis. Hic Acheron eſt à poëtis decantatus: hæc Acheruſia palus, miſcetúrque per occultos meatus Auerno lacui. vnde factum, vt aliquando poëtæ Auernum vocarint Acherontem, propter aquarum, quæ inter ipſos intercedit, communionem. Auerni nomen hodiéque manet, natum, vt exiſtimant, à fœtore aquarum. Nec hunc modò lacum, ſed alias quoque graueolentes paludes Auerni nomine ſcriptores affecerunt. Fuit, vt alias taceam, in Epiro non longè ab inſulis Electridibus palus hoc nomine, odore tetro, ex qua non animal bibit, non ſuperuolarunt volucres, ſed ipſa halitus grauitate exanimatæ deciderunt. qua de cauſſa qui à Latinis Auernus, à Græcis dicitur ἄορνις, id eſt, ſine auibus. Quò referas licet nota illa Virgilij:

Lacus Acheruſius, vulgò Colutius.

qui & Acheron

Auernus.

Plin. in proœm. l. 4.

l. 6.

Quam

Quam ſuper haut ullæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis, talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens ſupera ad conuexa ferebat,
Vnde locum Graij dixerunt nomine Aornon.

Lucretius verò: l. 6.

Principio quòd Auerna vocantur, nomen id abs re
Impoſitum eſt, quia ſunt auibus contraria cunctis,
E regione ea quod loca cùm aduenere volantes,
Remigij oblitæ pennarum vela remittunt,
Præcipitéſque cadunt molli ceruice profuſæ
In terram, ſi fortè ita fert natura locorum,
Aut in aquam, ſi fortè lacus ſubſtratus Auerno eſt.

qualis apud Cumas locus eſt.

Qui putoris huius mortiferíque halitus cauſas quærunt, ſulphuri potiſſimam adſcribunt, quod ſub terra pruriens exhalet inficiatque aquam, & ſæpè enecet piſces. Oculatus teſtis Ioannes Boccacius Roberto apud Neapolitanos regnante plurimos repertos in litore fuiſſe velut afflatos incendio ſcribit: piſces verò vniuerſim gigni in hoc lacu paruos, atros, inſipidos, inutiles Vid. Maiol. colloq. 12. Encret. cit. lib. de lacub.

In deſcript. Campan. inutiles eſui: Antonius Sanfelicius memoria ſua abundaſſe piſcibus Auernum, poſtea pluuij cineris acrimonia ad vnum omnes fuiſſe exſtinctos narrat. Mira tamen aquæ eius puritas eſt, ſin Ariſtoteli credimus, adeo vt nec arborum folia ferat, ſed ad fundum protinus demittat. Iuuabat me experiri, num vera Ariſtoteles: lignum, quod fortè offenderam; quanta vi poteram, excuſſi in lacum, nec miraculi aliquid vidi, innatabat enim, vt ſolent leuia. Principio etiam accedere timueram, ne venenatus me halitus; qui ſuperuolitantes volucres exanimaſſe ſcribitur, perimeret, paſſuſque eram præire ductorem, qui ſuo capite periculum faceret, ſequebar ego lento gradu, diductíſque late naribus graueolentem auram accipere geſtiens. Quid poſtea? Theſſala Tempe non arbitror magis innocua, quàm Auernum. nihil ibi graue, nihil olens, niſi quòd palus eſt, hoc eſt cœnoſa & lenta aqua, minimè ἄορνις: nec ſuperuolant enim modò impune aues, ſed innatant, vt Schottus quoque obſeruauit. An Agrippæ purgati loci aëríſque gloria tribuenda, qui excisis arboribus, quæ lacum opacabant, illuſtriorem ſimul ſalubriorémque reddidit ex Conimbricenſium opinione? an terræmotus ille vehementiſſimus, qui Nouum Montem protulit, vt ſuprà dicebam; qui maris litoríſque haut paruum ſpatium obruit: qui regionis huius faciem

In admirand.

Auernus hodie a vetere mutatus.

Itiner. Ital. p. 3.

Meteor. tract. 10. c. 2. Strabo l. 5. Seruo ad 6. Æneid. Iſido. l. 13. c. 19. c. 5.

faciem penitus immutauit; ſulphuris quoque in lacum exhalantis venas aut obturauit, aut aliò auertit? certè Auernum magna ex parte cineribus, ſaxis atque arena compleuit. Itaque non eſt hodie eius immenſa profunditas, quam de eo Ariſtoteles narrabat: neque eſt illa, quam menſus lacum Vibius Sequeſter tradit eſſe CC. vlnarum. Ambitum quoque arctatum reor & minorem eſſe tribus ſtadiis, quæ Ariſtotelis tempeſtate in Amplitudinem Auernus patebat. Diodorus binis ſtadiis ampliorem fuiſſe auctor eſt, & ſcribit de aquæ puritate ac profunditate non quidem aliena à verbis Ariſtotelis, ſed à noſtris temporibus: *Auernus*, inquit, *quinque ſtadiorum circuitu, & profunditate incredibili, nam cum aqua ſit limpidiſſima, ingens voraginis altitudo cæruleum reddit eius colorem.* Lucis *l. 5.* verò & liberioris aëris plus acceſſerat iam Strabonis ætate, qui ita: *Includitur Auernus ſuperciliis recta ſurſum aſſurgentibus & vndique præterquam in aditu, imminentibus, nunc quidem cultura elaboratis: at olim ſilua circumdabat inacceſſa & magnarum arborum, quæ ad ſuperſtitionem vſque ipſum ſinum obumbrabat.* Adiacet lacui Antrum Sibyllæ, quod vocant: cuniculus haut dubiè ab humana manu effoſſus productuſque ad amuſſim longiſſimè: quò pertigerit verò, videre non potuimus, imperuium namque ruinæ fecerunt. Forſan ille eſt, quem Cocceius ab

Antrum Sibyllæ vulgo.

cuniculus Coccei.

Strabo l. 5. ab Auerno Cumas vſque perduxiſſe ſcribitur; aut Neronis forſitan opus eſt, de quo cum Suetonio Plinioque Tacitus: *Nero*, inquit, *vt erat incredibilium cupitor*, foſſæ ſcilicet ab hoc lacu vſque ad oſtia Tiberina nauigabilis ducendæ, *effodere proxima Auerno iuga connixus eſt, manentque veſtigia irrita ſpei.* Manent profectò admiranda, ſi cuniculum Nero effodit: ſi aliud aliquid circa Auernum molitus fuit, nulla manent. At inquis, idem à Miſeno ad Auernum vſque piſcinam inchoauit porticibus concluſam, quò quidquid totis Baiis calidarum eſſet, conuerteretur. Scio equidem id eum opus cœpiſſe, teſtis eſt enim Suetonius in vita eius: & quando ita vis, ſit etiam teſtis hic cuniculus, ſit veſtigium piſcinæ eius, quando quid propriè fuerit, non conſtat. Neque eſt, quòd vulgi fabellis mouear, aut rancidorum quorumdam vatum figmentis, qui Chriſtum è triumphata Styge reuertentem, comitantibus SS. Patribus, per hunc cuniculum exſcendiſſe in noſtrum orbem cecinerunt; olei quippe narratio iſta veterum poëtarum commenta, qui apud Auernum inferorum fauces eſſe, & noctes atque dies atri Ditis patere ianuam finxerunt; quibus fabulis diuinas hiſtorias temerari non decet. Dubium porrò eſt, cui vſui fuerit Camera illa, quæ in intimis montis eiuſdem viſceribus excisa vermiculato opere & cæruleo colore picturata conſpicitur? Sibyllæ aſſigno cum

Margin notes: aut Neronis cœptū opus. — *Plin. l. 6 c. 14.* — *Tacit. l. 15. annal.* — *c. 31.* — aut principia piſcinæ Neronianæ: — non oſtiū inferni.

cum vulgo: nec verò vt vulgus,quod habitaſſe vatidicam inibi fabulatur, ego lauiſſe potiùs arbitrer, minimè enim habitationi aptus locus eſt: & monſtrant auctores aliam ſedem,quam ea tenuerit:ſub Cumis ſcilicet Orientem verſus: quam Iuſtinus Martyr refert ingentem & ſaxeam ſpecum eſſe (rem ſanè maximam & digniſſimam admiratione appellat) inque eius medio monſtrata ſibi terna ſolia fuiſſe ex lapide eodem exſculpta, in quibus aqua refertis recubuiſſe Sibyllam dixerint: intima autem in cauerna gradus & thronum excelſiorem, è quo reſponſa iactarit. Agathias oppugnatas à Narſete Cumas (quod vocat *perquàm exiguum opidum*) deſcribens de Sibyllæ iſthoc domicilio memorat, quæ ſequuntur: *Antrum quoddam opido ſubeſt ad orientalem collis flexum, omni ex parte tectum valdéque cauum, adeo vt adyta quædam natiua habeat, & ſinum ingentem profundúmque inſtar barathri. In hoc antro ferunt habitaſſe magnam illam Italicam Sibyllam, quæ Apollinis numine correpta conſulentibus futura prædixit.* Habuit ergò ſedes ſuas, & vaticinata eſt Sibylla in Cumæo hoc, & non illo iuxta Auernum antro, quod Sibyllæ iam dudum vulgus cognominat, incertum qua de cauſſa: nam & quòd Sibyllam in eo lauiſſe opinatus ſum, Iuſtini verba præſcripto loco arguunt, qui ſcriptor in eadem ſubter Cumas ſpecu & habitaſſe eam in lauacri

Sibyllæ lauacrũ & illud & antrum Cumis. de quo *Procop. l. 1. bel. Goth. Agathias l. 1. hiſt. Iuſtin. in orat. Paræn.*

Z vſum

vſum terna ex eodem ſaxo ſculpta folia habuiſſe teſtis eſt. Potius ergo eſt, vt cenſeam in Sibyllæ illo antro apud Auernum egiſſe & conſulentibus futuros euentus prænuntiaſſe homines quoſdam, quorum nomen poſtea interierit, manſeritque ex memoria rei vnicum Sibyllæ, præ eunctis celebratiſſimæ in hac regione vatis. Suggerit hanc coniecturam Maximus Tyrius, qui ita: *Erat in Italia Magna Græcia, non procul à lacu Auerno, antrum fatidicum, cui homines præerant, qui ab animarum euocatione, quæ illic fiebat, nomen habebant. Huc qui conſulendi oraculi cauſſa veniſſet, precibus conceptis, cæſa victima libaminibúſque rite effuſis, cuiuſcumque vellet, ſiue parentum ſiue amicorum vmbram ciebat. quo facto prodibat tenuis anima, nec viſu facilis nec cognitu: quæ tamen & voce prædita eſſet & vaticinandi perita, poſtquàm autem reſponſa de iis, quæ quærebantur, reddidiſſet, diſparebat. Hoc oraculum nouiſſe mihi videtur Homerus, ſuúmque eò deduxiſſe Vlyſſem.* Homines iſti fatidici, antri huius & ſimilium incolæ, Cimmerij olim vocati: hos enim ſcripſit Ephorus apud Strabonem in ſubterraneis ædificiis hanc regionem incoluiſſe, ac per cuniculos quoſdam inter ſe commeaſſe, hoſpitéſque eadem via ad oraculum deduxiſſe, altè infra terram abditum: victum eos partim metallis effodiendis quæſiuiſſe, partim accepiſſe ab

Margin notes: Antrum vulgo creditum Sibyllæ forſitan ſimilium vatum domicilium. — *diſſert. 26.* — Cimmerij. — *l. 5.*

ab iis, qui oraculum conſuluiſſent: eos autem, qui apud oraculum iſtud degiſſent, more à maioribus accepto, numquam vidiſſe Solem, ſed noctu ex hiatibus terræ prodiiſſe: denique deletos eos fuiſſe à rege quodam, cuius euenta oraculum non comprobaſſent. Quia autem Cimmerij fuerunt populus numeroſus, vt qui opidum ſui nominis à Plinio memoratum conſtituerint, arbitror illos modò, qui vaticiniis operam darent & iuxta oraculum ſacra facerent, in ſubterranea iſta cauerna concluſos ac diurnam lucem aſpicere prohibitos: dictos autem fuiſſe & reliquos in tenebris habitare, quia vallem regionis huius obſcuriſſimam Soléque inacceſſam accolerent. Vnde Feſtus: *Cimmerij dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas in ea regione, in qua conuallis ſatis eminenti iugo circumdata eſt, quæ neque matutino neque veſpertino tempore Sole contegitur.* Hæc de Cimmeriis & antro Cumano Sibyllæ: de ipſa eſt præterea, quod ſcriptores memoriæ prodiderunt, Ouidius maximè & poëtæ, quod hoc loco non tacendum: vixiſſe ſcilicet mille annos. non ego affirmo; credat, qui volet, adeo vetulam fuiſſe. Templum vatidici Dei iuxta vatidicæ ædes Cumis ſtetiſſe Latini vates ſæpiùs indicant: Statius inprimis, & Virgilius V I. Æneid.

Cimmerium opi. *Plin. l. 3. c. 5.*

Sibyllæ ætas *l. 4. Met. & 4. Faſt. Propert. 2. eleg l. 25. Stat. 5. Silu. 3.*

Templum Apollinis. *4. Silu. 3.*

——— *arces, quibus altus Apollo*
Præſidet, horrendæque procul ſecreta Sibyllæ,
Antrum immane ——

Ad verba Scholiaſtes Seruius, *Cùm*, inquit, *vbique arx Ioui detur, apud Cumas in arce Apollinis templum eſt.* Et Liuius: *Cumis*, ait, *in arce Apollo triduum ac tres noctes lacrumauit.* Quæ verba quamquam templi ſitum non obſcurè indicent, ſunt nihilominus auctores aliqui, qui id prope Auernum contra Sibyllę antrum, quod vulgus vocat, ſtetiſſe putent. vbi loci verum eſt exſtare rudera; num verò templi illa an thermarum? quas propter lacum fuiſſe aliqui aſſerunt. Iidem Apollinis templum procul lacu conſtituunt: ibi ſcilicet, vbi hoc tempore Arcus cognomine Felix conſpicitur. Qui contrà ſentiunt, facilè negant Arcum hunc templum fuiſſe, ſed clauſtrum potiùs & portam Cumarum: ſitus enim peropportunè, medius inter arduos montes, & viam ita obtinet, vt niſi per eum ad Cumas non pateat acceſſus: egregium munitiſſimæ olim vrbis munimentum. olim aio, tunc temporis munitiſſima, tunc vrbs fuit: iam nulla eſt, iacet inter ſua ipſa rudera ſepulta. Neque ego eruam eam, nec refricabo memoriam priſcæ gloriæ potentiæque, quam ſi vel ampliſſimam fuiſſe oſtenderem, quid facerem, niſi vt eo magis calamitas atque interitus eius miſerabilis eſſet? Sed Puteolani ſinus oram hactenus deſcriptam licet

l.43.

Vid. Capac. Pighi. & Lombard. de baln. Puteol. c. 72. & 74.

Arcus Felix.

Cumarū rudera.

licet ſanè Symmachi iſto elogio prædicare: bellum eſt, magnificum & quod teſtari poſſim verum non fuiſſe, ſed eſſe, audi igitur: *l. 1. epiſt. 8.*

Corniger Lyæus
Operit ſuperna vite,
Vulcanus æſtuoſis
Medium coquit cauernis,
Tenet ima piſce multo
Thetis & Baiæ ſorores.
Calet vnda, friget æthra,
Simul innatat choreis
Amathuſium renidens,
Salis arbitra & vaporis
Flos ſiderùm Dione.

His Neapoli & in litore Puteolano perluſtratis quod inde capiendum iter ſit, aperiam iudicio meo, quò alij tendant nihil laborans, iudicaui autem ſemper hanc itineris rationem optimam eſſe, vt cùm terra Neapolim itum fuerit, mari redeatur: neque enim conſultum eſt eamdem viam iterum calcare, vbi iam viſa reuideas tantum; quin potiùs ſemper itineris locorúmque diuerſitas quærenda eſt, vbi quid nouum habeant oculi, quo paſcantur. At ſæuum mare eſt, & grauis iactatio, & à prædonibus numquam non periculum. Haut infitior infeſtare eos nonnumquã Etruſcũm mare, nec ex alto modò prædas agere, ſed ſæpè improuiſos appellere & exſcendere, & grauibus maritimam oram cladibus vaſtare. At certè tempo- *Iter Neapoli Genuam.* Conſiliũ de itinere deinceps capeſſendo.

ra ſunt, quibus cùm ſoli obtinent mare, dominantur vtique ac ſæuiunt: cùm noſtræ claſſes (exeunt autem æſtiuo tempore frequentiſſimè) tum diffugiunt & in ſuas ſe latebras condunt. tum tu iter facias, nec timeas hoſtes, cum ipſi ſibi timent. Demptus, inquis, hîc mihi metus eſt: at ſæui maris maritimæque iactationis cum periculum perpetuum ſit, nec timor quidem ceſſare poteſt. Non ego eum eximam tibi, ſin animo ſedet infixus; meticulôſum te procul mari arceo: viris nauigandi auctor ſum, qui firmum animum iuxtà ac corpus gerunt: te cum militum præſidio remitto Romam, ne terreſtres latrones formides, à quibus par nonnunquam, atque à maritimis prædonibus, periculum eſt. Iam cui meum placet conſilium, quomodo inſtituatur nauigatio, quæque toto litore, quod Neapoli Genuam vſque eſt, adeantur prætereantúrve loca, aperiam. Nauigant ferme minoribus & actuariis nauigiis, quas *Barcas* vocant. quandoque onerariæ etiam & armatæ naues vltro citroque commeant, in quas ſi recipi queas, potiſſimùm armatas conſcendendi auctor ſim: onerariæ enim velis modò & ventorum vi aguntur, quæ ſæpè incerta eſt; armatæ (ſic *Galeras* voco, quoniam ferme milites ferunt) licet venti non adſpirent, remis propelluntur. quod idem commodum minora nauigia habent:

bent : ſed hoc diſcrimen eſt, quòd maiores naues alto mari procul à terræ conſpectu prouehuntur, minores intra quintum milliare vtplurimùm, raro ita ſe intimo mari committunt, vt litorum adſpectum amittant; nec niſi apertâ luce incedunt, cum veſper ingruit, ad proximam ſtationem appellunt. Hæ ſtationes quæ ſint, quæque alia licet prætereantur, ex propinquo tamen ſpectentur loca, cùm cognitu non iniucunda ſint, paucis deſcribam. Neapolì ferme ſub meridiem nautæ ſoluunt: Pauſilypi primò promontorium ſuperant; mox Neſida. hic circumfuſus mari mons eſt, geſtátque ſummo vertice ſpeculam arcis in modum emunitam. Crebra eſt huius inſulæ mentio apud Latinos ſcriptores, Ciceronem præſertim; nam in ea apud Brutum frequẽs fuit. Plinius de aſparago ſcribens: *Quod in Neſide Campaniæ inſula ſpõte naſcitur, longè optimum exiſtimatur.* Tum Puteolos Puteolanúmque ſinum ita prætereunt nautæ, vt non ingrediantur, ſed recto curſu ad Miſenum longè in mare excurrens promontorium contendunt, ſub quo iacentem Prochytam ineunt, ibíque pernoctant. Hæc inſula adeo anguſto freto dirempta à Miſeno eſt, vt Strabo libro primo multíque præterea ſcripſerint cohæſiſſe illi quomdam, & tempeſtatum violentia diuulſam fuiſſe: alij Seruium ſecuti Iſchiæ propinquæ inſulæ

Promontorium Pauſilypi.

Neſis inſula.

Ad Attic. l. 16. epiſt. 1. 2. 3. & 4.

l. 19 c. 8.

Puteolanus ſinus, *qui & Cãpanus & Crater Straboni. l. 5.*

Promontorium Miſenũ.

Prochyta inſula.

Vid. Alex. ab Alex. geneal. dier. l. 2. c. 1. Leand. Alb. de inſul. Plin. l. 2. c. 88. & l. 9. Æneid. 61.

montem concuſſum terręmotu profudiſſe hanc, quæ ἀπὸ τοῦ προχύειν, quod *profundere* ſignificat, Prochyta vocata fuerit. Dionyſius Halicarnaſſeus fuiſſe in Æneæ comitatu matronam eius nominis ſcribit, cuius mortuæ corpus nomẽnque inſula acceperit. Procidam hodie vocant; aliquot montibus aſſurgit: in anterioris frõte arx ſita noui operis haut paruum inſulæ ornamentum iuxtà ac munimentum. Ipſa olim perinde, ac vicina Iſchia metallis diues, nec expers calidæ ac ſalutaris aquæ, quam in terræ viſceribus recubans Mimas, vt poëtarum fabulæ habent, quoties corpus obuertit, extrudit ab æterno incendio æſtuantem. Incendij cauſſa vt Strabo autumat, aſſidua freti allabentis agitatio eſt, quæ in tanta ſubterranei bituminis ſimiliſq; materiæ copia flammas ſuſcitare perleui mométo id poteſt. Prochytam cùm præteruectus

Ischia inſula.

fueris, Iſchiam cernes; quam Homerus Inarimen, Græci Pithecuſam & Pithecuſas à figlinis doliariorũ, Latini à ſtatione nauiũ, Æneæ Ænariã nominarunt: arduam immanibus ſcopulis inſulã, quibus ita circumcingitur, vt iniri niſi quà paulhulum diductis montibus arctiſſimæ fauces hiant, nõ poſſit. Tum ex anguſto mari, quale binæ ab alto obiectæ inſulæ faciunt ad Caietanum ſinum per longè latéq; patens æquor nauigatur; Caietæ ex-

Caietanus ſinus. Caieta.

cẽſio fit, quã vrbẽ clarã ſanè & munitiſſimã, quia ſuperiùs deſcripſi, ſilẽs prætereo,

vt

vt & Tarracinam, quæ proximè ſequitur, eâdem ex cauſſa. Mare illud omne, quod vtraſque inter vrbes patet, veteres Amuclanum dixêre, vt multis placet, ab Italicis amyclis, vrbe inter Caietam ac Tarracinam ſita priùs, quàm ſeu hoſtium ſeu ſerpentum vi periret. Atqui ſuprà memini non æquor hoc vniuerſum, ſed ſinũ modò Fundos vſque introrſus retractum & Amyclanum & Fundanum lacum variè appellatum fuiſſe. Sequitur Circellum excelſo vertice proiectíſque latè brachiis in mare extentum; quod promontorium quæque vltra ſunt, quondam inclyta, hodie obſcura, prout quodque merebitur deſcribam. Circellum recens nomen eſt è vetere natum; Ptolemæus enim Circæum nominat, aliique paſſim ſcriptores ita montem, ita opidum, quod monti Tarquinius Superbus impoſuerat, vocârunt: aliqui Circæos, vel Circeios, dixerũt: omnes à Circe Solis filia veneficiis infami, cuius ibi domus à poëtis locata, quia Mons venenatorũ ferax fuerat. Teſtis Ariſtoteles: *In Italia*, inquit, *monte Circæo fertur venenum letale gigni tanta vi, vt ſi cui aſpergatur, confeſtim concidere hominem faciat, pilóſque toto corpore defluere; cunctáque corporis membra ita diſſoluat, vt pereuntium corporis ſuperficies miſerabilis planè ſit aſpectu.* Et Strabo: *Aiunt Circæum montem radicibus abundare, fortaſſis vt fabulæ id de Circe accõmodent. Eſt in eo opidulũ cũ Circes fano & Mi-*

Tarracina Mare Amuclanum.

Promontorium Circæũ; olim opidum Tarquinij colonia *teſte Dionyſ. l. 4.*

Hiſtor. plant. l. 5. c. 9. *nerua ara;ferúntque ibi pateram quamdam Vlyſſis quoq; monſtrari.* Theophraſtus ſuâ ætate apud Circęum Elpenoris tumulum oſtendi ſolitũ fuiſſe ſcripſit, ob id memo- *Hygin. mythol. c. 25 Ouid. l. 3. Triſt. el. 4.* rabilẽ, quòd ex eo myrti creſcerẽt in modũ coronarij operis, cùm aliæ myrti ſint amplæ; quodq; locus hominis haberet figurã. Elpenor iſte vnus ex Vlyſſis ſociis, ebrius per ſcalas decidit & ceruicem fregit; quem Vlyſſes in Auerno inueniſſe, at- Elpenoris tumulus. que inde redux ſub Circæo humaſſe fingitur. Tumuli huius notas aliquas monſtrant iuxta radices Circæi mõtis, qui ibidẽ ſitũ oppidũ S. Felicitatis incolunt. Circeios verò ipſos ſeu Circęã, clarã olim vrbem, tẽporis lapſu & ipsã collapsã fuiſſe Strabonis verba, quæ audiuimus, teſtãtur: vocat enim opidulũ. Nec mirũ, cùm maris regionísq; circà vniuerſæ, inuerſa facies fuerit. Vrbẽ paullatim decreuiſſe, ac denique totã concidiſſe, vt eius præter rudera quædã in mõte reliquum ſit nihil. At oræ circũiacẽtis ſpecies quãtũ & ipſa mutata *l. 10. Odyſ. Theoph. l. cit. Plin. l. 3. c. 5. Solin. c. 24.* ſit ab illa, Homeri, Theophraſti, Plinij, Solini aliorũq; ſcriptorũ teſtimonia nos docẽt, qui olim inſulam, *immẽſo mari circũfluã* (verba ſunt Plinij ac Solini) fuiſſe prodiderũt. Iã Circæi ſitus ac figura eiuſmodi eſt. Promontorium vaſtum continenti nexum, excelſum, præruptũ ac quà mari imminet, pluribus infrà ſpecubus cauũ, in quas horrendo cum ſonitu vndæ illuduntur. etiam prędonibus infeſtũ erat, qui cauernis tecti improuidos nautas op-

prime

primebāt hac tempeſtate aliquot per crepidines diſpoſitę turres ſunt, firmę & tormentis inſtructæ, & noctu atque interdiu excubantibus præſidiariis inſeſſæ, qui tutum à prædonibus mare facilè prеſtant. Obſeruaui tranſito Promontorio inter obnata litori dumeta reticulari inſignis operis fragmenta, quo Portum permunitum fuiſſe exiſtimo: fuiſſe autem ſub Circæo portum Homerus ſuprà laudatus & Strabo memorant; quin & hodie locus ita à natura fractus apparet, vt niſi quod æquor longius receſſit, commodiſſimi portus ſpeciem ſeruet. Vltra Circæum promontorium prima Aſtura eſt: ita Seruius opidulum & amnem vocat, qui iuxtà in mare influit: ſed hunc Feſtus Sturam quoque; cuius hæc verba ſunt: *Stura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidem Aſturam vocant.* Leander tertium nomen imponit, & ex Plinio Nymphæum appellat, parum feliciter; cùm à Stura Nymphæum Plinius diuerſum conſtituat, vt pridem Ortelius obſeruauit. Fuit ergo Nymphæus haut dubiè ille vnus amnis, qui inter Aſturam & Circæum in mare effunditur, ortus ſub Sermoneta haut procul Nimpâ; quod vici nomen eſt, natum à præfluente Nymphæo. Aſturam idem Plinius inſulam vocat, in qua opidum hodie Oſtunum; quo ſitu Ciceronis illud à Plutarcho memoratū præditū fuit: deſcribit enim ipſe Tullius villam ſuā Aſturæ, quòd eſſet in mari

Portus iuxta Circæos reliquiæ.

Aſtura iam Oſtunum.

ad l. 7. Æneid.

l. 3. c. 5.

Nymphæus fl.

Villa Ciceronis maritima ad Attic. lib. epiſt. 2.

ipſo, & adſpici poſſet Circæis, & Antio. Vnde fluxit eorũ error, qui Ciceronem Aſturę ab Antonianis ſatellitibus oppreſſū, exertoque è lectica capite, quod vltrò ferendũ præbuit, cæſum fuiſſe exiſtimãt; cùm ex Plutarcho aliud conſtet, in Tuſculano nempe redditum certiorem proſcriptionis tranſiiſſe Aſturam in villam ſuam, atque inde ſoluiſſe tranſiturum in Macedoniam ad Brutum: ſed in itinere oppreſſum à percuſſoribus Herennio cẽturione & Popilio tribuno, quem parricidij quomdam reum defenderat Cicero, prope Caietam * in villa ſua mortem oppetiiſſe. habebat enim in hoc quoque litore prædium, quod ipſe indemtidem Formianum ſuum appellat, quia ſcilicet Formiis propinquum erat, vt monui ſupra ſuo loco. Aſtura ergo libera quidem memoriâ calamitatis huius: ſed ob id funeſta non minùs ac memorabilis eſt, quòd eo loco Suæuiæ noſtræ vltimus & Fridericus Auſtriæ duces agniti retractíq; ex fuga Neapolim, vbi capitis, ſupplicium pertulerunt. Aſturã ſequitur Neptunium vtcumq; elegans ſupra abruptũ littus opidum, cum arce ſat valida. Dignũ obſeruatu Blondo viſum, quòd Neptunij incolæ licet numeroſi venatione aucupióque tantùm victitent; ferarum etenim affatim propinquæ ſiluæ alunt: volucrum & inprimis coturnicum ac palumbiũ innumerabilem multitudinẽ ſub veris & autumni initia tranſmarinæ regio

** male vulgati libri habent Capuam.*

Neptunum.

regiones mittunt, quas volucres longo volatu feſſas diſpoſitis per litora caſſibus Neptunij ciues excipiunt. Proximè abeſt Antij promontorium, pulſatúrque adeo ab impetuoſo mari, vt haut fermè ſine periculo nauigia applicentur. Portum fuiſſe, quem Claudius Nero Antij natus reſtaurarit ornarítque inſanis operibus, ex Suetonio ſcimus; cuius exiſtimo illa rudera eſſe, quæ paſſim merſa profundo exſtantiaque alicubi creduntur, quòd conſuetum maris fluxum impediant, ad tantum furorem vndas excitare. Antij, quæ Volcorum prępotens vrbs fuit, propè nulla veſtigia comparent. conſtat, & teſtantur Blondus, Ciofanus, Volaterranus ruinis eius Neptunium creuiſſe. Hic Italiæ vetuſtiſſimis temporibus limes fuit, vt ex Dionyſio Halicarnaſſæo Leander probat; cuius itémque Romani imperij fines paullatim Tarquinius Superbus ad Circeios & Tarracinam: poſtea pop. Romani fortuna longiùs ac longiùs protulit. Superato promontorio Antij, adſpicitur litus, ſupra quod Ardea Rutulorum ſita, iam vicus V. M. P. diſtans à mari. Rutulos, quorum caput Ardea, excipiunt Latini Aborigines ad Tiberim vſque incolentes, quorum vrbs Laurentum, eadémque Latini & reliquorum Aboriginum regum ſedes fuit. Ita enim Dionyſius libro I. *Per id tempus Troiani cum Ænea poſt captum Ilium profugi appulerunt Laurentum ad Aboriginum litus, quod Tyrheno mari*

Antij promontorium, vulgò *Capo d'Anzo*.

Portus Antiatis rudera.

Italiæ priſci fines.

Ardea Rutuli.

Laurentum.

Aborigines.

mari alluitur, haut procul Tiberis oſtiis. Ex quo Dionyſij indicio, cùm de Laurenti ruderibus nihil præterea reliquum ſit, colligo ſitum fuiſſe maritimum eo circi-
Paterno. ter loco, qui *Paterno* incolis dicitur. Laurentum poſterioribus temporibus etiam Laurolauinium vocari cœptum: nec ve-
Lauiniū. rò ipſum Lauinium fuit, quod Æneas ducta Lauinia condidiſſe memoratur, impoſito vxoris nomine; hoc enim Lauinium & à Tiberi & à mari longiùs ab-
Numicius fl. fuit, *ſitum in quodam colle*, inquit Dionyſius, iuxta fontes Numicij amnis, quod Numicum flumen Liuius nominat, ab
l. 1. opidulo *Patrica* delabens in mare; quo in flumine merſus Æneas creditúſque migraſſe in cælum, quia corpus poſthac numquam comparuit. Collem illum in quo Lauinium Dionyſius locat, hodie fanum occupat D. Petronillæ ſacrum. Non verò Lauinium Lanuuiúmque idem fuit, vt imperitè nimis quidam cenſent,
l. 2. bel. ciu. falſi forſitan Appiani auctoritate, qui Milonis patriam Lauinium ſcribit: atqui Lanuuium eiuſdem patriam fuiſſe reli-
Lanuuiū, iam *Ciuita Lauina.* qui ſcriptores conſentiunt. Quod Lanuuium à mari remotum longiùs vſque ad Albani Montis radices pertigit, vulgò Italis dictum *Ciuità Lauina* vel *Indouina*. Ceterùm Æneas cum Troianis profugus vbi Laurentem agrum tenuit, proximè Tiberis oſtia in eo litore opidum condi-
Troia op. dit, cui Troia nomen: vt in Hadriatici maris intimo ſinu Troiam vocarunt,

quem

quem primum locum egreſſus Antenor cum Henetis Troianiſq; occupauit. Cuius Venetæ Latinæque Troiæ noſtris temporibus planè nullum, niſi quod apud ſcriptores perſcriptũ exſtat, habemus monimentum: ſitus attamen Æneiæ huius Troiæ haut paullò certior eſt, quàm illius Antenoreæ; Æneam namque apud Tiberina oſtia in litore ſuam condidiſſe ſcriptores quicumque Troiæ iſtius meminerunt, affirmant. Oſtia autem Tiberina ſitum nihil mutarunt, manéntque adhuc reliquiæ Oſtiæ; quo nomine Romani vrbem faucibus Tiberis in mare deſinentis ſuperpoſitam appellarunt. Quæ vrbs à Latinis ſingulari ac plurali numero promiſcuè nominata, florente Romano imperio inprimis celebris, ornataque fuit cùm aliis pulcherrimis ædificiis, tum egregio portu, quem Claudius Imperator ſupra vlteriorem Tiberis ripam condidit, adſtruxitque, vt mea fert opinio, negotiatorum commodo ſubterraneas illas cellas, quas paſſim ſpectare datur. Vrbs etiam hac tempeſtate, quamquam priſci ſplendoris vix ſignum habeat, non inculta, permunitaque egregiè eſt Martini V. & Iulij II. Pont. Rom. impenſa. Nominis ratio quæ ſit, vulgo liquet; eſt quippe iuxta oſtium Tiberis fluuij, quo turbidus atque impetuoſus erumpit, poſt CL milliarium curſum, acceptoſque alueo ſuo duos & quadraginta amnes. Vnde Dionyſius Halicarnaſſæus: *qua*, inquit, *inter*

Oſtia.

Portus Claudij, *de quo Sueton. & Dio l. 60.*

Tiberis curſus & amnium influentium numerus.

l. 3.

inter flumen & mare locus in cubiti ſpeciem curuatur, opidum Ancus rex muniit, quod à re ipſam Oſtiam appellauit. Portum Claudius Auguſtus, vt retuli, adſtruxit, *circumducto*, ait Suetonius, *dextra ſiniſtraque*
c.20. *brachio, ad introitum profundo iam ſalo mole abiecta; quam quò ſtabilius fundaret, nauem antè demerſit, qua magnus obeliſcus ex*
l.16.c.40. *Ægypto fuerat aduectus*; *qua naue*, ſcribit Plinius, *nihil admirabilius viſum in mari*, vt cui C X X. millia modiûm lentis pro ſaburra fuerint; cuius longitudo magna ex parte obtinuerit ſpatium Oſtienſis portus; in qua abies conſpecta tantæ craſſitudinis, vt quattuor hominum complectentium vlnas compleret. Sed & congeſtis pilis Claudius referente eodem Suetonio, ſuperpoſuit altiſſimam turrim in exemplum Alexandrinæ phari, vt ad nocturnos ignes curſum nauigia dirigerent. Antequam hoc opus ordiretur, ſciſcitanti quanti ſumptus eius eſſent futuri, tantos reſponderunt architecti, quantos ipſe facere nollet, ſperantes impenſæ magnitudine auditâ eum à propoſito deſtiturum: ſed nihil deterritus
l.60. perfecit *rem magnanimitate ac potentia Romana dignam*, inquit Dio. Inuitauerat enim eum & operis vtilitas, quòd omne propemodum frumentum in vrbem nauigiis importandum eſſet, & loci opportunitas; nam *Tiberis oſtium non precluditur nec obturatur aggeſta è mari arena, quod multis etiam magnis fluuiis accidit, ſed perpetuò*

petuò nauibus eſt meabilis , ait Dionyſius. Cuius Portus fluminiſque commoda Procopius his verbis ampliùs deſcripſit: *Tiberis Romam egreſſus, vbi ad X V. ſtadia mari appropinquat, in duos ſc.ſſus alueos inſulam efficit, quam vocant Sacram. Hæc cum progrediente fluuio fit latior, ita vt tandem latitudinis menſura longitudinem ferè exæquet ſtadiorum X V. & vtrumque alueum in medio habeat. Nauigiorum autem cùm vtrinque ſit capax amnis, dextri aluei os in portum effunditur, ſupra quod opidum olim Romani in ripa amnis condiderunt, validiſſimo muro cinctum, quod Portum à re ipſa vocitant. Ad ſiniſtrum alueum ante alterum Tiberis os Oſtia ſita eſt in vlteriore ripa, vrbs quondam magni nominis: at nunc ſine mœnibus iacet. Viam igitur, quod ex Portu Romam fert, planam atque expeditam veteres ſtruxere Romani. Actuariæ autem naues magno numero data opera conſtitutæ ſunt in portu, bouéſque haut pauci proximè habentur parati. Negotiatores igitur quando nauibus in portum peruenerunt, exemptas inde merces in onerarias imponunt, perquè Tiberis flumen Romam deuehunt, velis quidem aut remis minimè vtentes: quando neque vento aliquo impelli nauigia poſſunt, nec remi; cùm amnis copioſus ac rapidus fluat, prodeſſe quidquam valent, cùm ſemper aduerſus flumen aſcendendum ſit: ſed funibus ex actuariis ad colla boum deligatis, ceu plauſtra Romam vſque pertrahunt. Ab altera verò amnis ripa, qua ab Oſtia Romam itur, ſilueſtris eſt via*

l. 1. bel. Goth.

Inſula Sacra.

Portus opidum Oſtiæ proximũ.

via ac parum culta, nec propinqua Tiberis ripæ, vt iuxta quam actuariæ naues nullæ ſurſum trahuntur. Hæc Oſtienſis Portus regionïſque facies Procopij ætate, hæc nauigationis ratio fuit. [Salinæ Oſtiẽſes.] Atque ornamenta quidem Portus & vrbis ædificia vetera vadis ruderibúſque ſepulta iacens: ſuperſunt in litore frequentes Salinæ, opus Anci Regis, cuius & vrbs ipſa; vti præter Dionyſium auctor eſt libri de Viris illuſtribus: *Ancus Marcius*, inquit, *Salinas ad vſum nauium publicauit: ſalinarum vectigali inſtituit. Oſtiam coloniam maritimis commeatibus opportunam in oſtia Tiberis deduxit.* Hæc de Oſtia & maritimis locis, quæ citra Tiberim in Latio ſunt: vltrà Pyrgi, Anio, Caſtrum Nouum, Grauiſcæ, Coſa, Telamon, Populonia, Cecina, Piſæ, Etruſca. & loca & nomina * erant Pomponij Melæ ætate, vt ipſe ſcribit: noſtra quædam retinent vetera nomina, quædam non exſtant, noſcuntur tamen, vbi ſita fuerint. Pyrgi primò, quos ab Oſtia diſſitos fuiſſe C C L X. ſtadia Strabo ſcripſit, fuere, vbi Ciuitas vetus eſt: nota nautis ac frequentata portus gratia. Sed hoc mihi cum omnibus ſcriptoribus non conſtat, quorum multi portum atque vrbem eſſe, vbi Centumcellæ olim fuerint, ſcribunt: Pyrgos citeriores fuiſſe eo loco, quem S. Marinellæ vocant, opido S. Seueræ finitimum. Anio vbi fuerit, nemo aperit: nec mihi facilis coniectatio, niſi Pomponium Melam hic quoque,

[* rectiùs *flumina.*]
[Pyrgi; fortè *Ciuità Vechia.*]
[*l. 5.*]
[*Vid. Blōd. Leand. Alb. Riccha de bibl. Vat. p. 242. Ortel. v. Centum cellæ.*]
[Centum cellæ.]
[S Marinellæ & S. Seueræ.]

quoque,vt alibi,corruptum,ac pro Anione reſcribendum Minionem,amnem quidem Latinis ſcriptoribus non incognitũ, ceterùm vlteriùs aliquando ac poſt Centum cellas in mare defluentem. Citra Cẽtum cellas ſeu Ciuitatem veterem quarto milliari Caſtrum Nouum fuit, fluctu & tempore abſumptum, ait Rutilius. Blondus verò eumque ſecuti ex Italis ſcriptoribus plures id locant in Corneti ſitu.ſi ita ſit; fuit in excelſo colle, diſtans à mari tribus millibus paſſuum, circa Tarquinios nobilitatam vrbem Tarquinij Priſci regno; cuius ruderibus auctum fuiſſe Cornetum exiſtimant. Grauiſcæ ipſæ quoque ſuæ in tumulo, & diſſitæ nonnihil à mari fuerunt, vbi loci Caſtellum Montis altj hodie conſpicitur. Coralium hac maris regione naſci iam olim ſcripſit Plinius: atque ita eſſe cottidie experiuntur piſcatores. Coſa circa Argentarium montem ſtetit ea ferme ora, qua oppidum *L'Anſedonia* ſitum eſt. Montis quamquam nulla, quod ſciam à Mela aut veteribus aliis ſcriptoribus, præterquam à Rutilio, mentio facta fuerit: meretur certè inter pauca Etruſci maris promontoria memorari. Arduus eſt vaſtúſque, & ad victum neceſſariis opibus adeo abundans, vt haut immeritò Iouius & Senenſis Ptolemæus dignum cenſeant locum, qui non vicatim à paucis, vt colitur, ſed à numeroſo populo in vnam ciuitatem contributo habitetur. Ampla fronte longè

Minio ♣.

Caſtrum Nouum.

Petrarc. in itin. Palæſt.

Grauiſcæ.

Coſa.

Mons Argẽtarius.

l.45. hiſt.

longè latéque explicatus in æquor, continenti anguſto iugo adhæret, abſcinditúrque propè à terris; ita bini ex aduerſo ſinus coëunt & pænè ſeſe contingunt. Citerior Portus Herculis iam olim vocatus, retinet hodiéque nomen: vlterior lacui ſimilior ab intimo opido lacus Orbetelli vocatur; cui Coſam adiacuiſſe Leander Albertus autumat; non probatus, quia Strabo Coſam in edito colle Portui Herculis ſuperſtantem deſcribit. Orbetellum verò humili ſitu ac pœnè inter ambientis ſtagni fauces demerſum eſt. Neſcio quàm verum ſit, quod quidam ſcripſere Coſæ ciues victos malis, quæ à muribus, acerrimis ſcilicet hoſtibus, ingentia accipiebant, victoribus patriam ceſſiſſe. Alludit ad rem Rutilius Claudius, non infimi æui carminíſve poëta:

Portus Herculis.

Orbetellum.

Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas,
Et deſolata mœnia fœda Coſa.
Ridiculam cladis pudet inter ſeria cauſſam
Promere: ſed riſum diſſimulare piget.
Dicuntur ciues quondam migrare coacti.
Muribus infeſtos deſeruiſſe lares.
Credere maluerim Pigmæa damna cohortis,
Et coniuratas in ſua bella grues.

Murium voracitas incredibilis.

Chalcidenſibus item mirè infeſtos fuiſſe mures, vt qui non modò omnis generis ſupellectilem lacerarent, ſed ferrum ipsũ arroderent: nec quieuiſſe antè, quàm populum

puſum vniuerſum ad mutandas ſedes adegiſſent, Heraclides Ponticus auctor eſt. Sequitur Telamonis Portus (fuit eius nominis Argonautarum princeps, qui portui nomen fecit) tum Caſtilonium ſupra maritimi lacus fauces poſitum opidum; quem lacum, Ortelio teſte, Antoninus Aprilis cognominat. Mox Etruriæ promontorium præteritur, ita vocatum à Catone, aut quiſquis hic auctor eſt, quòd Liguria Etruſca inde ſumpto initio Oſtiam vſque procurriſſet: aut quia Hetruria, quæ & Tuſcania, gentis caput haut procul abfuiſſet. Coram Etruriæ promontorium è Planaſia inſula vectum fuiſſe Clementem Agrippæ ſeruum magna molientem Tacitus auctor eſt; ni mauelis cum doctiſſimo Lipſio legere Coſam. Poſtea Troia inſula exiguo freto diremptum continentem ſpectans. Hinc intro refugientia litora &, vt molli circumflexu patulum ſinum amplexa fuerint, rurſus longè procurrentia in mare promontorium efficiunt; cui impoſitum opidum Plumbinum: elegans & tutum naturalibus munimentis, & valido Hiſpanorum præſidio; quorum in manu Etruriæ portus, ſi Liburnum excipias, omnes ſunt. Plumbinum veteres, vt quidam coniectant, Populinum nominarunt, id eſt paruam Populoniam: magna enim & mater, vt ex cuius ruderibus parua enata fuerit, tertio ſupra Plumbinum milliari ſtetit, conciditque ita, vt pretioſa tamen

l. de polit. Portus Telamonis. *Diodor. l. 4.* Caſtilionium. Lacus Aprilis ſeu Prilis, vel Prelius. *l. 2. annal.* Troia inſula. Plumbinum op. Populonia.

tamen veſtigia & magnificentia ſigna ſuperſint: quæ ſi videre non detur, at legere apud Leandrum Albertum licebit. Populonia, quæ & Populonium, vrbs maritima fuit, & quidem, vt cenſet Strabo, ſola ex omnibus antiquis Etruriæ vrbibus conſtructa ad mare, quia litus circa importuoſum: nam Pelaſgi Tyrrheni, qui Tyrrheniæ capita, hoc eſt principes XII. ciuitates condiderunt, ſedes reliquas longiùs à mari remouerunt, ne improuiſis piratarum deprædationibus expoſitæ forent: Populonium præterquam quod inacceſſum, ſublimi promontorio impoſuerunt, *prærupto atque in mare excurrenti, peninſulæ in ſpeciem*, vt idem Strabo deſcribit; & indicat iam ſua ætate id planè deſertum iacuiſſe, templis domibúſque paucis exceptis. Quale etiam vidit, aut potiùs non vidit Rutilius antea laudatus:

l. 5.

Agnoſci nequeunt aui monimenta prioris,
Grandia conſumpſit mœnia tempus edax,
Sola manent interceptis veſtigia muris,
Ruderibus latis tecta ſepulta iacent.
Non indignemur mortalia corpora ſolui,
Cernimus exemplis oppida poſſe mori.

Nauale. Portus hodie *Baratto.*

Ita Rutilius: at Strabo etiam ſuo æuo Nauale in portu ſubiecto conſtructum & frequentiùs habitatum fuiſſe teſtis eſt: ad hoc ſpeculam in promontorij iugo, ex qua thynni obſeruarentur; opidum

verò

verò ipſum Populonium eo vſque ſitu eminuiſſe, vt conſpici inde Sardia poſſet, procul quidem & ægrè, propiùs Corſica, ac multo magis Æthalia, quia continenti propior eſſet; vidiſſe ſe etiam, qui ferrum ex Æthalia aduectum elaborarent, quippe quod in inſula fornacibus liquari non poſſet, ideóque in continentem deferendum eſſet. Vnde Populonienſes ſemper ferri magis, quàm ceterarum rerum diuites habiti: & cùm reliqui huius oræ populi Conſulem Rom. pro copia ſuarum facultatum quique iuuiſſent, frumento Cærites, Tarquinienſes linteis in vela, Volaterrani armamentis nauium; Populonienſes ferrum obtulerunt. Ad decimum à Populonio milliare Vetulonij fuere, vrbs inter XII. Etruriæ præcipuas numerata; cuius rudera, quæ ſuperſunt, Vetuliam vocant. iuxta calidæ aquæ, ipſæ illæ, quêis Plinius piſces innaſci inter rara recenſuit. Inde Cecina, fluminis nomen & oſtium, prope ſalinas & vada Volaterrana, ita dicta, quòd cœnoſum hîc mare, & vix nauigiis tranſmittendis ſat profundus gurges ſit; eum, ſicubi profundior & nauibus vehendis aptus, infixis ſolo arboribus deſignant accolæ; quibus, ait Rutilius,

Æthalia inſula quæ & Ilua.

Vetulonij, iam Vetulis.

l. 2. c. 103.

Cecina fl.

Vada Volaterrana, vulgo *Vadi.*

———*Proceras mos eſt adnectere lauros,*
Conſpicuas ramis & fruticante coma.
Vt prabente algam denſi ſymplegade limi
Seruet inoffenſas ſemita clara notas.

A va

Portus Liburnus, Italis *Liuorno.*

A vadis iſtis Volaterranis ad Ligurnum vſque ſiue Labronem aut Liburnum (adeo variè appellant) portum M. P. XVII. & quia tot millibus paſſuum locus in Antonini Itinerario ad Herculem ſcriptus diſtat à vadis Volaterranis, veri admodum ſimile ſit Herculis, quem Labronem aliqui cognominant, in hoc litore fanum fuiſſe. Opidanos Liburnos in Italia nominat Zoſimus lib. 5 hiſtor. Hos enim naues quaſdam agiles admodum & expeditas ad certam formam initio fabricaſſe, Liburnas deinceps dictas. Ceterùm Portum nuper minùs frequentem Ferdinandus Medicæus Etruriæ Princeps munimentis circumcluſit, nec à ventorum magis, quàm hoſtium periculis tutiſſimum fecit. Anguſtæ eius fauces, itaque anguſtæ ſunt, vt non niſi ſingulæ naues introire queant: & ipſis faucibus impoſita valida arx, adiectúmque emporium nautarum commodo. Antea, vt dixi & reſidua ædificia monſtrant, infrequens locus & vicus ignobilis erat, damnatus grauitate aëris, quem propinquæ paludes peſtilentem exſpirabant: at nupèr Mediceus & auxit formam loci nouo opido adſtructo, & paludes alias ſiccauit, alias diſſipatas riuis extinxit, vt Liuij vtar phraſi; plurimum aquarum in foſſam collegit, quam

45. à Portu Piſas vſque, quod ſexdecim millium interuallum eſt, perduxit, vt nauigiis quoque comportari vltro citróque merces poſſent, impendio paruo, compendio ſummo.

Opera & beneficia M. Ducis Ferdinādi in hūc locum.

ſummo. Ita noxius pulſus aër, & ad amplitudinem eam frequentiámque perdu-ctus Portus eſt, optimi Principis ſtudio, vt nautæ mercatoréſque nulli ex omnibus, qui per Italiæ litora ſunt, eum poſt-habeant. Itaque audias diſſonis diuerſarum gentium clamoribus reboare propè ſemper: videas nautarum alibi agmina, alibi inſtitorum, alibi milítum cateruas, partim in præſidio opidi locatorum, partim in claſſem ſcriptorum: præterea mancipiorum incredibilem multitudinem catenis, quas geſtant, perſtrepentem. Ex his plurimi Turcæ incurſionibus, quas in hoſtiles terras mariáque Princeps frequenter facit, excepti: quidam etiam Æthiopes, & indigenæ haut pauci, criminum pœnam in vinculis luentes ſanè grauem, cùm, quàm ipſi Turcæ, aſperiùs multo habeantur: illorum enim plurimis permiſſum negotiari victualia emendo vendendóque cum lucro: ſed & exercere opificia, quorum quiſque peritus eſt. Quare videas alios in publico capillos tondere, radere barbam: alios conſuere calceos: alios caſeum, carnem, ceteráſque victui neceſſarias res in compedibus circumferre venales; ita corradere pecuniolam ad vitæ ſuſtentationem libertatíſque redemptionem; quoſdam etiam miſeriarum & patriæ religionis oblitos celebrare hilariter Bacchum, inde temulentos iurgiis inter ſe & verbis, qualia vinum format, contendere, colludere

Mercatorum militum & nautarum in hoc Portu frequentia.

Mancipiorum negotiationes.

& ſubinde compotationes.

alios; plurimos, quos mala ſors premit, catenis colligatos trahere vehicula cum ingenti per opidum ſonitu, comportare onera, nauticâque alia miniſteria obire; quibus operibus, & ſæpè verberibus, miſeri cùm per diem fatigati fuerint, ſub veſperam in carcerem arcis in modum emunitum à magiſtro, tamquam à paſtore pecudes, reducuntur. Hæc tibi ſpectaculo, ſpectator, erunt, varia humanæ ſortis exempla, varia ingenia, varij mores, quos in tot gentium colluuie naſci opus eſt. Sunt & alia, quæ cum voluptate ſpectes: templum maximè recentis atque elegantis ſtructuræ in ampliſſima ſitum area, quam vtrimque veſtiunt æquales & pictæ ædes; quo genere ornamenti ſcatet opidum. Ceterùm ſi ſpectandi tibi deſiderium tantum ſit, vt tantuli opidi operibus expleri nequeat, indicabo in proximo geminas vrbes, inclytas fama atque operibus, non ſpectatu modò, ſed ſumma admiratione dignis: Piſas inquam, ac Lucam, & propter breuitatem interualli, quo diſtant, & commoditatem itineris, qua adiri poſſunt, & famam, qua celebrantur, prorſus peruidendas.

Templű foro imminens.

ædes pictæ conſimili forma.

PISÆ

PISÆ.

QVis in hiſtoriis vel mediocriter verſatus non putet viſendam ſibi eſſe vrbem illam, cuius tantæ opes réſque geſtæ referuntur iam inde à Romanis ſcriptoribus; quæ Ligures contudit, Sardiniam cepit, Carthaginem ſubiugauit, regem captiuum ad Romanum Pontificem pertraxit, Panormum Siciliæ nobiliſſimam vrbem Saracenis eripuit, Genuenſes maritimis viribus præpollentes eodem genere belli pluries fregit, Maioricæ Regem Saracenum in prælio occidit, vxorem eius filiúmque cepit, mox in regnum repoſuit; quadraginta nauium claſſe Almericum Hieroſolymorum Regem iuuit, cum Florentinis pertinaciſſimè bellauit; à quibus tandem expugnata ita corruit, vt ni manum porrexiſſet Ferdinandus Medicæus, reſurrectura nunquam fuerit. Surrexit adiuta ope Principis; cuius humanitate reuocati ſunt plurimi ciues, qui ipſi ſibi exilium cõſciuerant, vt ab tacentis patriæ conſpectu abeſſent. Eiuſdem munificentia allecti clariſſimi Doctores reſtituerunt litteras in priſtinum vigorẽ honorémque. Equeſtris ab eodẽ ordo amplificatus, qui Piſis ſedet, mirũ quantũ ad frequentiã ſplendorẽq; loci cõferat, referátq; haut vanã ſpeciem Martiæ quondam vrbis. Hi Equites

De vrbis origine ac vetuſtate extat tabula apud Schrader. Seruius ad 1. & 10. Æneid. Dion. Halicar. l. 1. Strabo l. 5.
Piſanorũ res geſtæ. *vid. Leonar. Aretin. S. Antonin. Sabell. Volater. Blond.*

Vrbis reſtaurator Ferd. Medices.

Ordo militaris Equitum S. Stephani.

D. Stephani Martyris atque Pontificis nomen gerunt: viri natalibus illuſtres, inſignes plurimis terra marique aduerſus Chriſtianæ fidei hoſtes geſtis rebus. nec ferme hac tempeſtate alius ordo eſt, qui pluribus cladibus Turcas vexet: & adſunt opes, vt poſſit. Inſigne ferunt rubeam crucem. nubere ipſis per religionem licet, nec pauci tamen abſtinent vltrò iugalibus vinculis, vt rem militarem colere liberiùs poſſint. Huic ab ſe inſtituto Ordini, vt Piſis frequens eſſet, Medicæi Heroës ſuperbum Palatiū erexerunt, cum auguſto in vicinia templo: cuius frons operta marmoribus, laquearia inaurata diſtinctáque tabellis ſunt, in quibus eximia Ordinis decora, expreſſa venuſtiſſimis picturis oſtentantur: certiora tamen longè & illuſtriora teſtimonia bellicæ virtutis ſunt toto circumcirca templo ſuſpenſa vexilla, ac trophæa victrici manu Turcis erepta. Sed vt ad Ferdinandum reuertar, cui bene merito Deus Etruriæ imperium à multis annis ad hanc vſque diem voluit eſſe: cuius benignitate ciuium numerus creuit, & litteræ & arma vigent, naualis res tantum incrementum ſumpſit, vt repoſita in antiquum Etruſci maris imperium Piſana vrbs videatur: nam cæteræ quidem Etruriæ vrbes naues nec habent, nec deſiderant: potentiſſimæ enim mediterraneæ ſunt: Piſis naſcitur, quidquid ferme nauium Etruſca arma formidāda barbaris hoſtibus gerit.

Eorum habitus & inſtitutum.

Palatium Equitum & Templum S. Stephani.

Nec

Neç nego in Liburno Portu multa fabricari: ſed meritò ſilēdum eſt opidum præ tanta vrbe.: & Piſana naualia ampliora inſtructioráque ſunt, adeoque formandæ claſſi aptiora. Alluit propè Arnus fluuius, in quem demitti, deuehíque in propinquum mare naues poſſunt. Ad id fabrorum ſeruorúmque haut exiguus numerus alitur; quorum alij compedibus vincti cædunt arbores: alij marmora ſecant, & ſecta poliunt, futura ædificiorum ac templorum, quæ alibi atque alibi Magnus Princeps exſtruit, ornamenta. Vt alia taceam, Piſano templo ſuperioribus annis incendio corrupto pro ea beneuolentia, qua complectitur vrbem, reddit priſtinā faciem grauiſſimis ſanè ſuis impenſis, quas tantum opus poſtulat. Cetera quidem nondum perfecta: at Organum recens concinnatum, ſitúmque conſpicuo in loco, profectò conſpiciendum: ita vaſtum eſt: ita fulget auro. Sacerdotum loca, quæ templi caput occupant, incluſa marmoribus ſunt venuſtè teſſellatis, intráque eà columna porphyretica viſitur à magnitudine & capitulo, quod è Pario marmore pulcherrimè exſculptum eſt, celebrata. Corpus ipſum brachiáque templi ſuſtinet duplex columnarum ordo, ſupra quas per totum templum ducitur porticus, vnde deſpectari, ſpectaríque res diuina poteſt. In lateribus vtriſque ſita ſunt altaria variis marmoribus ſtatuíſque exornata. Exſtat etiam

Naualia.

Arnus fluuius vrbem perluens.

Templū principale.

Templi interna ſpecies & ornamenta.

inſertū parieti anteriores iuxta fores cenotaphium Henrici VII.Imperatoris,pro temporum illorum more, arte & magnificentia magna conſtructum ex marmore; nam & viuus hic Imp. non minùs in Piſanos beneficus extitit, inſtituto apud eos Academiæ gymnaſio, quod adhuc temporis floret. Subſellia in templo paſſim locata, verſicoloribus teſſellis picta, pauimentum marmoreis tabellis conſtratum: quod verò ſub Tholo iacet, minutis lapillis eleganti ratione teſſellatum. Fores æreæ ſunt, fuſis ex eodem metallo ſtatuis ornatæ. Frons templi, vt ferme omnium, quæ Piſis ſunt, columnata. Tectum plumbeum, plumbeíſque item laminis media teſtudo obtecta. Quid multis? ſecundum Florentinos atque Senenſes celeberrimi Etruſcorum Piſani, vt ceteris duorum illorum populorum gloriam æmulati fuere, ita in diuini cultus magnificentia oſtentationéque opum ſuperari ſe non tulerunt. Habent namque templum, quod non Senenſi, non Florentino inferius ſit: appendices verò eius ſi iungas, propè exſuperet. Hinc turris, vt pretium taceam, rariſſimo artificio ita exſtructa atque inclinata eſt, vt cadere videatur, numquam caſura. Circumcingunt eam ab imo ad ſummum ſepteni columnarum ordines, & ipſi obliquè pendentes, cum ſingulis oſtiis, quibus exiri, ambiríque per columnarum illos gyros extrinſecùs turris queat. colūnas quilibet ordo

Henrici VII. Imp. monumentum.

Turris vulgò Campanile.

ordo triginta habet: ſed ſummus, quàm ceteri, anguſtior indicat architectum totum opus voluiſſe in faſtigium contrahere, nec procul fine abfuiſſe. vt vt aliqui perfectum exiſtiment, ſymmetriæ ratio certè caput tectúmque deſiderat,quę ſuperimpoſuiſſet vtique artifex, ſi vita aut otium fuiſſet. Mortui immortalitati inter alios ſcriptores & me ipſum pro virili conſuluiſſe iuuabit,eo magis,quòd dũ memoriam eius conſeruare ſtudeo, Germaniæ noſtræ gloriam augeo: apud nos enim natus in vrbe OEniponti, Ioannes nomine (cognomen ignoramus) operis auctor,quo an magis Piſana an OEnipontana ciuitas iactare ſe poſſit,incertũ eſt. Vt verò, quod cœpi,proſequar, hinc turris hactenus deſcripta: inde D. Ioannis fanum eſt, ſphæricum &,vti templum ac turris, è candido marmore fabricatum, partémque eam, quæ ſub adſpectum cadit, plumbo tectũ. Celebratur in eo Chorus,& ſuggeſtum à pretio lapidum.Propè cœmeterium eſt porticu marmoribus pauimentata ſeptum, & pulcherrimis imaginibus illuſtratum; longum pedes CCCCLXXXVI.latum CLX.Terrã,in quam mortui ciues,intra quartam ac vigeſimam horam oſſium tenus conſumendi,cõduntur, aduectam Hieroſolymis ferunt, etenim Friderico Ænobarbo ad liberandam Palæſtinam proficiſcenti quinquaginta triremes Piſani ſubſidio miſerant: vt verò flumine merſus Imperator periit,

Turris huius architectus Germanus.

Templũ D. Ioannis.

Cœmeteriũ vulgo Campus Sanctus.

arena in id Hieroſolymis petita.

Phil. Decij ſepulchrum & laus.

Piſani opimæ prædę inſtar arenam ex ſacro ſolo retulerunt; quæ inſtrata cœmeterio cauſſa fuit, vt *Campus ſanctus* diceretur, dicaturque hodie etiam. Monumẽtum inibi Philippi Decij eſt, quod viuens ſibi fieri curauit, ne poſteris crederet, vt titulus perhibet: celeberrimus I. C. primũ inter ciuilis atq; Canonici Iuris interpretes in Piſana, Senenſi, Florentina, Patauina, Ticinenſi academiis, ſed & in Gallia locũ adeptus, inde conſtituto à Florentinis mille ac quingentorum aureorũ annuo ſtipendio reuocatus Piſas, in eâdem vrbe diem obiit, & conditus ſepulchro fuit, quod dixi. Neque tacere poſſum vas marmoreum pluribus ſimulacris inſculptum, quod ad latus templi colũnæ ophiticæ impoſitum ſpectatur. fuit, vt ſubſcriptus titulus refert, menſura tributi quod Cæſari olim tributaria ciuitas pendebat. Iam profanæ ædes ſat elegantes: ac paucæ pro ſpatio vrbis, cuius magnam partem campi & horti occupant. Supra ripam Arni eminet magni Ducis Palatium, ante quod optimè de ſe merito Principi grati ciues marmoream ſtatuam erexerunt. E regione ſupra fluminis vlteriorem ripam ædicula monſtratur, marmoribus incruſtata, quam pauperculus pedibus æger, ibi loci ſolitus mendicare, ex ſtipe corrogata condi iuſſerit teſtamento; eius eſſe inquiunt illam effigiem viri, quæ ex marmore ſculpta ſpectatur. Porrò profana inter ædificia magnificæ

Menſura tributi veteris marmorea.

Palatium M. Ducis Aedicula ex emendicata ſtipe conſtructa.

ficæ ſtructuræ Studioſorum ædes ſunt, quæ Bartoli Iuris Conſultorum coryphæi fuerant, nuper à Magno Duce reſtauratæ: amantiſſimo Principe bonorum ſiue hominum ſiue artium, cupientiſſimo item erogandę per honeſta pecuniæ. Teſtis eſt hæc vrbs ciuibus aucta, ornata plurimis ædificiis, armorum litterarúmque ſtudiis exculta, maximis Ferdinandi Ducis ſumptibus, maximâ liberalitate. Teſtes ſunt Medicinæ ſtudioſi, donati amœniſſimis hortis, quos, vt titulus eſt, *Ferdinandus Medices Magnus Dux Etruriæ III. quò adoleſcentes ſtudioſis paratum habeant locum, in quo fructuũ herbarúmq; facultates & naturas pernoſcant, inſtruendos curauit, domúmque ſuâ pecunia emptam & inſtauratam adiunxit, per quam eis ingredi cupientibus aditum patere voluit, anno MDXCV.* Cæterùm ſic ſita vrbs eſt: media ſecatur ab Arno fluuio: in latiſſima amœniſſimaque planitie, habet à Septemtrione montes, quibus à Luca dirimitur, & ex aduerſo vtcumque celſum tumulum, è circumiacentibus vndique campis ſurgentem. Ad radices montium, quos Lucam interiacere dixi, Thermæ ſunt, capiti in primis ſalubres. Atque hæ ſunt illæ Piſanorum aquæ calidæ, quibus ranas innaſci Plinius admiratus eſt. Ex montium, quos dixi, ſummo cacumine licet hinc Piſas ſpectare & Etruſcum mare argenteo æquore ſtratum: inde in infima valle iacentem Lucam.

Studioſorum ædes, quondã Bartoli.

Horti Medicei.

Situs veteris Piſarum.

Aquæ calidæ Piſanorum. *l.2.c.63.*

LVCA.

EST hæc vrbs, ſi ambitum conſideres, parua: ſed ædificiis populoque frequens; ſita in Etruria quidem, attamen extra Ducis ditionem. Libertatem intrepidè, cautè tamen tuetur; nec laceſſit nimio plus, quàm ſatis ſibi tutū ſit, potentes accolas: nec quibus vltrò laceſſentes reprimat animis viribúſque deſtituta eſt. Muros habet lateritios, & alicubi lapideos; hos ſuperaſſe ex Langobardico regno arbitror. certè Deſiderius vltimus Rex Lucam quadratis ſaxis cinxiſſe ſcribitur. Intra muros aggeſtus ad parem altitudinē agger vrbem ambit, per quem iucundiſſima deambulatio eſt, inſitæ enim arbores vmbram præbent, Propugnacula crebra & tormentis inſtructa, & occultis meatibus peruia ſunt. Adhæc foſſa claudit vrbem, cæteráque ita comparata ſunt, vt merito pro munitiſſima habeatur. Sita eſt in pingui planitie proximè Serchium amnem, & præaltis montibus propè circumcingitur: nec valida operibus tantùm eſt, ſed præſidio quoq; * cuius pars ad portas excubat: pars Curiā obtinet. Curia ſiue Senatus domicilium amplum iuxtà ac ſuperbum. Propè in ſplendidis quoq; ædibus habitat Iudex, cui (iubet enim hoc quoque ſcribere) in publicum prodeunti puer

Mœnia ſaxea à Langobardis ſtructa. *Schott. 1 p. itin. Ital.*

Reliqua vrbis munimenta.

Serchius fl. olim Auſer.

* ita Front l. 3. ſtrat. c. 2. de Luca, *oppidum Ligurum,* inquit, *ſitu non tantùm & operibus verùm etiam præſtantia propugnatorum.*

puer gladium in rubea vagina reconditum præfert; antecedunt gemini apparitores, rubeis item palliis amicti. Neq; hoc porrò tacendum eſt, quod auctor Theſauri Politici refert Lucẽſes ad iudicia de rebus & litibus grauiſſimis ferenda tres Iuriſconſultos exteros, oriūdóſque procul vrbe non minus quinquaginta millibus paſſuũ adhibere ſolitos: eodémq; conſilio Florentinos olim peregrinis iudicibus vti maluiſſe, qui ſcilicet notorum familiarium que & neceſſariorum ſtudiis magis ſoluti, neque amore neque odio in alterutram partem flecterentur. Iam religionis ſtudium (quod Lucenſes, quàm numquam in poſtremis habuerint, indicio eſt, quòd primi ex omnibus Etruriæ populis amplexi Chriſtiana ſacra fuêre) teſtantur templa vrbis, pleraque vetuſta, nec tamen carentia ornamentis, quà operis, quà materiæ. Primarium columnis marmoreis circumcinctum ad veteris architecturæ normam: in frontis faſtigio ſtatuam Archangeli, inſigne templi gerit; principi enim Angelorum Michaëli ſacratum eſt. Memorabile item S. Fridiani templum Richardi monumento eſt, qui vt liberior Apoſtolorũ limina viſere poſſet, abdicauit ſe regno (regnabat autem apud Angelos) profectúſque Romam in itinere obiit Lucæ. Epitaphium rude, vt tunc ingenia erant, nec tacendũ tamẽ eſt:

Hic Rex Richard⁹ requieſcit ſcepterifer alm⁹.
Rex fuit Anglorũ, regnũ tenet iſte polorum.

Curia Lucenſis, Prætoris domus, publica inſignia.

In Rotæ Lucenſis iudicio conſiliarij externi.

Lucenſes inter Chriſtianos primi.

Baſilica maior S. Michaëlis.

Templũ S. Fridiani;

in quo ſepulchrũ S. Richardi regis Angliæ.

Regnum dimiſit, pro Chriſto cuncta reliquit.
Ergo Rirchardum nobis dedit Anglia Sanctum.
Hic genitor Sanctæ VValburgæ Virginis almæ,
Eſt Vuillebaldi Sancti ſimul, & Vinebaldi.
Suffragium quorum nobis det regna polorum.

Templũ S.Crucis, Superbum item D.Crucis fanum eſt, nixum immanibus pilis, conſtratum marmore, ornatum pretioſis ciuium donariis, & aurea Cruce magni ponderis; dudum æſtimatâ X V. M. aureorum nummum. Sed habent Lucenſes præmium pietatis ſuæ, effigiem Chriſti crucifixi, quam, ſiue ad viuum expreſſa ſit, ſiue ita creditum, approbat certè DEVS cottidianis muneribus, quibus ſuos cultores afficit. Nuper Cornelius Curtius Eremita libello de Clauis Chriſti effigiem iſthanc in cedrino ligno à Nicodemo Chriſti diſcipulo efformatã poſt plures aſſeruit; quem ipſum audi, quia forma imaginis vix videtur veriùs calamo depingi poſſe. *Obſeruandum*, inquit, *eſt in hoc ſculptili repræſentari Chriſtum quaſi iam modo cruci affixũ, viuum adhuc & nihil mortalis palloris indutũ Barba, vt & caſaries, auellanæ calorem imbibiſſe videtur; non protenſa, ſed in duas quaſi pithagoreas ſe diuidens ſemitas. Nuditatem eius defendit veſtis anthracina manuleata, ex Serum lana; fimbrias*

insignitum Cruce & in ea fixi Chriſti effigie à Nicodemo ſculpta.

ſimbrias & eam partem, quæ infrà vmbilicum eſt vſque ad talos, Phrygia acu diſtinctũm aurum eleganter commendat. Cingulo quoque eadem ars pretium facit. Corona porrò ex puro putóque auro eſt, tanto Rege digna. Supra ipſam elementa hæc Græca A. & Ω. Imò & calceatus hic pendet Chriſtus: calcei autem argentei ſunt aureis laminis incruſtati, de quibus rarum eſt, quod ſcribitur. Paupertinus erat aliquis ad extremas incitas redactus, qui vt ne periret, Seruatorem rogauit ſupplex penuriæ ſuæ magnæ paruum adminiculum. Ad preces illius imago aut potiùs Chriſtus in imagine ſe reclinauit, & mendiculo huic dexterum obiécit calceum, tamquam miſeriæ ſuæ leuamen. Cum theſauro iſto iam abituriebat homo: ſed æditimi rei nouitatem admirati calceum redemerunt, tantúmque auri in eius ſinum congeſſerunt, quantum ſatis eſſet ad pretium calcei æquãdum. Ille autem adaptari in hanc vſque diẽ non potuit: ſed calice ſuppoſito fulcitur. Hæc de Piſis & Luca. Genuam nunc adeamus; cuius & nomen auditum inuitat, & trahit ad ſe viatorem. Sed num mari an terra: in tuo id arbitrio ponam hoſpes: elige, vtrũ placuerit iter. cùm verò ad Erycis caſtellum ferme in media ſitum via perueneris, neceſſitas te ab equo in nauim aget. Quæ illa tandem? an circumfuſum mare inſulam efficit? non id quidem; in continenti ſita eſt Genua: ſed altiſſimi atque aſperrimi montes intercludunt terreſtre iter, quos ſine labore periculóque multo ſuperare

ſuperare nequeas. Igitur crede Neptuno, non, quàm vulgò putatur, ſæuus ac ferox eſt; & bonis auibus, etiam bono remigio inſtructam conſcende nauim. Ericis caſtellum, quod dixi, nominis ac ſtructuræ recentioris eſt, vt cuius apud Latinos ſcriptores, quotquot Caroli M. imperio priores ſunt, planè nulla mentio: crebra autem in hoc locorum ſitu tam Lunæ vrbis, quàm Portus & Promontorij Lunenſis. quo argumento colligunt geographi noſtri eruditiores Lunam non alibi fuiſſe, quàm vbi Ericis iſtud caſtellum eſt. Luna vrbs multis nominibus celebrata: vetuſtate primùm, quia ante Troianum bellum à Græcis condita nuncupataque Selene; ita enim Græci Lunam cæleſtem vocant. tum à vini præſtantia, Lunenſe enim inter Etruriæ vina palmam habebat: præſtabant item Lunenſes caſei magnitudine inter omnes, vt qui ad ſingula millia pondo premerentur, referente Plinio. Sed ad luxum ſumptúſque ædificiorum nuſquam largior materies, quàm in Lunenſibus lapicidinis: *ceduntur enim*, inquit Strabo, *hic lapides albi & diſcolores ad cæruleum vergente ſpecie, magno numero & mole, vt etiam columnæ ac grandes tabulæ vnico conſtent lapide. itaque pleraque egregiorum operum, quæ Romæ & aliis in vrbibus viſuntur, materiam habent inde petitam.* Niuea hæc metalla Silius vocat & adſcribit Lunæ; quæ candoris erant adeo excellentis, vt Parium quoque marmor vince

[Margin notes: Ericis caſtellum. / hic olim Luna vrbs. / *Strabo l.5.* / *Plin. l.14. c.6.* / *l.11. c.42.* / Marmor Lunenſe. / *l.8.* / *Plin. l.36. c.5.*]

vincerent. Cuncta hæc, quæ memoraui, claram celebrémque vrbem reddiderunt: at caſus eius & interitus iam inſignis fuit, vt ob id poſteritati commendanda maximè ſit, quòd tam miſerabilem finem habuit. Ergo & ego eum, vt à Crantzio deſcribitur, iiſdem ferè verbis recenſebo Anno Chriſti DCCCLVI. Normannorum claſſis Italiam petens primam vrbem Lunam habuit in conſpectu. Ibi cùm Romam ſe videre putarent, Haddingus Dux æſtuans deſiderio vrbis rerum dominæ euertendæ miſit legatos, qui à Lunenſibus commeatum & hoſpitium peterent, ſimul etiam prætexerent principis ſui morbum & votum, vt ante obitum Chriſtianis ſacris initiari poſſet. Legati benignè accepti auditíque; mox inſtructis rebus omnibus Dux Haddingus morbum ſimulans, ſcipioni innixus vrbem iniit, præeunte nobilium iuuenum agmine, comitantibus militum præfectis. Deductis in templum ſolenni ritu ſacris initiatus eſt; ſimul ſpeculatus opportuna vrbis & ſimulans ingraueſcentem morbum, manibus famulorum ad naues referri voluit. Poſtridie ſpargitur fama mortuum Principem, & hoc vltimis votis expetiiſſe, vt in templo vrbis ſepeliretur, eam ob rem ingentia Eccleſiæ dona legaſſe, arma & equum & gemmas & auri plurimum. Simulatur tota claſſe luctus; Lunenſes iuſta funebria regio more apparant; Haddingus armatus

Lunæ vrbis interitus memorabilis.

armatus feretro imponitur; ſubſequitur exercitus vniuerſus; Pontifex ſacris accinctus rem diuinam ordiri parabat; ſtatuitur in templo feretrum, detrahitur inſtratum tegumentum. Haddingus armatur exſurgit, dat ſignum militibus, & primus in ciues adſtantes ſtricto gladio impetum facit. Nec ſegniùs milites cædunt fugantque inermes, plurimos captiuos in naues abducunt, diripiunt ac poſtremò vrbem incendunt: tum graues præda in Franciam reuerſi, inito cum Rege Francorum fœdere, eam regionem habitandam accepere, quæ poſtea Normannia appellata eſt. De cetero locis illis, vbi Luna ſtetit occiditque, ſinus maris ſeu Portus Lunari figura circumfunditur, vnde & vrbi nomen,

——— *quo non ſpatioſior alter*
Innumeras cepiſſe rates, & claudere Pontum;

complures, ait Strabo, *intra ſe includens portus, omnes prope litus profundos, quales omnino conueniebat eſſe receptaculum hominum tanti maris tanto tempore dominium obtinentium* (Etruſcos intelligit) *cingitur autem Portus altis montibus, vnde maria proſpiciuntur, & Sardinia, & litoris vtrimque magna pars.* Eum obiecta inſula ab Auſtro Africóque tutatur, ſinuantque multiplices ac tortuoſi flexus, Straboni tot portus dicti. Sinus omnis in longum ac latum quinque millia paſſuum porrigitur: in cuius intimo receſſu opidum Spetia

Plin. l. 36. c. 5.
Portus Lunenſis.
Silius l. 8.

Spetia portui citeriori (qui olim Lunenſis) Spetiæ nomen fecit. Vlterior Ptolemæo & antiquis Itinerariis Portus Veneris dictus hodiéque nomen ſeruat. E Spetiæ ſinu in altum prouectus adſpicies procul vaſtos in mare exporrectos montes, quos Plinius Delphini promontoriũ: vulgus autem detrita prima ſyllaba *Capo Fino* nominat. In hoc litore vſque ad Portum Delphini idẽ Plinius & Tabula Itineraria vetus ſequentia loca conſtituunt: Ad Monilia, vici nomen hodie *Moneglia* vocati. Inde Segeſta Tiguliorum: tum ipſa Tigulia. Nominis ſimilitudo Blondo atque aliis impoſuit, vt crederent Segeſtam eſſe opidum maritimum V. M. P. à Monilibus diſtans, *Seſtri* vulgo dictum: quoniam verò Plinius in oræ huius Liguſticæ deſcriptione Tiguliam Portui Delphini ſubiicit, Segeſtam autem intus locat, id eſt longiùs ab extimo litorum margine remotam: magis eſt, vt cenſeam ruinas illas ædificiorum, quæ ad ſecundum à Seſtrio lapidem introrſus conſpiciuntur, Segeſtæ reliquias: Seſtrium verò ipſam Tiguliam eſſe. Tigulia olim non opido tantùm, ſed & præfluenti amni commune nomen. cuius oſtium excipis alterum confluentium Entellæ & Laboniæ, vulgò *Lauagna*. Vltra Delphinos (ſic Antoninus promontorium indigitat) Ricina vicus, iam *Recco*. Tandem oſtium Pliniani Feritoris, qui propè ipſis Genuæ mœnibus alluit; *Biſagno* vocatus.

Spetia op. vnde Portus Spetiæ.
Portus Veneris.
Promontorium Delphini. l. 3. c. 5.
Moneglia olim. Ad Monilia.
Seſtri, olim Tigulia.
Segeſtæ ſitus & rudera.
Tigulia, Entella Labonia fluuij.
Ricina, iam *Recco*.
Feritor fl. vulgo *Biſagno*.

vocatus. Genua Delphini portu abeſt circiter M. P. XVII. Litorum verò, quæcumque hac nauigatione raduntur, facies eiuſmodi eſt, vt eminus quidem adſpicientibus Liguſtica præſertim ora, quia montoſa, ſterilis atque inculta videatur; quamquam ſit paſſim felix glebæ, vini fructuumque optimorum ferax, ac proinde frequens & perornata ſuperbiſſimis Genuenſium ciuium villis, ſiue, vt Iuſtiniani noſtri verbo vtar, proaſtiis.

Macra fl. Etruriæ & Liguriæ terminus.

Etruſci litoris montes, qui ſcilicet vltra Macræ fluminis oſtium promontorio Lunenſi conterminum ſpectantur, minus fœcundi ſunt, ardui, aſperi, horridi nebulis pænè perpetuis: ſed hi in longum haut ita porrecti, vt Liguſtici; campeſtris enim eſt pleraque Etruriæ ora, vnde illa frumenti vis ingens, quam Senenſis litora ferunt. Sed de Etruria antea ſatis: nunc Liguriam & Liguriæ caput Genuam ſumamus.

GENVA.

GENVA.

Nihil attinet de vetuſtate vrbis dicere, Punico enim bello, quod Romanis Hannibal intulit, iam magna ac clara fuit, capta atque euerſa à Magone Hannibalis fratre, reſtaurata deinde à Romanis Spurij Lucretij opera. Nomen indidit ei Ianus antiquiſſimus Italiæ incola; ſeu, vt alij ſcribunt, Genuinus Phaëtontis filius: ſiue, vt quidam, Genuus Saturno genitus; vel, vt opinatur non nemo, à figura ipſa, quæ humani genu curuaturam imitatur, Genua nuncupari cœpit. Sita eſt, vndecumque acceperit nomen, in imminentibus mari tumulis, quibus altiſſimi & nudis cacuminibus ſteriles montes impendent, arcéntque noxios Aquilonis flatus. Ipſa nitet exculta ædificiis ad inuidiam vſque ſuperbis: ceterùm anguſtis impedita viis. Portum habet longè ampliſſimum, hinc valido aggere vltra DC. paſſus per vndans æquor producto, grauiſſimis impenſis munitum: inde tectum prealtis montibus, qui promontorij inſtar longè in mare excurrunt. In capite pharus ſtat, id eſt altiſſima turris, nocturnū lumen errantibus per altum nauibus præbens. Difficile eſt explicatu, quantum voluptatis capiat, qui Portum ſtudioſè inſpexerit, pulcherrimis ædifi

Liu. 28. & 30.

Hinc Ianuæ nomen fictum.

Vrbis ſitus.

Portus; & ad eũ agger ſumptuoſiſſimi operis, vulgo il Molo. Promontorium; & in eo pharus.

ædificiis,quæ bona vrbis pars ſunt, propè circumcinctum: quorum alia ſuperincumbentia aliis, vt ſupra ſurgentes montium cliuos iacent, Theatri gradibus ſuis euecti ſpeciem præbent. Omnium ampliſſimum eſt Principis Auriæ Palatium, ab imo litore ad montium cacumen vſque pertingens, diuiſúmque hac ratione. Infimo loco ita, vt mare contingat, porticus eſt mundo pauimento ſtrata, clauſa columellis, proſpectum ad Portum præbens iucundiſſimum. inde quod ad ædes vſque ſpatij eſt, amœniſſimi horti occupant; in quorum medio fons ſcaturit è niueo marmore ſimulacra Neptuni & aquilarum, quæ Auriæ familiæ inſignia ſunt, gerens. circumlocata ſunt è ſimili marmore ſedilia. Ad latus auiarium adſpicies cupreis retibus clauſum, captarúmque in eo auium & ſemper virentiũ arborum copiam. Ædes ipſæ ſuperbiſſimæ ſunt, regio luxu. Muro in viam publicam vergenti inſcripti ſunt Hiſpanici Italicique verſus, quibus herus teſtatur ſe per DEI & Regis (Hiſpani puta) gratiam nihil in domo ſua habere aliunde commodato acceptum. Neque hoc vt vanus opũ oſtentator Auria ſcripſit, ſed vt calumniatorem obtrectatorémque fortunarum ſuarum Hiſpanum confunderet. Fuiſſe dicitur Mediolani Gubernator, qui Reginæ è Germania Hiſpaniam petenti ac proximè Mediolano in Liguriam tranſituræ: Genuam, inquit, cum veneris, regio quidem

Portus figura & ambitus theatralis.

Palatium Auriæ.

Horti iuxta Palatium.

Hiſpani obtrectatio acutè cõfutata.

quidem luxu te hoſpes Auria accipiet: vaſa erunt gemmea, aurea, argentea, nec pretio magis, quàm numero admiranda: ſupellex denique omnis regia & te digna proferetur: ſed erunt illa oſtentationis gratia à ciuibus cunctis conquiſita, & quidquid tota vrbe opum eſt, vnus tanquã proprium tibi vendicabit. Reſciuit hæc dicta Princeps Auria, & ſcriptis in publico illis, qui exſtant, verſibus confutauit. Pone Palatium, quod inhabitat, voluptuariæ ædes ſunt, & horti pulcherrima ratione per montis cliuos extenſi, marmoreis columnis teſtudines & arcus è virgultis opere topiario formatos ſuſtinentibus. In ſummo vertice coloſſea Iouis ſtatua fixa eſt: & lepidum ſepulti ſub ea canis epitaphium, quem ferunt annuo quingentorum aureorum reditu vixiſſe. O tempora: ô mores. homines inedia atque egeſtate perimus: & canibus, quibus viuant, certi reditus conſtituuntur. quot pauperum putas inopiam potuiſſe iuuari illa pecuniæ ſumma, quæ in vnius beſtiæ victum impenſa fuit? quot putas hodie quoque locupletes ingentibus ſumptibus alere equorum canúmque greges: at ſi egentibus donandus ſit nummus, cum auara verſare iterum atque iterum manu priùs, quàm mittant: beſtias cum cura alunt, homines caninis prandiis viuant atque etiam media tabeſcant, per ipſos quidem licet. Sed querelæ ne tum quidem gratæ futuræ, cùm forſitan & neceſſariæ erunt:

Horti poſt Palatium.

Canis epitaphio honoratus.

Querela de hominum præpoſteris ſenſibus & curis.

Piſcina montana. erūt;de cane non potui, niſi Cynicè dicere. Sequitur Piſcina profundiſſima, admirabiliſque ſitu ipſo; vt enim in humili conualle colligi aquæ copiã nihil induſtriæ admirationiſque habet: ita in excelſo monte contrahi atque coerceri tãtum aquarum poſſe eſt profectò digniſſimum magnâ admiratione. Nec minorem mereSpelæum lapillis & conchyliis pictũ. tur Antrũ, quod in horti oppoſita regione ſitum eſt, imaginibus è diuerſorum colorum conchyliis lapilliſque artificiosè inter ſe compactis veſtitum. idque integunt eleganter effictæ rupes, vnde ad imbris ſimilitudinem aquulæ decidunt, Aquarum artificioſa aſpergine irriguum. Huic ſimiles ſuperioreſque etiam ſpecus plures in Genuenſium villis ſunt, gratiſſimi inter æſtiuos calores receſſus. Nec in vrbe maior, quàm ruri luxus ciuiũ. vtrobique habitant, & vt verbo dicam, viuunt lautiſſimè, magnificentiſſimè, ſuperbiſGenuenſium luxus in ædificiis; ſimè. Vidi ego domos haut paucas, & ipſa adeo atria vario marmore pauimentata, qualia in aliis Italiæ vrbibus haut ita facilè videas. vidi parietibus prætextam vmdique operoſam & in picturæ modum variatam circumlitionem. vidi ſtatuas & columnas, quæ nihil quidem ſuſtinent, ſed poſitæ in ornamentum ſunt impenſæ cauſsâ. vidi laquearia omnigenis emblematis pigmentiſque, & auro & argento variegata. Supellex deinde alia ſeIn ſupellectile omnis generis. rica eſt, alia aurea argenteaque: peripetaſmata enim & aulæa contexta ſericis filis, intertexta metallis, quæ dixi, aut acu pi-

cta

cta ſunt, menſæ, abaci atque armaria opere ſegmentato conſpicua. Vaſa materiæ diuerſæ,ſed inprimis pretioſæ, vtique cùm(qui intolerabilis luxus eſt)ipſa adeo ſordium receptacula ex argento formẽtur. Quid Seneca ille ſapiens,ſi rediuiuus hæc ſpectaret? indignaretur profectò, & quem in Romanis Orbis dominis reprehendit luxum, in neutiquam pari populo multò minùs ferret. Nempe abundantes opes,quibus Genuenſes ceteris Italiæ populis præſtare fama eſt, deſiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia inuehunt. Multos tamẽ excipio qui fortunis ſuis rectè atq; laudabiliter vtuntur. Illum in primis è Saulia gẽte,cuius ſanè grauibus impenſis ſurgit æmulum Vaticanæ D. Petri Baſilicæ templum. Ac ſi reliquàs vrbis ſacras ædes quis perluſtret,reperiet haut pauca in iis ornamenta teſtantia, & quantæ Genuenſium opes ſint, & quàm non in poſtremis rem diuinam habeant,ſed in ea,vt ceteris,magnifici ſplendidíque haberi velint. Ecce Franciſcanorum in edito monte poſitum templum quot habet è pario marmore conſtructas aras? quot ſacella ſtatuis æreis marmoreíſque & venuſtiſſimis picturis exornata? Primariam inde vrbis ædem Diuo Lauerntio dedicatam ſi quis æſtimet, agnoſcet iure primam eſſe, ceteris quà maieſtate loci(ſita enim ferme in vmbilico vrbis, loco alto atque conſpicuo eſt); quà ornamentis om

etiam viliſſima.

Templũ Franciſcanorũ.

Baſilica S. Laurentij.

omnibus ſuperiorem. Fuerit profectò magnus ciuium in religionem amor neceſſe eſt, qui tantis publicis priuatiſque ſumptibus exſtruxerint,atque exſtructum ornauerint hoc templum.

Deſcripta eius ſpecies exterior & interior.

Forinſecus nigro candidóque marmore incruſtatum, tribus marmoreis columnatíſque variè portis à fronte nititur. vaſtæ item marmoreæ columnæ tectum ferunt. Intima templi ſtatuis decorata;& ſacerdotum ſedilia lignea quidem, ſed ſumma arte teſſellata.

Laudata altaria & ſacella.

Circumcirca frequentia monumenta atque altaria inſignibus pictorum ſculptorúmque operibus exornata ſpectantur:gemina nimirum ſacella ad latera Chori: & quod ſub ſiniſtro Organo altare eſt,ſtatuis excultum mirabilem in modum: & vicinum S. Ioannis Baptiſtæ delubrum,auratis parietibus laquearibúſque micans, vbi inſiſtentes aræ quattuor porphyreticas columnas adſpicies. Inter ſupellectilem huius templi numerant Genuenſes ſmaragdinam paropſidem,

Paropſis ſmaragdina, vt putant; ex Syriaca victori, teſto Ionio in Conſul.

quæ ex ſmaragdóne an alia gemma confecta ſit, inquirere ego nolo: ſunt certè, qui in dubium vocent. Hîc æneam tabulam Genuenſis prouinciæ veteres terminos exhibentem cernas licebit, cuius inſcriptionem præter ceteros Abrahamus Ortelius inter Geographicas tabulas Italiæ adpoſuit Ibi exemplar eius, hîc ipſam leges:

Tabula limitum Genuenſium index.

dein è templo egreſſus,Ducis,quem cum ſummo imperio ipſi ſibi ciues in biennium alium atque alium præficere ſolent,

ſolent, Palatium ingredieris:proximum enim eſt, arci quam vrbanæ domui ſimilius;quadratum,ambit mediam ampliſſimam aream, & in innumera conclauia diſtributum partim à Duce & magiſtratibus ius dicentibus, partim à præſidiariis Germanis habitatur. Sunt quidem & alij Itali ac Corſi milites ad pręſidium vrbis ſtipendio conducti: ſed Germanorum probatiſſimæ fidei caput publici conſilij, & quæ in vrbe ditioneque ſua potiſſima habent loca, credunt;Germani Curiam,Germani Portum,iidem principales vrbis portas: extra vrbē Sarzanam munitiſſimum opidum præſidio obtinent. Sunt numero octingenti, ſi verus eſt, à quo auditum refero. Pone Ducis Palatium, Societatis IESV elegans templum orditur.Nec ſilendum eſt frequentiſſimam vrbis regionem hanc eſſe, & ſuperbiſſimis ædificiis excultam. Nec verò cedit via, quam, quia nuper conſtructis Palatiis veſtitur,Nouam dicunt. hæc inter paucas recta, lata, aperta eſt, eoque haut parum confert ad ſpeciem ædificiorum, quæ iuxtà ſita ſunt. Quot ibi ſub vno adſpectu miracula?nihil non nitidum, lætum &, ſi liceat dicere, diuinum:nec ſatiari ſpectando oculi, nec demirando mens poteſt;non quam præferat, quam præ alia deſpiciat, domum reperit;adeo paribus omnes decoribus fulgent.Videtur attamen nonnihil excellere Caroli Auriæ Palatium aut varietate

Palatium Ducis Reip.

Germanorum ſidei vrbis & prouincię potiora commiſſa.

Templum Societatis Ieſu.

Via Noua;

in qua ædificia maximè inſignia.

Potiſſimũ Palatium Caroli Auriæ. Baſilica mercatorum.

marmorum, ex quibus exſtructum totum eſt, aut mole & amplitudine, quæ in ceteris non tanta. Porticus Mercatorum, vbi is ordo frequens conuenire ſolet, haut procul Ducis Palatio ſita, vaſtiſſima teſtudine integitur, reboátque ſemper vocibus ac ſtrepitu deambulantis ſub ea multitudinis. Supra vicinas tabernas D. Petri honori ædicula impoſita,

Fanum S Petri.

ſpectatorem incredibili voluptate perfundit: adeo rara & læta architectonices ratio eſt. iuuabit aſcendere, & per vacuum, quod circumcirca columellis incluſum eſt, ſpatium inambulare; dum ne longa mora fiat, ſupereſt ſat longum iter & difficile per interiacentia Apennini iuga Mediolanum.

Itaque capeſſimus viam, & ſuperato promontorio, in cuius capite pharum ſtare dixi, en quam vrbem adſpicimus? profectò altera Genua eſt, adeo ampla, ſuperba, ſimilis denique Genuæ eſt: nec dubito à Genuenſibus ciuibus habitari; quocumque verto oculos, agnoſco Genuenſium opes & luxum. Hanc ſeu vrbẽ

S.Petri Arenæ.

ſeu ſuburbia vis appellare, S.Petri cognomento Arenæ nominant. Nos tranſimus, & emenſi conuallem, quam rapidus torrens perluit, propè inter nubila incipimus condere caput; adeo ardui ſunt

Ottagiũ ſeu Voltagium. Clauium.

montes, quos calcamus: feraciſſimi caſtanearum, ceterarum nõ æquè frugum. Vigeſimo milliari Ottagium, peramplum & elegantem pagum, feſſi difficili itinere

inimus.

inimus. Clauium deinde caſtellum, validam inſuper incumbente monte arcem habens; etenim ad fines ſitum eſt. quos muniri firmaríque aut militum præſidio, aut arcibus expedit, maximè cùm ſuſpecti accolæ ſunt. Iam intra Mediolanenſium ditionē Serrauallis ſequitur. Hinc ſe felix *Lombardia* pādere incipit, ad læuam latiſſimo camporū æquore patēs, ad dexteram tecta apricis collibus, ſub quibus Tortona ſita eſt, M.P.XII. diſtās Serraualle: ſat cultum firmúmque ſuperimpoſito caſtello opidum. Dertona Latinis frequētiùs ſcribitur; ita in Goltzij Theſauro: *COLONIA IVLIA DERTONA*. Leander Terdonam quoque antiquitus vocatam refert à tribus donis, quibus, incolę neſcio à quo olim donati: eáque inter primum erat olei copia, quod circa Pœnam (loci nomē eſt) è ſaxo ſcaturiebat: alterū aquarum vbertas, quæ propè Garbagnum (loci & hoc nomen eſt) è fonte profluebant, die natali S. Ioānis Baptiſtæ: pro tertio dono habitum, quòd mortē nobiliū quorumdam iuxta Petram Biſſariam pons prænuntiaret; ſectus enim paullò antè, quàm ex eorum numero aliquis moriturus eſſet, ſanguinem mittebat. Atque à ternis hiſce miraculis, quæ pro donis cœleſtibus accepta, Terdonæ nomen opido iſti factū fuiſſe Leander tradit, adſtruítque fidem ſigilli publici perigraphe iſthęc: *Pro tribus donis ſimilis Terdona Leonis.* Clarā fuiſſe vrbem

Serrauallis, *quo ſitu forte Libarnum olim.*

Tortona, Latinè Dertona. *Ita & Plin. l. 3. c. 5. Vellei. l. 2.*

Opidi terna dona: vnde Terdonæ etymon.

Pons ſanguinis profluuio index mortis.

florente Romano imperio illius temporis ſcriptores fidem faciunt, quos inter Strabo lib. 5. *eſt*, inquit, *Derthon vrbs inſignis, ſita medio inter Genuam & Placentiam itinere, ſtadiis ab vtraque diſtans* CCCC. id eſt L.M.P. Teſtantur priſcam vrbis nobilitatem conſpicua adhuc ſepulcrorum rudera, quæ iuxta Poſthumiam viam (hæc enim propter Dertonam Genua Placentiam ac porrò Veronam vſque ducebatur) crebra exſtant.

Voghera. Hinc Vogheram vſque decem milliarium iter eſt, per amœniſſimam dextris, vt dixi, montibus tectam planitiem, in qua ipſe vicus Voghera ſitus; ſupra vicum Iriæ ab Antonino memoratum, ſi Leandro credas. Iriæ autem huic vico nomen ab amne præfluente, qui hodie *Staffa*, olim Iria dictus fuit. Multa profectò iuſta ac laudabilia inſtituta in Mediolanenſem prouinciam Hiſpanica ſecuritas inuexit: ſed publicanorum & ſatellitum, qui ad portas opidorum excubant, vt quid importetur exporteturve peruideant, haut ſatis compreſſa licentia eſt, cum intolerabili moleſtia ac damno viatorum. Quod ſi quæ officij ſunt, bona fide exſequerentur, patienda forent, quamuis grauia, publicæ vtilitatis cauſſa, quam vt priuatæ præponas, æquum eſt. Nunc non corrumpi ſe ſinunt, ſed volunt & vltro flagitant: ipſi quid accepturi ſint, vt officium ſuum prodãt, enunciant; tu ſi paullum cunctaris

[Margin: Vicus, & fluuius Iria. *Cluuer. l. 1. Ital. ant. c. 10.*]

[Margin: Telonariorum improbitas; de qua & Pighius.]

ris, minantur, blandiuntur ac,ni properas exſoluere, quod petierant, imperant reſerari, quæcumque clauſa habes: nec inſpiciunt modò, ſed diſiiciunt ac ſæpè diripiunt fortunas tuas. Hæc Vogheræ expertus ſcribo,vt prouidus aduena qua ſibi ratione præcaueat, præſciat,& Princeps eiuſmodi prædones,qui ipſum iuxta ac viatores fallunt, à viis remoueat. Poſt Vogheram decimo milliari Padus Italiæ maximus fluuius: mox Ticinus pontone traiicitur. vtrobique ſoluendum portorium eſt. A Ticino peregregiè cultos colles molli deſcenſu ad vrbem peruenies, ipſi fluuio adiacentem; qui inſignis operis tecto ponte conſtratus, vt à Silio deſcribitur, *cæruleas*

Padus: Ticinus fluuij. l.4.

aquas & ſtagna,vadoſo,
Perſpicuus ſeruat, turbari neſcia fundo,
Ac nitidum viridi lentè trahit amne liquorem.
Vix credas labi,ripis tam mitis opacis
Argutos inter volucrum certamina cantus
Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.

TICINVM.

A Fluuio vrbem quoque Ticinum appellarunt veteres,& appellant hodie docti:Itali vulgò *Pauiam*,quidam eruditiores *Papiam* vocant; aut quia patria piorum ſit, qui iam inde à Syro Aquileienſi tradita Chriſtianæ religionis inſtituta ſectati magno numero in hac vrbe floruerunt;aut à dictione *Papa*, quam conſpecta agri vbertas & rerum copia hoſpiti exprimere videatur. Magna ſanè hæc,& à Sacco multis prædicata,quam ſi quis conſideret verè & æſtimet,nõ poſſit non prorumpere in illam ſimilémve vocem. Verùm hæc agri propria laus eſt: vrbis nequaquam ea ſpecies,quæ tantam ſpectatori incutiat admirationem. Domus pleræque humiles, neque ad ceteræ Italiæ morem perpolitæ. Vias tamen laudo: rectæ patentéſque ſunt; quales in nonnullis vrbibus deſidero. Facilè præcipuum inter ædificia locum obtinent bina Palatia cõmodo ſtudioſæ iuuentutis exſtructa:alterum à Pio V. Pont.Max.alterum à Card. Borromæo magnificentiſſimè Nec dum conſenuerunt bonæ litteræ.quæ in hac vrbe,quantum in vlla Italiæ, quomdam viguerunt. Pertinet quoque ad veteres laudes Gothos ac deinde Longobardos,qui in Italia ſupra ducenteſimum annum regnarunt, regia ſede hanc

Ticinẽſis agri fertilitas, *in hiſtor Ticinen.*

Collegiũ Pontifi-cium Car. Borromæi.

Vrbs regia Gothorum ac Langobardorum.

hanc potiſſimum vrbem nobilitaſſe; vt taceam, quibus operibus auxerint atque ornarint. Turres illæ adeo excelſæ, adeo crebræ, certè ex Langobardico regno ſuperſunt: ac, quod certius ſcimus, ſacræ aliquot ædes. D. Petri in Cœlo aureo, vt cognominant, templum cœnobiúmque Luitprandus rex condidit; addidit ingens ornamentum, S. Auguſtini corpus è Sardinia petitum, quod in peculiari Sacello niueus niténſque marmoreis ſignis ſumma arte elaboratis loculus ſeruat; atque ita eſſe (vtar verbis vetuſti ſcriptoris, qui D. Auguſtini vitam compoſuit) *ſtupendo & euidenti miraculo eluceſcit, ſiquidem in ſupradicta Eccleſia, in qua iacet, puteus eſt, qui aliquot annis in die feſto eius ſuperabundans tota ſepta pereffluxit, in ſignum, quia ſicut aqua illa ſordes eluit, ſic ſordes hæreticorum ab Eccleſia effluens eius doctrina abſterſit.* Cuius ſententiæ hæc quoque ſunt Magni Chronici Belgici verba: *In ipſa crypta, in qua D. Auguſtinus iacet, puteus eſt, qui ſingulis annis in feſto eius ſuperabundans totam cryptam perfluit, vt liqueat, ſicut illa aqua illius cryptæ ſordes diluit, ſic hæreſim ab Eccleſia DEI per viui Sancti doctrinam fuiſſe deterſam.* Seuerini item Boëtij viri ampliori honore digni ſordidum in templo ſepulchrum, nulla re, quàm epitaphio, ſpectabile eſt. Epitaphiũ geminum & prolixum; neque piget tamen exſcripſiſſe,

quorum opera turres.

S. Petri Auguſtini annorum.

Boëtij monumentum.

quando clariſſimi hominis genus, virtutes, fatum complectitur: nec te pigebit legiſſe:

Mœonia & Lătia lingua clariſſimus, & qui
Conſul eram, hic perij miſſus in exilium.

Alterum:

Quiſquis in hoc ſuperos templo ſubmiſſus adoras,
Deque tuo fundis pectore in aſtra preces.
Huc prece finita c'amat lapis iſte: Venito;
Carmina nec pigeat ſcire, quid iſta velint.
Hic eſt, quem ſpectas, tumulus. quo condita Diui
Sancta Seuerini molliter oſſa cubant.
Vir fuit hic quomdam Roma ſatus vrbe, propago
Manlia quem priſcis annumerauit auis.
Torquatum audacis quem pœnam ſumere nati
Heu nimiùm patria verus adegit amor,
Felix & ſocero, felix & coniuge caſta,
Proleque cum gemina Conſul in vrbe fuit.
Sanguine non tantùm tituliſque inſignis auorum,
Quantum virtute hic ingenioque fuit.
Huic equidem cunctas animum demittere in artes

Doctrinæ ſtudium curaque magna fuit.
Dicere longa mora eſt, quot ſcripſerit illi libellos,
Atque referre ſuo nomine quemque labor.
Quos inter fidei plureis munimina noſtra
Conditur in rebus pagina ſacra tuis.
Sed tamen immeritus fatis agitatus iniquis
Pro meritis pœnas ſuppliciumque tulit.
Nam Theodorici tunc Itala regna tenentis
*Dum bene nequitiam * domat & imperium.*
Infelix opibus dignoque exutus honore
Turpiter à patria pellitur exul humo:
Mœſtus, egens, nulloque fugam comitante ſuorum
Mœnia non fauſto contigit iſta pede;
Atque iſtic reliquos vitæ miſerabilis annos
Exegit, ſtabili tot mala mente gerens.
Hic tenebris fœdoque abſtruſus carcere dictat
Solamen proprij dulce laboris opus.
Nec tamen hic ſatiata ferox trucis ita tyranni,
Hunc etiam ſæua morte perire iubet.
Impia functus peragens mandata ſatelles
*Sanctum lethifero * ſecuit enſe caput.*
Nec mora, depoſito terreni corporis vſu,
Qua meruit, liber ſpiritus aſtra ſubit.
Qui nunc Sanctorum numero turbaque receptus,

Magnaque Martyrij præmia laudis debet.
Laudibus ac toto nomen celebratur in orbe
Perpetua famam poſteritatis habens.

Monaſterium Annuntiationis. Turris Boëtij.

Seuerinum hunc narrat Saccus in turri, quæ cœnobio Annuntiationis propinqua Boëtij nomine appelletur, cõcluſum, cùm tędio diuturnę captiuitatis tabeſceret iámq; animam ageret, hauſtu vini, ſuburbanis in collibus iũxta Vernafluam amnem nati, recepiſſe vires firmatóque aduerſus præſ. ntia mala animo orſum fuiſſe diuinum illud de Conſolatione opuſculum. Vt verò Langobardorum reliqua opera quæ memorare cœpi, abſoluã, Ædem Mariæ quã ad Perticã à perticis cadauerum nomina atque epitaphia quondam ferentibus cognominant, Regina Rodelinga, vt quidem à Sacco nominatur, ſuis impenſis exædificauit; quã haut perinde ſtatuis & imaginibus, atque humanis oſſibus excultam videas. Integri ibi acerui ſunt, vt fama eſt; collecti è vicinis campis, in quibus ſupremo prœlio debellati Galli fuêre. At S. Claræ monaſterium Partharitus exſtruxiſſe ſcribitur: Anaſtaſiæ Luitprãdus antea memoratus: Sabinæ Petrus Epiſcopus Luitprandi cõſobrinus: Ioannis Baptiſtæ Condiberta regina: Agathæ Partharitus idem, qui cœnobij ad S. Claram conditor prædicatur. Dominicanorum tẽpli quãquã mihi lateat auctor, placet tamẽ ſpecies, & maxime ſacellũ, quod Roſarij vocant. emicat plurimo auro ſtatuiſque ex argilla

Templũ S. Mariæ ad Perticam.

Monaſterium S. Claræ: S. Anaſtaſiæ: D. Sabinæ: S. Ioannis Baptiſtæ. S. Agathæ. Tẽplum Dominicanorum.

fictis

fictis lucentibus inſtar æris. Teſtor ex iis, quæ viderim ego Ticini geminum illi nullum eſſe quà pretio, quà ornatu. In Pontificali Baſilica haſtã Orlandi monſtrant, illius ni fallor, furioſi, cuius res geſtas Arioſtus Etruſco carmine eleganter cecinit. Scilicet ea haſta eſt, quam ne gigas quidem quatiat. vulgus ergo, vt lubebit, fabuletur & ſentiat, ego nauis malum exiſtimo eſſe; adeo vaſta, adeo procera eſt, licet præfixum ferrum ſit, vt haſta quidem videri poſſit, ſed neque ab Orlando, neque à mortalium quouis vmquam lata. Ante templum hoc in foro equeſtris ſtatua conſpicitur, eximiâ arte fuſa ex ære. Docti iconicam eſſe Antonini pij colligunt ex ſimilitudine oris, quod cum iiſdẽ lineamentis & forma barbæ vetuſta numiſmata exhibent. vulgus *Regiſole* nominat, & inanibus figmentis inuoluit rẽ, quam explicare nolo: placet tamen, quod antea laudatus Ticinẽſis hiſtoriæ auctor Saccus tradit, nomẽ ſtatuæ, quia Solis ortui quõdã obuerſa ſtetiſſet, inditũ fuiſſe. At ſtatuario quod nomen, quove illa caſu in hanc vrbem perlata fuerit; & Langobardi an Ticinenſes ipſi Rauena (vbi ſitam fuiſſe dubium non eſt) exportauerint, haut conuenit inter ſcriptores: Platina Rauẽnâ Rauenam à Theodorico Oſtro Gothorum rege, deinde Ticinum à Langobardis victoribus aduectã fuiſſe teſtatur, Sigonio atq; aliis adſtipulãtibus. Me

Templũ Cathedrale. Haſta vulgo credita Orlandi.

Statua Antonini Pij, vulgò Regiſole.

vnde nacta cognomen.

vnde vecta Ticinum.

haut pœnitet eorum eſſe ſententiæ, qui poſt exciſum Magni Caroli opibus regnum Langobardorum Ticinenſes Rauennam, inimicam tunc vrbem, expugnaſſe, & opimi inſtar ſpolij ſtatuam hanc diſſolutam atque in plura membra diuiſam (exemptis ſcilicet volubilibus cochleis, quæ compaginem continent) domum attuliſſe, & publico loco, vt publicum eſſet tam ornamentum, quàm nobilis victoriæ monimentum ſtatuiſſe
l. 25. hiſt. ſcripſerunt. Paullus Iouius cum reliquis cenſet Langobardos inter direptæ Rauennæ prædam etiam hoc ſignum exportaſſe & Ticini fixiſſe; memorat ſimul de eo rē non tacendā. Anno MDXXVII. Lotrechius Gallici exercitus imperator Ticinum Hiſpanico tunc præſidio inſeſſum expugnauerat; primus in arcem vrbemque irruperat Hoſtaſius quidam Rauennas miles, qui edoctus ſtatuam hanc Antonini Cæſaris olim in patria ſtetiſſe & belli iure Ticinum delatam fuiſſe, petiit ab imperatore, vt eodem iure ſibi eam Rauennam, comparato ad id nauigio, per Padum reuehere liceret. Lotrechius æquum putans nobilem vrbem poſtliminio recipere, quod quomdam eius fuiſſet, facilè aſſenſus eſt; vt miles in vicem muralis coronæ, quæ ceteroquin virtuti eius debebatur, ſtatuam tolleret; ſcripſitque in hanc ſententiam donationis diploma & Hoſtaſio tradidit. Hoſtaſius comitante fabrorum ac

com

commilitonum manu in forum venerat; iamque ſubruendæ baſi; cui æreum ſimulacrum impoſitum, violentæ admouebantur manus, cùm momento facinoris fama totam vrbem peruaſit. Ticinenſes & armis & fortunis omnibus ſpoliati, quamquam ipſam victoris arbitrio animam traherent, vincente omnem dolorem metumque rei indignitate; potius quàm ſtatuam hanc eripi ſibi paterentur, inermes & victi cum armatis & victoribus nouum inire certamen decreuerant; denique vt ex Lotrechij permiſſu omnia geri accepere, frequentes currunt ad prætorium. Ibi Franciſcus Boticella patricij ordinis vir prouolutus ad pedes imperatoris orauit ſupplex, vt eum modum militum auaritiæ & ciuium miſeriæ facere, poſtque tot publicas ac priuatas amiſſas opes ſaltem vnum hoc vrbi decus ſeruare vellet. quam orationem excepit collacrymantium ciuium miſerabilis eiulatus; & quamquam Rauennas miles nihilominus promiſſum vrgeret, egit tamen cum eo placidis verbis Lotrechius, vt pro ænea ſtatua acciperet à quæſtoribus eam pecuniæ ſummam, quæ ſatis eſſet murali coronæ ex auro fabricandæ; quam Rauennæ in templo vna cum virtutis ſuæ elogio poni voluit. Pone forum, in quo ſita hæc ſtatua, alterum eſt, idque amplius à quo tranſire ad Arcem te velim, non prætерito tamen Gymnaſio, eò magis, quò pro

Academię gymnaſium.

propius eſt viæ ad Arcem ferenti. Id inſtituiſſe Carolus Magnus creditur: propagarunt deinde alij Principes, conductis ſtipendio clariſſimis Doctoribus. Quid ſingulos referre opus? omnium inſtar Baldus & Iaſon ſint, fama noti ſuper æthera; quorum vel cineres nobilitare hanc vrbem queant. Ille

Baldi Peruſini IC. epitaphium.

Filius Aſtreæ, morum pater, artis alumnus
Cæſareæ, verus relligionis honor:
Baldus Peruſiij ducens cognomen ab vrbe
Clauditur hic: animam ſidera ſumma tenent.

& Iaſonis Mayni. Iaſon in ſuburbana S. Iacobi æde ſepultus iſto cum titulo: *Iaſon Maynus Mediolanenſis I. Conſ. Comes & Eques talis, qualis fuit, hic iacet, &c.* Neque verò ſileo Andream Alciatum, volitat enim docta per ora virûm vir ampliſſimâ inter Italos IC. promeritas laudem, quod non, vt plerique, ſemibarbarè, ſed Romana iura Romano ſermone tractauit. floruit Ticini, & die obiit, conditus in S. Epiphanij templo, marmoreo ſepulchro. Illi quoque ad Carmelitas ſiti nō prętereundi: Cato Saccus & Ioānes Franciſcus Ripa doctrinæ maioris, quàm famæ Iuriſcōſulti. Memorandus item Franciſcus Curtius Senior apud Franciſcanos tumulatus; vt nempe iuriſperitia Baldo proximus, ſepulchro iuxta eſſet. Sed Arcem, quam imus viſū, Ioannes Galeatius idem, qui pontē, conſtruxit, multos ante annos, quod forma ſatis

Andr. Alciati laus.

Templū Carmelitarum. Franciſcanorum.

Arx.

ſatis indicat. Quadrata eſt, angulos item quadratis turribus munita. Vrbs vniuerſim hinc aggeribus, foſſis, lateritiis propugnaculis: inde flumine tuta. *Ticini vrbis munimenta.*

Iter Mediolanum, quò ducturus te extremò ſum, breue eſt, quindecim nõ ampliùs milliariorum: facile etiã & amœnũ, ſcilicet campi & viridantia prata crebris riuulis vitiumque alicubi, potiſſimũ verò ſalicum ordinibus iucundè admodũ diſtincta in immenſum latitudinis extẽduntur, & pertingunt ad ipſam vrbem Mediolanum; quorum partem lateritio muro quinquies mille paſſus quoquo verſum patente Ioannes Galeatius clauſit, aluitque eo capaciſſimo in carcere omnis generis feras. Extant reliquiæ muri: & fama manet in illis campis Franciſcum Gallorũ Regem infelici prœlio victum à Cæſarianis, & captum fuiſſe. In iiſdem quinto à Ticino milliari paucis extra viã paſſibus Carthuſianorũ cœnobium, velut è nemore emicans (adeo frequentibus arboribus tegitur) adſpicies, inſpicieſque etiam, ſi ſanus es. Omnia quidem magna, rara & ſine ſcelere hautquaquã prætereunda: ſed hominũ ædes iure impares ſunt diuinæ. Cœnobiũ inquam, amplũ, elegans, ſuperbũ quidẽ, ſed inferius templo eſt; quod inter magna opera maximũ Ioannes Galeatius Vicecomes atq; Inſubrium Dux primus exſtruxit, non pietatis ſuæ minus, quã potẽtiæ opumque monimentum. in quo haut perinde

Thiergarten vor Pauia. *vbi victus & captus Franciſcus Rex Gallorũ.* *Carthuſia Ticinenſis.* *Templũ ab ornamentis & precio laudatũ;*

perinde marmora miraculo ſunt, ſolita paſſim & vſu vulgata, quàm gemmæ & ebur & ſupellex pretij inæſtimabilis.

deſcripta eius ſpecies externa.

Conſtructum eſt Crucis in formam, vt ferme omnia Italiæ templa ſunt. Teſtudinem habet intrinſecus atque forinſecus columnatam: tectum plumbeum, cum gemino etiam columnato ambulacro, quod circum ædem extrinſecus ducitur. Frons præſertim niuio marmore tota obtecta, ſtatuis atque imaginibus ita ſplendidè ornata eſt, vt nihil ad decus maieſtatemque eius addi poſſe videatur. Sacella in templa plurima ac nitidiſſima: arcus, quos vaſtiſſimæ è lapidē ſtructæ columnæ fulciunt, picturis illuſtrati. In ſiniſtri cornu angulo ara eſt eburnea, Biblicas hiſtorias pulcherrimè exſculptis imagunculis referēs. E regione conditoris Galeatij cenotaphium conſiſtit, ſculptum è Pario marmore; vbi iconicum eius ſimulacrum reſque geſtæ & prouinciarum gubernatarum inſignia ſpectantur, cum elogiis, quæ Schraderus pridem vulgauit. Intima templi, quem Chorum vocant, ad ſtuporem ornata. quocumque vertas oculos, occurſabit inſolitum & eximium aliquid, quod ſuſpicias. humus adeo, viliſſima pars, vario marmore loricata ſine admiratione non videnda. Subſellia affabre ſegmentata inſculptis Diuorum imaginibus inſigniuntur; parietes marmorum cruſtis operti, verſicoloribus interpoſitis co-

recenſita interna decora ara maximè.

tumulus Io. Galeatij.

Chori elegantiæ.

lumnis variantur. Altare ipſum è puriſſimo elaboratum marmore, variis ac pretioſis lapillis ſtatuiſque relucet. In Cimeliarcho ligna armaria cernes, ob eximiam ſculpturam meritò ſpectanda, in quibus ſacra ſupellex ſeruatur, digna tanto templo. Etiam Aſſumptæ, vt nominant, Virginis ſacellum inito, ſpecioſiſſimis picturis & armariis, vt illa, exſculptis, & marmoreo pauimento conſpicuū. Tum in cœnobium exito, ea amplitudine, ea magnificentia ædificatum, vt pauca ſimilia reperias, vix aliquod ſuperius. Aream porticus milliaria ambit, columnis ſuffulta & plumbeis laminis tecta. Circumcirca diſpoſitæ Monachorum ædiculæ ſunt, ipſe quoque plumbo intectæ. Iam viam repeti velim, & Mediolanum iri. Tertio ab vrbe milliari foſſam videbis, vtrimque incluſam aggere & pauimentatam ita, vt ſubtus fluuius Lambrus trāsfluat. hanc Ticinum vſque ducere cogitabant, quod an perfecturi noſtro æuo ſint, haut equidem ſcio; difficilis res eſt & impenſæ maximæ egens, ipſi viderint: at hoſpes quomodo in vrbem à publicanorum fraudibus illæſus peruenire poſſit, prouideat.

Supellectilis ſacræ laudes, & Sacelli Mariani: maximè verò Cœnobij.

Foſſa ſubter Lambrum tranſmittens.

MEDIOLANVM.

Eius conditores indicati.

VRBS Ciſalpinæ Galliæ maxima ab Etruſcis,qui Apenninum tranſgreſſi hęc loca longè latéque obtinebant, vt principio commemoraui, condita fuit, auctáque à Gallis ita,vt conditorum nomen ac gloriam ipſi conſecuti ſint; quorum ducem Belloueſum fama eſt tantæ vrbis fundamenta iacentem conſpexiſſe aprum partem naturalibus ſetis; partem aliam molli & candido vellere obtectum: idque pro bono ac fauſto omen accepiſſe, & à ſpecie apri, qui medius lanâ tectus fuerit, Mediolanum vrbem nuncupaſſe; quamquam eumdem ſcribant alij, non oſtenti eius, ſed ſitus rationem habuiſſe in imponendo nomine, atque à vernante agro vrbem Celticâ ſuâ linguâ *Mayland*, aut, quod narrent alij, *Mitteland* vocitaſſe, quia inter duos nobiles fluuios Ticinum Adduámque media poſita eſſet. Cato auctor eſt à Tuſcorum Duce conditam vocatámque Olanam, poſtea ab Inſubrium regulo Medo amplificatam, vt huius conditoríſque memoria nomine ipſo conſeruaretur, Mediolanum dici cœpiſſe. Cæterùm quæ ante conditam eam condendamve poëticis magis decora fabulis, quàm incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur, ea nec refutare,

Nominis origínatio tradita.

nec

nec affirmare in animo eſt.datur hæc venia antiquitati, vt inſolitis rerum euẽtis atque miraculis primordia vrbiũ auguſtiora faciat.Ego illa dũtaxat,quę ex plurimis digniſſimis fide ſcriptoribus comperta habeo , aut ex oculata experientia ſcio,in mediũ adferã. Conſtat itaque ſub Gallorũ imperio, ſeu condiderũt ij vrbẽ, ſeu iam conditam amplificarunt,Mediolanum diu fuiſſe; poſtea Romanis mundi dominis paruiſſe varia fide & fortuna:atque vt alia taceam,captum à truculentiſſimis hoſtibus Gothis,cæſa(horreo dicere)virorum triginta millia;iterum a Friderico Ænobarbo circumſeſſum expugnatumque multo labore &,quales in pertinaces victos eſt, implacabili victoris ira deiectum ad ſolum vſque: ipſam adeo terram apertam vomere & inſperſo ſale execrabilem redditam fuiſſe. Quãquam propitius Deus perire inclytam vrbem noluerit,plurima tamen ab hoſtibus damna & clades paſſa eſt:quadragies obſeſſa atque oppugnata , bis ac vicies expugnata , vaſtata, ſpoliata decoribus ornamentiſque illis, quibus à Romanis exculta ſcribitur fuiſſe. Nempe eadẽ rabies , quæ inuidentes Romano nomini barbaros ad vrbis Romanæ excidiũ impulit,in Mediolanũ quoque armauit. nõ ferebant nomen vrbis , quæ tum vulgò *Secunda Roma* audiebat: non amplitudinem,pulchritudinem,frequentiam & cetera digna tanto nomine ; Romanorum memo

Mediolani caſus & calamitates multiplices.

Altera Roma qua opibus, qua cladibus. *Vid. Procop. l. 2. bel. Goth.*

memoriam,quam abolitum ibant, etiã ſi Romam deleuiſſent, Mediolano ſaluo perpetuam fore credebant. Itaque toties,quoties dixi,obſederunt, oppugnarunt,expugnarunt,vaſtarunt, ſpoliarunt vrbem:Romanorum opera diruerunt; quorum multa cum inſigni ciuitatis laude his verſibus Auſonius complexus eſt:

Mediolani mira omnia:copia rerum;
Innumeræ cultæque domus; facunda virorum
Ingenia,antiqui mores:tum duplice muro
Amplificata loci ſpecies, populique voluptas
Circus,& incluſi moles cuneata Theatri:
Templa,Palatinæque arces, opulenſque Moneta,
Et regio Herculei celebris ſub honore lauacri.
Cunctaque marmoreis ornata periſtyla ſignis,
Mœniaque in valli formam circumdata labro,
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt:nec iuncta premit vicinia Romæ.

Baſilica Traiani, iam D. Georgij in Palatio. Hippodromus vnus, vbi templum S.Mariæ Maioris.

Hæc Auſonius. Addo ego Regiam Traiani Imperatoris; quæ fuit, vbi noſtra ætate templum S.Georgij conſpicitur,atque vt Pighius ait,adhuc nomẽ Palatij ſeruat.Addo Hippodromum,qui,vt idem ſcribit,occupauerat eam vrbis partem

tem,quam hodie S. Mariæ Maioris ædes obtinet.Hunc Circulum Maximum vocauerant, vt diſtinguerent ab alio haut procul diſtante, qui Soli ſacer Solis in aureo ſolio ſedentis ac reſponſa dantis ſignum habebat. Ibidē loci tribunal ſteterat, è quo capitales ſententiæ aduerſus Chriſtianos Martyres pronunciabantur. Amphitheatrum fuerat,vbi nunc D.Stephani viridarium eſt: S.Nazarij templū cauea,in qua feræ ſeruabantur,ludorum deliciæ. Illa, vt ab Auſonio deſcribitur, *incluſi moles cuneata Theatri*, diruta à barbaris fuit: & ruderibus ſuperimpoſita D.Victoris ædes, quæ idcirco Ad Theatrum cognominabatur. Capitoliū etiam, quale Roma & clariſſima olim quæque vrbs, Mediolanū habuit eo loco, qui Saluatoris templum & vetus viridarium interiacet. Herculeum lauacrum, cuius Auſonius meminit,proximè D.Laurentij ædē fuit:quæ olim Herculi ſacra, & à Maximiano, qui Herculeus appellabatur,cōdita Thermis id cognomē fecit;quāquā ſint,qui ipſas quoque Maximianū cōſtruxiſſe ſcribant. quod ſi ita ſit,nihil ambigo à cōditore lauacrum Herculeū dictū fuiſſe potiùs, quam ab Herculis licet propinqua æde. Hæc D.Laurētio nūc ſacra,vt dixi, Romano Pantheo ſat ſimilis eſt:at venuſtior,lætior,clarior.quippe nuper admotæ manus ſitū ac ſqualorem annis cōtractum dempſere:reſtituuntque hodie illā, cui

alter Solis Tribunal.
Amphitheatrum.
Cauea, iā templum S Nazarij.
Theatrū, iam S.Victoris.
Capitoliū iuxta ædē Saluatoris.
Herculeæ thermæ apud tēplum S. Laurētij. quod olim Herculis.

cui par in Italia nulla fuerat, teſtudinem tẽporis vitio collapſam. Porticum inter alia huius templi ornamenta ſiue Baſilicã præſtructam fuiſſe indicant ſexdecim marmoreæ columnæ, ſtriatæ, Corinthiis capitulis inſignes. cuius operis laus etiã Maximiano Imp. tribuitur: at inſcriptio Aurelium Verum nominat, quæ in marmorea tabula maiuſculis ſcripta eiuſmodi legitur: *Imp. Cæſari L. Aurelio Vero Aug. Armeniaco Medico Parthico Max. Trib. Pot. VII. Imp. IV. Coſ. III. P. P. Diui Antonini Pij F. Diui Hadriani Nepoti. Diui Traiani Parthici Pronepoti. Diui Nerua Abnepoti. Dec Dec.* Conſimilia epigrãmata Mediolani plura comparent, quæ in Hercule Prodicio ſuo Pighius, itémque Amantius & Petrus Appianus in Antiqq. Inſcript. dabunt; inde ea lector accipiat. Templa, quorum Auſonius nullum nominat, alij ſcriptores aliquot produnt: vetuſtiſſimum Mercurij, quod ante Chriſtum natum traditur ſtetiſſe in ea vrbis regione, in qua poſtea Traianus regiam exſtruxit: Iani fanum, hodie S. Ioannis, cognomento Quadrifrontis: Iouis etiam, hodie D. Satyri: & Veſtæ ædem, quam Chriſtiano ritu expiatam D. Carpophoro dedicarunt. Superſunt in ea è veteribus ornamentis quaternæ porphyreticæ columnæ, & baſis olim deæ ſimulacrum, nunc Vas luſtralis aquæ ſuſtinens. Mineruæ, quam præcipua quomdam religione Mediolanenſes coluerunt,

Prothyri Herculei reliquiæ.

Templa antiqua: Mercurij, Iani, iam S. Ioãnis: Iouis, iam S. Satyri. Veſtæ, iã S. Carpophori.

ſunt, mirum ſit exſtare nullum monimentum. Exſtat profectò, ſi alia deſint, nomen ipſum vrbis Deæ memoriam ſeruans, nam, vt Alciato viro cùm iuris cōſultiſſimo, tum in hiſtoriis verſatiſſimo videtur, Galli conditores vocarunt patria lingua vrbem cum agro *Megdelant*, id eſt regionem Virginis, ſcilicet Mineruæ, vnde paucis corruptis apud Latinos nomen Mediolani enatum eſt. Nec verò caruit peculiari Minerua templo, è quo à Chriſtianis pulſa, & meliore iure ſubrogata in locum eius DEI para primùm Virgo, poſtea S. Tecla fuit. quæ omnia indicat his verſibus eruditiſſimus Alciatus:

A Mineruo nomē Mediolani.

Templū Mineruæ, pōſt S. Teclæ.

Quam Mediolanum ſacram dixere puellæ
Terram, nam vetus hoc Gallica lingua ſonat,
Culta Minerua fuit, nunc eſt vbi nomine Tecla
Mutato Matris Virginis antè domus.

Hoc D. Teclæ fanum patrum noſtrorum memoria in capite fori ſtetit, ac quia ſpatio loci officiebat; ſublatum fuit, ſacris priùs egeſtis & in Pontificalem Baſilicam tranſlatis; inter quæ ſacratiſſimus IESV Chriſti clauus, à Magno Theodoſio dono acceptus, ſeu, vt alij ſcribunt, DEO indice à S. Ambroſio repertus, qui ſupra maximam aram fixus in ſuperincumbēte teſtudine ſpectatur. Sed quid vetera repeto? quæ licet integerrima eſſent, vincerentur à nouis hiſce operibus, qui-

Clauus Chriſti crucifixi.

bus

bus Chriſtiani non ita pridem inſignire & ornare vrbem cœperunt, ac (quo propriè nomine laudari merentur Xenodochia, cœnobia, templa ampliùs ducenta) alia à fundamentis magnificentiſſimè exſtruxerunt: alia, quæ ferme enumeraui, purgata luſtratáque ſuæ religionis cæremoniis ſplendide reſtaurarunt. Confer, ſi lubet, omnia non Mediolanenſis vrbis aut agri, ſed Italiæ totius templa, quæ vnquam falſorum deorum honori dicata fuerunt, cum Cathedrali æde, nullum erit, cui æquare eã non poſſis. Neque ĩniuria ſcriptores Octauum Orbis miraculum vocant; ſeu magnitudinem æſtimes, ſeu architecturam Germanicæ ſimillimam, ferreíſque vinculis ſolidatam compagem: ſeu cetera ſuperaddita ornamenta, ſtatuarum maximè è niueo marmore pulcherrimè exſculptarum, quarum in niueis item parietibus integræ diſpoſitæ ſeries aduenarum atque intuentium oculos ſolent morari.

Templum Cathedrale.

ornamenta templi ſingulatim memorata.

Quid feneſtras memorem verſicoloribus vitris varias imagines referentes, dubiúmque licet certa luce lumen admittentes? ita nimirum Itali voluere ſua templa non lucida nimium ac læta eſſe, ſed temperatis opaca tenebris, in quo maieſtatis quippiam & horroris, quali rem diuinam obeuntes perfundi decet, ineſſe haut falsò exiſtimarunt. Quid columnarum moles, altiſſimarum teſtudinum fulcra? quid marmoribus pauimen

Italica templa plerũque obſcura.

men

mentatum maximam partem ſolum,imò opertos penitus parietes eſſe? quid altaria & multa & arte non minus, quàm pretio admiranda? quid ſigna,imagines & illuſtrium hominum ſplēdida monumēta?quid ſupellectilem ſacram, & beatarum mētium exuuias,corpora inquam Diuorum, quæ plurima in tēplo & templi ſacrario recondita ſummam ei conciliant cū religione venerationem;quorum nomina qui noſſe cupit, Paullum Morigiū legat ſingulari libro illa ac reliqua,quæ Mediolani colūtur, enumerantem.Caroli Borromæi venerabilē & cottidianis miraculis inclytum tumulum ſilens prætérire non poſsū:nec verò præterit,niſi impius quiſquam,quin ad eum procūbat habeatque meritum honorem memoriæ noſtrorum temporum proximo Diuo. Ita tu cùm ſubmiſſus feceris, tum tolle oculos, & proximis columnis affixa bina ſuggeſta contuere, ſunt enim auro & argento pulcherrimè cælata;adſpice & audi gemina Organa, vtrimque accidet tibi plurimum voluptatis,ea ſuauitas ſoni eſt,is auri,quo oblita ſunt,fulgor. Profecto ſtuporis plenus diſcedes è templo, iterum atque iterum reſpectans ornatiſſimam & mole ipſa terribilem ædem; quæ alta octingentos cubitos, longa ducentos quinquaginta, lata centum triginta. Cœpta autem condi anno octuageſimosexto ſupra milleſimum trecenteſimum, nec perfecta fuit: ha-

Sepulchrum S. Caroli Borromæi.

Templi amplitudo, & vetuſtas.

Cc bentúrque

bentúrque etiam nunc in opere fabri, vt ſpes ſit, ſi ſit quoque locatoribus operis voluntas, id noſtra adhuc ætate abſolutum iri. Sita in digniſſimo vrbis loco & vmbilico; ſpatioſam à fronte aream habet, quod olim Compitum fuiſſe, in quo pueri pueriles agerent luſus, Schotus narrat. Proxima ſunt inde Archiepiſcopi ſplẽdidum: hinc Gubernatoris, vt vocant, amplum quidem & laxis conclauibus patens, ſed à vetuſtate malè affectum Palatium. Quæ labes plurimas ciuiũ domos fœdat, vt auſim dicere Mediolanum ceteras quidem Italiæ vrbes amplitudine & numero populi vincere: pulchritudine tamen priuatorum ædificiorum vinci à multis. Publica excipio, & tẽpla præſertim, quæ cum quibuſuis certare queãt. Excipio item Thomæ Marini ſuperbiſſimum Palatium, quamquam imperfectum; cui vt hoc addam, templum Patrum Societatis IESV titulo S. Fidelis adiacet, elegãtiſſima nec vulgari ratione conſtructum: fronteiſpicij, quod vocant, ornamentis maximè præſtans. Eſt ceteris quoque ſuus honos; quæ ego ordine indicaturus rectiſſimè, vt exiſtimo, initium fecero à S. Mariæ templo, cui ad Scalam cognomen. Nobile eſt Canonicorum ſacris operantium Collegio, & quia frequentiſſimæ vrbi opportunè imminet, frequentatum in primis. Hoc ſitu Turrianorum ædes ſteterant, principum Reip. Mediolanenſis: qui poſtea Vicecomitum

Compitũ olim.

Palatium Archiepiſcopi & Gubernatoris.

Palatium Marini.

Templum S. Fidelis.

S. Mariæ ad Scalã

mitum opibus fracti exutique principatu & vrbe pulſi: tum & ædes euerſæ fuerunt. Vnde ſacello S. Ioannis Decollati propè diſſito adhuc cognomen *ad ædes rutas*. Ruderibus iſtis Barnabę Vicecomitis vxor Beatrix, Martini Scaligeri filia templum, quod dixi, ſuperpoſuit, déque gētilitio nomine indidit cognomentum Ad Scalam. At qui Ioannis illud ſacellum in vicinia condidit, Decollatum appellari voluit multarum ſimilium Italiæ ædium exemplo, in quibus qui rem diuinam obeunt, curant & humanum hoc Diuis haut dubiè acceptiſſimum opus: homines, inquam, perditos & capitis damnatos à carceribus ad ſupplicij locum comitantur ferúntque, vt Chriſtianos decet, miſeris opem qua alloquio, qua precibus mendicatíſque & erogatis pro eorum ſalute eleemoſynis; præferunt alij Chriſti crucifixi ſignum & faces ardentes, & Litanias concinunt. Multas alibi honeſtorum funerum pompas duci videris, ſine ea frequentia & apparatu, quo Itali ſceleratos ad mortem proſequuntur; etiam in mortuos pij & officioſi, quos parato ad id ſolemni feretro impoſitos referunt in vrbem & honoratis ſepulchris condunt; tecti tamen velatíque linteis indumentis, quò ſcilicet pudore omni ſoluti vacare huic muneri liberiùs poſſint; nam fermè inter ciues primi & optimi quique in S. Ioannis Decollati ſocietate

S. Ioannis in Caſerotte.

Confraternitates S. Ioannis Decollati: quæ & Mortis.

cenſentur, cui talia pietatis opera obire propriũ. Mediolani quidem D. Carolus Borromæus cœtum eiuſmodi hominum tunc maximè vtilem ac neceſſariũ, quòd vrbs prouinciáque latronibus ſcatẽs per cottidiana pœnè ſupplicia expurganda eſſet, adeò honorabilẽ illuſtrémque reddidit, vt in ſociorum numerum & Carolus Aragonius Dux Terrę Nouæ Gubernator vrbis, & dux Soranus Arcis præfectus, & Senatus præſes quique alij honoribus & nobilitate eminebant, relati fuerint.

Moniales de Succurſu.

Habitant in hac vrbis regione Virgines ſacræ, quibus à Succurſu nomen, religionis origo ante annos X L. ab Iſabella Hiſpana regij generis virgine cœpit, quæ ſupra vitæ ſanctitatẽ ea de rebus diuinis dicendi facũdia pollebat, vt Pontifex Summus ei gratiam fecerit in templis ad populũ publicas habendi conciones. Hæreo animi, quoniam fermè in vrbis vmbilico conſiſtimus, quæ nobis porrò capeſſenda ſit via. Quin dextrã primò regionem peragramus, qua ad Tonſam, vt vocant, portam porrigitur. Nõ tacendum, non prætereundum in hac illuſtre

Templum Stephani ad Rotã. Rotæ cognomentum ab illuſtri miraculo.

templum Protomartyris S. Stephani ad Rotam. Inuenuſtũ aſperúmque cognomen, ſed cauſſa atque origo, quam memorant, longè iucundiſſima auditu eſt. Cùm in viuis adhuc D. Ambroſius eſſet, Arianæ hæreſis validiſſimus hoſtis, improbi furentes rabie & odio ſæpiùs in ſanctum virum incurrerunt: nec ſegniùs

pro paſtore ſuo Catholici ciues pugnarũt,ita propè iuſtis & frequentibus prœliis multum ſanguinis factum.Omnium verò atrociſſimus ille inſultus fuit,quem in cãpo , in quo hodie D. Nazarij ad Petram Sanctã cognominatũ templum ſpectatur,Ariani fecerunt;tunc Diuus cœlũ intuens, *Deus in adiutorium meum intende*, dixit alta voce, mox SS. Geruaſius & Protaſius ſtipati Angelorum cateruis apparuere ; ſimul connixi ingentibus viribus Catholici auerterunt hoſtem.Neque ipſis incruẽta victoria fuit;multi vtrimque deſiderati. Sed Ambroſium ſuorum corpora,vt funeris ſupremo honore afficeret, quærentem nec dignoſcentem angebat res;fundit itaque ad DEVM preces exemplo moueri exſanguia cadauera cœpere,& alia ſupina cœlum,alia auerſa terrã ſpectare ; ipſe adeo cruor,qui mixtus concreuerat, diſcretus in duas partes abiit , quique è Catholicorũ corporibus manauerat, inſtar rotæ coagulatus, haud dubiè impellẽte numine, per vrbem fluxit,& influxit in D.Stephani,de quo agimus,tẽplum.Alterum hic miraculũ ; dehiſcens enim terra ſanguinem hauſit; cuius rei monimẽtum vt poſteri haberent, templo ad Rotam cognomen inditum , rotæ enim figura fluxerat ſanguis, vt dictum eſt. Exſtat quoque è cocto lapide efformata rota cum hac inſcriptione : *Rota ſanguinis fidelium.* At quo locò decertatum fuit , pij ciues ſacellum ex-

Catholici à cœleſtibus adiuti Arianos profligant. cæſorum Catholicorũ corpora & ſanguis ab hæreticis diuinitus ſecreta.

 ſtruxere,

ſtruxere ; & marmoreæ tabulæ inſculpſere illa verba: *Deus in adiutorium meum intende*; verùm quòd incommodo loco ſitum officeret elegantiæ vrbis, Ferrans Gonzaga ſuſtulit. Nazarij verò templum adhuc manet, cognomine ad Petrã Sanctam; quod illa tempeſtate familiæ nomen erat, cuius in eo prælio virtus ante omnes enituit, quãquam alij cognomenti cauſſam lapidi aſſignent, qui in templo ſitus colitur religioſe. Hæc vt aliquanto pluribus commemorarem, digna ſcitu, D. Stephani ædes fecit. Sequitur S. Babilæ Martyris & Epiſcopi Antiocheni templum, ita dictum dicatúmq; illi poſſimum Duo, quòd corporis eius aliqua pars inibi quieſcat. Olim Soli ſacrum fuit, poſtea à S. Barnaba luſtratum Chriſtianis cæremoniis & dignum habitum, in quo ipſe Apoſtolus SS. Miſſæ ſacrificium primus celebraret. Quid verò illud Leonis ſimulacrum ſibi vult, quod contra hanc ædem erectum cernitur; tacent ſcriptores, quos quidem legerim: at fama loquitur Mediolanenſes victis aliquando Venetis inter ceterã prædam hunc Leonem retuliſſe, vtque victoriæ conſpicuũ monimentum atque ſpectaculum eſſet, ſuppoſita baſi, vt videtur, erexiſſe. Propè porta eſt, quam à ſitu Orientalem nominãt. Suburbia inde ampla & ſpectanda aliquot templis. Atque vt ab vltimo ordiar, ſacrum eſt D. Dionyſio, non illi quem Galliæ venerantur, Martyri, Martyrij attamen

Templũ S. Nazarij ad Petrã Sanctam

Templũ S. Babilæ.

olim Solis.

Leonis ſtatua Venetis erepta.

Porta Orientalis.

Templũ D. Dionyſij.

tamen coronam ſine ſanguinis profuſione haut dubiè promerito; vt ſanguinem enim fundas, in alieno arbitrio ſitum eſt: nec Martyrem te percuſſor facit, ſed ipſe tu, ſi impiis obſiſtas intrepidè, ſi religionē & DEVM ab hæreticorū iniuriis vindices conſtanter; ſi non blanditiis, non flectaris minis; ſi in exſilium pellaris, in carcerem compingaris, nec mutes mentem. Ita ſibi texuit Martyrij coronā hic, de quo agimus, Dionyſius. quamquam ſanguinem non eripuerit gladius, dare tamen paratus erat, ſi peteretur. Contra hæreticos ipsúmque adeo Conſtantium Imp. defendit Catholicam fidem conſtantiſſimè; idcirco miſſus exſulatum in Cappadociam, inque aſperrimum coniectus carcerem totos ſeptem annos nullum nō miſeriarum genus perpeſſus eſt. Mors humanis calamitatibus finem fecit, & præmiis cœleſtibus principium. Ita eſſe vt homines etiam ſentirent, edidit DEVS crebra apud ſepulchrum eius miracula. Archiepiſcopus idem fuerat & ciuis Mediolanēſis ex illuſtri Marianorum familia; cæterùm eiecto in exſilium ſuffecerant Catholici Ambroſiū, prorſus dignum, qui ſecundus à D. Dionyſio numeraretur. Hic non contentus exemplo vitæ hæreditatéque virtutum, in quam ſucceſſerat, ipſum etiam mortuum reſtituere patriæ, quando viuum non poterat, voluit; obtinuitque opera Magni Baſilij, qui illa tēpeſtate Epiſcopus Cæſareæ in

Dionyſij ſtudius cōſtātia: exſilium;

mors:

ſanctitas.

ſucceſſor D. Ambroſius.

corpus patriæ reſtitutum.

in Cappadocia degebat. Corpus Aurelio poſtea Diuo, tum Redicianæ Eccleſiæ apud Armenios præſuli perferendum in patriam datum. Quod vt afferri nuntiatum eſt, Ambroſius comitante clero, proſequẽte populo, obuiá proceſſit ád Adduę vſq; portũ, quẽ Caſſianũ hodie vocãt, decimo oct. uo milliari diſtãtẽ ab vrbe, nobilitatũ Acciolini famoſi tyranni clade. Ibi religioſus antiſtes cùm exoſculari ſomatothecam pararet, ſtupẽdum dictu, diſſiluêre vincula, patuit arca, exiit redi-

idem denuo viuidum.

uiuus Dionyſius & amplexus oſculatúſq; prior Ambroſium, Aue frater, dixit. Quẽ putas circunſtantis multitudinis fuiſſe ſtuporẽ, cùm exanime corpus, vt fuerat, ſurgere ſuamet vi, incedere, colloqui cũ præſule ſuo de Catholicæ fidei myſteriis & Chriſti diuinitate: iterum valedicere

denuo mortuũ.

eundem, qui Aue dixerat, qui ex arca exiuerat, redire in illam eũdem, iterúmque emori ſpectaret? Ambroſius ante omnes perfuſus lachrymis, magnum vocans, deprædicans DEVM, moueri ex eo loco ſomatothecam prohibet; deſignat templo fines, vt tãtæ rei perpetuum monimentum exſtaret, quod conſtructum dicatúmque D. Dionyſio ad noſtra vſque tempora manſit. nuper quia vetuſtate fatiſcebat, dirutum Caſſanenſes magnificentius refecere. Mediolani nondum

Templũ hoc à S Barnaba primò cõditum.

hæc, de qua agimus, Dionyſij ædes erat, ſed in eodem ſitu alia à D. Barnaba Chriſti, Patriarcharum & Prophetarũ honori-

erecta;

erecta; quam reſtauratam S. Ambroſius D.Dionyſio dedicauit condiditque in ea eius corpus, vt quidam ſcribunt. Alij referunt, quod memoratum eſt, tunc temporis Caſſani ſiue ad Adduæ portum, vt vocabatur, relictam cum corpore arcam fuiſſe, poſtea delatam Mediolanum ab Archiepiſcopo Eriberto. Vt vt hoc eſt, quod non dubito plus admirationis, quàm fidei habiturum apud quoſdam, mihi auctorem indicare ſatis erit, Paullum Morigium videlicet, è quo id ſumpſi ego: ipſe vnde acceperit, ſciet; meâ nihil refert. Quod proprie inſtituti mei eſt, deſcribere vrbis ſacras profanáſque ædes, id exſequor, & à S. Dionyſij, quæ huius narrationis anſam præbuit, tranſeo ad eiuſdem nominis Xenodochium. Cui reſpondet extra muros alterum D. Gregorio dicatum, loci ſpatio & cubiculorum ordine, vndique peruiā auram admittentium, tum & periſtylorum hypæthrarumque ambulationum commoditate multas opulentorum ciuium ædes exſuperans. Mediolanenſium pietatem & curam, quam erga pauperes & ægros gerunt, â copia laudabo poſtea: iam hic nobis locus teſtatum facit quàm mūdè eos & exquiſitè velint curatos. Ceterùm neſcio quis me error in hæc ſuburbia egerit, tranſuerſum tam longè ab inſtituto. Inſtitueram autem vrbanas ſacras ædes ordine primùm cōmemorare, facto initio à S. Mariæ Scaligeræ templo, eáque

Xenodochium S. Dionyſij.

Xenodochium D. Gregorij.

narratione abſolutâ, tum denique ad ſuburbanas deuenire. Sed quoniam eo vſque progreſſi ſumus, vt ſi etiam redire eò, vnde diſceſſeramus, nunc quidē velimus, ea quæ porro ad Nouo-Comenſem vſque portā ſequuntur, aut omnino prætereunda, aut lōgo laborioſóq; magis ambitu poſtea adeunda ſint, place. tēpla in ſuburbiis Nouo & Comenſi maximè celebria breuiter percurrere. Porta Orientalē, quam tetigimus, proximè inſequens Noua dicitur; vnde regioni vicinæ Nouæ nomen. A Porta propè diſtat S. Bartholomæi ædes Anſelmi Balſami patricij Mediolanenſis ſumptu circa annum MLXV. exſtructa, poſtmodum vrbis ſæpiùs oppugnatæ expugnatæque ruinis inuoluta & tantùm non euerſa, denique annis abhinc XL. egregiè reſtaurata. S. Marci deinde Templum publica impēsâ & ex voto erectum anno MCCLIV. cùm diuturna peſtilentia conquieuiſſet. Sequitur Porta Beatricis; & poſt hanc quæ Comum mittit, Comenſis idcirco vocata. In Comenſibus hiſce ſuburbiis prima Carmelitarum ædes; vbi ſpectanda S. Simeonis imago D. Lucæ creditum opus. Secunda ſitu, nec dignitate poſterior D. Simpliciani archipiſcopi Mediolanenſis, viri doctiſſimi, nomen ac corpus gerens; nam D. Ambroſius, qui tēplū conſtruxerat DEIparæ ceteriſque SS. Virginibus dedicauit; vt verò Simplicianus Chriſtianæ religionis prolatandæ ſtudio

Porta Noua. Templū S. Bartholomęi. S. Marci. Porta Beatricis. Porta Comenſis. Templū Carmelitarum. S. Simpliciani.

ſtudio in exteras regiones profectus, Romæ in primis hominum maximâ multitudine atque inter eos Victorino rhetore S. Hieronymi præceptore ad veram fidem perducto aliiſque immortalibus editis operibus clarus ſatis conceſſit, ornarunt Pontificem ſuum pij ciues eximio ſepulchri honore in hac æde, tãtumque amor eius & memoria in animis hominũ valuit, vt templũ ipſum nomine Simpliciani poſtea vulgò appellarent. Vltimum atque ad oram velut vrbis ſitũ eſt, quod S. Mariæ incoronatæ nominãt: condidit Blanca Maria poſtremi Mediolanenſium Ducis ex genere Vicecomitum filia, & ex Sfortiarum ſtirpe primi Franciſci coniunx; affinitati ergo forſitã hoc datũ, vt mariti germanus frater Gabriel Sfortia hoc loco atque in propinquo D. Nicolai Tolentini ſacello humaretur: an magis religioni hoc datũ. nã ex S. Auguſtini familia monachus ob ſingularẽ eloquentiã & vitæ probitatẽ meruit viuus, vt Archiepiſcopalis ſupremo honore in patria donaretur, & mortuus in Beatorũ albo ſcriberetur. Iã ad Orientalem portam vnde diſceſſeramus, referamus gradũ. Ampla & hanc extra portã ſuburbia, ędificiis ſacris profaniſque frequentia. Inter ſacra primum, quod Paſſionis vocant, templum & cœnobium Canonicorum regularium Lateranenſium; omnia ære Danielis Biragi archiepiſcopi Mitylenenſis à fundamentis ex-

S. Mariæ Incoronatæ.

Templũ Paſſionis.

ſtructa; cui ſepulchrum ex ſplendido marmore Præfecti Hoſpitalis, vt habet inſcriptio, ex teſtamento in templo poſuêre. Alterum in hac ſuburbana regione templum, Petro, vt nominant, Gieſſato ſacrum, vetus quidem, ſed ad hodiernæ architectonices regulas magnificè inſtauratum; dignum, quod ſpectetur. Tum præteritâ Tonsâ portâ hortíſque, qui extra eam crebri, iam in conſpectu Romanæ portæ obuia fit S. Antonij ædes: aquè tergo eius venuſtiſſima alia gypſeis atq; inauratis laquearibus & ſacellis nitens DD. Apoſtolis Paullo & Barnabæ dedicata; huic, quia lumen Chriſtianæ religionis primus in vrbẽ intulit: illi, quia nomen eius Collegium religioſorũ paullò ſupra noſtrã ætatem inſtitutum gerit. Anno ſcilicet MDXXV. tres patricij generis viri Iacobus Antoninus Morigius, Franciſcus Maria Zacharias, Bartholomæus Barrius conniuere nouâ quadam, ſed laudabili viuendi ratione cœpêre; quibus mox fama ſanctitatis integritatiſque morum, in qua degebant, latè ſparſa aggregauit plures. ita cùm iam numeroſus cœtus eſſet, Paulli Decollati nomẽ ſũpſit: refectúmq; magnificè tẽplũ quod ſolius Barnabæ ſacratum honori fuerat, D. Paulli cõmune voluit eſſe. Vltimi prope pomœriũ ſiti Franciſcani ædẽ S. Mariæ cognomine Paci obtinẽt, in qua Iulij Clari clari I C. monumẽtũ. Extra in periſtylij pariete picta inſigniter D. Frãciſci

Petri Gieſſati, noua
Tonſa.
Porta Romana.
Templũ S. Antonij.
SS. Paulli & Barnabæ.
Ordo religioſorum S. Paulli Decollati.
Templũ S. Mariæ Pacis. vbi Iul. Clari I C. tumulus.
Templũ S Rochi.
S. Bernardi.

vita

vita conſpicitur. Vlterius D.Rochi fanum,& ipſum pomœrio proximum. Tũ cœnobium S. Bernardi nomine: at quæ incolunt virgines,Dominicanæ religionis inſtituta ſequuntur.Ad quas & locorum propinquitate & vitæ ſimilitudine pertinent proximè Virgines in monaſterio S. Lazari degentes, Dominicanæ & ipſæ.Ab his locorum haut ita magno interuallo diſtant Franciſcanæ, quarum cœnobium templumque S. Apollinaris indigitatur. Hæc vtraque monaſteria à porta Romana non ita multum diſſita: longiùs abeſt S.Lazari Xenodochium:& adhuc longiùs ſplendidum D. Celſi templum, anno DCCCCLXXXVIII. à Landulpho Calcano patricio & archiepiſcopo Mediolanenſi conſtructum, temporũ poſtea bellorumque iniuriis pænè deletum, monachis per varias calamitates hac illac dilapſis: quoad circa annum M D L. recepti in vrbem Canonici S. Saluatoris præfectique huic loco curando & templum & monaſterium refecerunt excolueruntque, vt vides. Proximũ D. Mariæ Virginis fanum vt ornamentis opibuſque,ita religione excellens.religionis prima incrementa iam inde à S. Ambroſij temporibus cœpere:cùm enim in hoc loco S.Nazarij corpus reperiſſet, compos theſauri tam exoptati. ideoque ſuperis gratias relaturus, imaginem DEI paræ opere,vt illa tempeſtate,egregio pingi curauit. Quæ deinceps ſingularibus

S.Lazari.

D.Apollinaris.

Xenodochium S.Lazari.

Templũ S.Celſi.

D. Mariæ ad S.Celſum.

vbi imago DEIparæ inclyta miraculis.

laribus honoribus culta, in cultores ſæpiùs benefica, præſertim circiter annum MDCCCCLXXXV. cùm peſtis atrociſſima Mediolani graſſaretur, trepidos vitæque diffiſos ciues eam in ſpem erexit, vt crederent à D. Virgine obtenturos ſe fore, quodcumque coram effigie ſupplices votis precibuſque expetiiſſent. Audiit precantes Diua, & immiſſo cælitus imagini ſuæ velut vitali ſpiritu, nemine mortalium mouente, velum, quo imago obducta fuerat, remouit, ſeque ea ſpecie, qua depicta erat, omnibus in templo ſpectandum exhibuit. Miraculum ingens idémque ſignum fuit peſtilentiæ mox finiendæ. Ergo culta, vt dixi, deinceps ſingulariter imago fuit, aucta donariis immenſi pretij, veſtita multo auro, argẽto & gẽmis. quæ inter radiant ſuſpenſæ argenteæ lampades: emicat altare ſplẽdidum Comitis Fontium, qui nuper Gubernator vrbis audiit & fuit, munificentia exſtructũ; tanta enim viri huius Martialis erga D. Virginẽ pietas extitit, vt iuxta imaginem, quam dixi. & ipſe excoluit, voluerit ſua oſſa cubare. Hinc recta ad Portã Ludouicam panditur via; ſed antequã extra intraque eam reliqua exequar, libet ex ſuburbiis Romanis, in quibus hactenus verſati ſumus, in vrbem migrare. Primũ proximumque Romanæ portæ Xenodochium: nec loco modò, ſed inter plurimas eiuſdem generis domos amplitudine & opulentia primum eſt.

D. Virgo exorata peſtem ſedat.

Xenodochium Magnum.

eſt. quare vulgò *Hoſpitale Magnum* indigitant, & memorant reditus annuos minimùm quinquaginta aureorum nummûm millia conficere, ſuperare autem hanc ſummam crebrò admodum denis viceniſque millibus annuis. Magna accepti, nec ferme expenſi minor ſumma eſt; alitur enim inopum & infirmorum tota legio, plura inquam hominum millia, quibus ſuſtentandis opes, & hoſpitãdis ædes oportet ſanè amplas eſſe. Ceterùm Xenodochij iſtius ſi extimùm ambitum conſideres, quadratum eſt, columnatis porticibus circumſeptum, ſexcentos in amplitudinem cubitos patens. Interius ædificium crucis in formam factum ita, vt quattuor areæ ſeu periſtylia vacua relinquantur. In hac Cruce ægri recumbunt, curanturque mundiſſimè. Centri inſtar ara eſt vndique conſpecta, vt omnes in lectulis ſuis recumbentes videre ſacerdotem ſacra facientem queant. S. Nazarij corpus à D. Ambroſio extractum fuiſſe in lucem dixi antea. Condiderat idem Ambroſius inter plures alias ſacras ædes haut procul Xenodochio, quod modò memorauimus, templũ in honorem SS. Apoſtolorum; quam proinde Baſilicam Apoſtolorum & Romanam tam ipſe, quàm alij veteres ſcriptores ferme appellarunt. In hanc intulit repertum S. Nazarij corpus; vnde antiquato paullatim priori nomine templum S. Nazarij deinceps vocari cœpit.

eius opes & reditus annui;

item forma ædificij deſcripta.

Templũ S. Nazarij.

antea Apoſtolorum.

Non

Palatium Vice Comitum Sfortiarum.

Non ſilendum in vicinia Vice-Comitū Palatium: neque Sfortiarum alterum vltrà mediam verſus vrbem tendentibus obuium: nam binæ hæ familię ante Gallorum & Hiſpanorum imperium Mediolani principem locum diutiſſimè tenuerunt. Celebrata maximè in hac vrbis regione ædes eſt S. Ioannis Euangeliſtæ cognomento in Concha. auget celebritatem auctoris ipſius ſanctitas: Caſtratiani, inquam, Oldani integerrimi antiſtitis, qui hanc ædem exſtruxit, & in ea ſepeliri voluit. Quo exemplo forſan adductus Barnabas ViceComes Dux Mediolanenſis eumdem in quo quieſceret, locum delegit. Templum S. Satyri, olim Iouis fuiſſe attigi ſuperiùs: at enim veri ſimile admodum ſit ſitum quidem loci eumdem eſſe, non ædificium; qui enim archiepiſcoporum vrbis res geſtas litteris tradiderunt, Aſpertum archiepiſcopū nominant, qui D. Satyrum S. Ambroſij fratrem ſingulari honore proſecutus, erectóque ac dedicato hoc templo veneratus fuerit, cùm annus à nato Chriſto octingenteſimus ſexageſimus numeraretur. Inter multa, quæ D. Satyri hanc ædem venerabilem faciunt, meretur cenſeri imago DEI paræ filium amplexu fouentis, in ſummo altari conſtituta, cùm priùs ad cœmeterij parietem iuxta templi fores fixa ſteriſſet. Maſſatius quidam Vigonzonius homo aleæ & otio deditus cùm per luſum fortunas ſuas omnes

Templū S. Ioañis in Concha.

Temp'ū S. Satyri

Imago Chriſti cultro confoſſa ſanguinē mittit.

omnes detriuiſſet, velut iniuriam à ſuperis acceptam vlturus cultrum in puelli Chriſti guttur impegit. Simul imago tanquam verſa foret in hominem, quē referebat, ſanguinem adeo vbertim profudit, vt & Chriſtus toto corpore, & latro ipſe in vultu reſpergeretur. Beatus liquor, qui momento intimis præcordiis inſtillatus ſaxeum cor emolliuit: nam Maſſatius vt ſuperfuſum ori cruorem perſenſit, extemplo præſentis numinis vim agnouit, & ſolutus in lacrymas miſerabilibus lamentis incuſare ſemet & deteſtari admiſſum facinus ante non deſtitit, quàm vicini ciues crebris eiulatibus exciti accurriſſent. Horrendum enimuerò id ſpectaculum omnibus viſum, & dignum, cuius memoria illuſtriore loco conſeruaretur. itaque mota imago ex cœmeterio, & in templum tranſlata fuit. Maſſatius quattuor annis, & ſemis aſperrimam agendo vitam luit peccati ſui pœnas, receptuſque in monaſterium S. Ambroſij adeo placabiles habuit ſuperos, vt inter reliqua DEI in vinis accepta dona ſpiritu prophetico polleret. Templa iſthæc iam commemorata in eam volui vrbis referre regionem, quæ ad Romanam portam ducit. Excipit hanc portam Ludouica, extra quam D. Celſi & DEIparæ ædes ſuprà laudata: intra SS. Paulli, & Euphemiæ, & Mariæ Magdalenæ exiguo abinuicem locorum interuallo diſtantes. Sequitur Porta Ticinenſis,

Iconoclaſta pœnitens.

& à Deo receptus in gratiā.

Porta Ludouica.

Templa SS Paulli.

Euphemiæ.

M Magdalenæ.

cinenſis,ita appellata, quia ad Ticinum fluuium vrbémque mittit. Suburbiorum Ticinenſium vnicum decus S. Euſtorgij templum, ea amplitudine & pulchritudine, vt mediam vrbem exornare queat. Euſtorgius iſte, quem nominamus, hoc templum condidit non ſuo, ſed trium Regum, quorum in SS. litteris mentio, honori. Agebat Cõſtantino M. imperante vices eius in hac vrbe, & illas quidem adeo ſanctè ac laudabiliter, vt poſt mortem D. Materni Mediolanenſium archiepiſcopi votis ſuffragiiſque populi vniuerſi ſucceſſor ei deligeretur ac conſtitueretur, annuente Imperatore. Quod munus geſſit annis XIX. Conſtantinopoli Trium Magorum, quos dixi, corpora Mediolanum tranſtulit, intulitque in hanc ſuam Baſilicam. Sed vt Fridericus Ænobarbus vrbem cepit diruitque, egeſtis innumerabilibus ſacris profaníſque opibus, ceſſerunt inter prædam Rudolpho Coloniæ Agrippinæ antiſtiti ita petenti terna illa SS. Regum corpora. Ita Mediolano ademptus iſte regius theſaurus, & Coloniã aſportatus paullatim & nominis memoria apud Mediolanenſes euanuit, dicique cœpit S. Euſtorgij templum à conditoris & nomine & corpore inibi ſepulto. Exſtat tamen arca, quæ regia illa corpora ſeruauerat: & nummus aureus reliquus ex aurea gaza, quam Reges ex Oriente Chriſto puero donum tulerunt. Campus fuerat, vbi

Templũ S. Euſtorgij.

Trium Regum honori dicatum;

quorum corpora Mediolanum ab Euſtorgio,

ac porrò Coloniã Vbiorum delata.

vbi nunc templum eſt,ſuburbanus,Chriſtianorum olim laniena celebris, quorum corpora XV. millium numero defoſſa hoc loco fuiſſe maiorum ſermone accepimus:alia item magno numero demerſa in puteum, hodiéque ea re venerabilem. Paris religionis, ſed præcipui inter alia ornatus eſt ſepulchrum D. Petri Martyris Dominicani, prope Mediolanum via Nouo Comenſi ab hæreticis trucidati, ſculptum ex alabaſtrite, diſtinctum elegantiſſimis ſignis & imaginibus,in quo corpus eius capite excepto:caput verò in tabernaculo, quod vocãt,cryſtallino argenteis inauratis ornamẽtis fulgido colitur. Coluntur inſuper in hoc tẽplo oſſa S.Coronæ,D.D. Victoris,Honorati Epiſcopi Vercellenſis, Magni archiepiſcopi Mediolanenſis,Eugenij epiſcopi Galli, quem memorant coram Romano Pontifice contendiſſe acriter cum Carolo Magno Imp.& euiciſſe, vt in patria Eccleſia Ambroſianum,quod vocant vſurpantque hodie Mediolanenſes,Officium retineretur. Præter hos Diuôs ſepulti in hac æde plures viri factis litteríſque egregij: multi ex Turriana gente, penes quam ante ViceComites ſumma rerum in hac vrbe fuit; ex ViceComitum familia primus Mediolani Dux Matthæus, qui pariter in hoc templo humatus; ex litteratis non tacendus Georgius Merula meritus de litteris præclarè & meritus eo ipſo gratiã Ludo

Chriſtianorum carnificina.

D. Petri Martyris ſepulchrum.

In hoc templo ſepulti alij plures Diui;

itémque viri illuſtres,

ex his Georg. Merula.

Ludouici Ducis, quàm inter familiares eius quiſquam; mortuo enim iuſta funebria exſolui Dux voluit ea planè cum pompa ac celebritate, qua ipſis Ducibus aſſolebant. Accolunt templum hoc monachi Dominicani, cum quibus vixit idem, qui in templo quieſcit. Petrus Martyr, ſolitus ſupra Monaſterij portam è ſuggeſto adhuc exſtante concionari. Forte quadam cùm ad populum verba faceret, & auditorum multitudini ſub dio conſiſtenti Solis meridiani æſtus intolerabilis eſſet, petiit obtinuitque à Deo ſupplex, vt repente ſereno cælo oborta denſior nubes integeret atque inumbraret totam concionem. Iuxta cœmeterium fons colitur aquæ limpidæ, nec ſiti modò, ſed & morbis arcendis vtilis; fama quippe & ſcriptores teſtes ſunt D. Barnabam Apoſtolum primò, poſtea Caium eius diſcipulum ex hoc fonte innumeros Chriſtianos luſtraſſe, in primis Vitalem cum coniuge Valeria & filiis Geruaſio ac Protaſio. Regionem hanc ſuburbanam Ticinenſem vocant, eodémque nomine Portã, quæ in iſthæc ſuburbia exitum præbet, nuncupant. Portæ intrinſecùs propinquum eſt S. Laurentij fanum, olim Herculis, artificio pretióque inter omnia antiquorum opera præſtantiſſimum. Euaſerat, ſi quod aliud, barbarorum hoſtium manus, quibus pleraque Mediolani & vrbs ipſa non ſemel excíſa; ſæuus ignis & hoſtibus truculentior

Monaſterium Dominicanorum.

D. Petro Martyre concionante & ita petente auditores nubes obumbrat.

Fons S. Barnabæ luſtralis.

Porta Ticinenſis.

Templũ S. Laurentij.

culentior anno octogeſimo quinto ſupra milleſimum aurea æreaque decora ſoluit aut fœdauit,reliqua corrupit: immiſſus, vt opinio erat, à ſuperis inferíſve,quoniam incendij auctor vel cauſſa numquam comparuit. Teſtudo, qualis in Romano Pantheo ſpectatur, ſed amplior & ſublimior, tunc quidem ignis vim ſuſtinuit, fracta tamen, vt credere lubet,& labefactata compages in tantum fuit, vt denique anno MDLXXIII. die XII.Iunij ſub veſperum horribili ruina tota conciderit. Iuxta Laurentianam iſtam ædem Placidia Auguſta Magni Theodoſij filia ſacellum columnis marmoreiſque & auratis emblematis perornatum exſtrui curauit, & dedicauit S. Aquilino ex ordine Canonicorum regularium. Cetera ad templi antiquitatem pertinentia recenſui ſuperiùs: neque nunc repeto, ſed tranſeo ad S. Ambroſij. Baſilica, quæ S. Ambroſij dicitur, non ipſius honori ſacrata, ſed ab ipſo aut à fundamentis exſtructa, aut antiquatis gentilium ſacris purgata Chriſtiano ritu(in vtrumque enim auctores ſunt) certè à S. Ambroſio Mediolanenſium antiſtite DD. Geruaſio & Protaſio dedicata fuit: corpora horum Martyrum ab eodem ſubter ſummum altare collocata.In quem tumulum illatus & ipſe Ambroſius:ac quia in viuis aſſiduus ad ſacra Martyrum oſſa precibus & ſacrificiis multam dici, plurimam noctis partem exegerat,

olim Herculis incendio corrupcum:

poſtea & teſtudo collapſa.

Sacellum Placidiæ Aug. S. Aquilino ſacrum.

Templũ S.Ambroſij.

conditi in hoc tẽplo DD. Geruaſius & Protaſius:

exegerat, inquè hac velut propria domo commorari aſſueuerat, factum eſt, vt etiã viuo illo ædes Ambroſiana vulgò diceretur. Mortuo datum hoc, vt iuxta Martyres, vt dixi, ſepeliretur: qui longiuſculè ab ſe inuicem, Deo mouente remoti medium Ambroſium accepere. Cuius miraculi memoriam ſequentes antiſtites in archiepiſcopalibus ſigillis exſtare voluerunt: vnde epiſtolæ & diplomata vetera haut pauca SS. Geruaſij & Protaſij & inter eos medij Ambroſij imaginibus ſignata paſſim conſpicua: nam & D. Carolus Borromæus tabulas Eccleſiæ ſuæ & quæ perennare volebat, iiſdem imaginibus libentiſſimè obſignabat. Multa alia corpora & oſſa Diuorum, quæ in hoc tẽplo & ſacrariis adiacentibus coluntur, Paullus Morigius curatus taliũ ſcriptor recenſet, meminitque æneí ſerpentis medio in templo columnæ impoſiti, & probat illũ ipſum eſſe, quem Moſes diuino iuſſu fecit, coluerunt poſtea Iudæi ſuperſtitiosè, eoque rex Ezechias diffregit: apparent enim fragmẽtorum notæ, & quia inter Bizantinæ gazæ ſpectacula à Nizephoro Imp. repoſitus, argumẽto eſt adulterinum vel noui operis non fuiſſe: Bizantiò autem perlatus Mediolanum fuit circiter annum DCCCCLXXIII. quo tempore Otto III. Occidentis Imperator Nicephori filiæ nuptias ambiuit, miſſuſque ob eam rem à Summo Pontifice Arnulphus Arſagus Mediolanenſis archiepiſcopus

& in eorum medio corpus S. Ambroſij; quali corporum ſitu in ſigillis archiepiſcopalibus expreſſi.

Æneus ſerpens ille, qui à Moſe Iudæis propoſitus: *Num. 21. Reg. l. 4. c. 18.*

allatus Conſtantinopoli Mediolanum ab Arſago archiep.

piſcopus ad Nicephorum, & admiſſus in aulicum gazophylacium, ne otioſus ſpectator fuiſſe videretur, anulum, quem digito gerebat, immenſi pretij detractū alias inter opes donum reliquit. Imperator turpe ducens ſe ab hoſpite vinci liberalitate, è diuerſo poteſtatem optionémque ei fecit, vt eligeret ex omni numero rerū maximarū, quod maximè vellet. Arnulphus non aurū, non gemmas in vicem eorum, quæ dederat, ſed vnum illum aheneum ſerpentem, diuinum opus, dono petiit accepítque, & redux in patriam ſupra columnā in hoc templo, vt videre eſt, conſtituit. Oportet ædem hanc olim inter Mediolanenſes dignitate præcipuā fuiſſe, nam & Concilia ibi celebrata, & Imperatores Regéſque Italiæ veterę ritu ferream coronam ab archiepiſcopo in ea accipere ſoliti: quidā etiā ſepulti, inter quos D. Sigiſmundus Rex & Martyr, peculiaris poſtea ſacelli honore affectus. Multū hinc templo nominis ſplendoríſque & iuxta opū acceſſit; vnde comparata illa in ſacros vſus ſupellex numero pretioque admirabilis; cui ob vetuſtatē iungo annales Iudaicos Fl. Ioſephi in cortice deſcriptos. Opulentiæ plurimū exhibet ara maior, obtecta tholo quaternis porphyreticis columnis ſuffulto, obducta laminis argenteis, coruſca frequentibus gēmis; in quod opus circa annū DCCCCLX. Angibertus Puſterla Mediolanenſium antiſtes ſuo ex patri

In Ambroſiana Baſilica Reges & Impp. ferro coronari ſoliti; in eadem humatus D. Sigiſmūdus.

Altaris ſummi forma & pretium.

patrimonio impendit aureorum nummûm XXVIII. M. magnam illis temporibus pecuniæ vim, quibus auri copia non tanta fuit. Sacra peragunt in hoc templo viciſſatim Canonici & monachi Ciſtertienſes, qui proximas ampliſſimas ædes accolunt, Aſcanij Sfortiæ Card. beneficio: hic enim cùm Abbas Claraualleníis eſſet, impetrauit à Romano Pontifice, vt duos & triginta monachos in hunc locum ſibi adſciſcere iiſque frui liceret illis bonis, quæ multa ante tempora Benedictinæ religionis homines huic templo à Petro Oldrato archiepiſcopo præfecti poſſederant. Mouit Sfortiam Card. ad hanc velut coloniam Ciſtertienſis familiæ huc ducendam, quod fama acceperat principem auctorémque eius D. Bernardum templum illud multis inibi patratis miraculis illuſtraſſe. Itaque memoriæ honorique eius effigies, vt fama eſt, antequam è viuis exceſſiſſet, ad viuum facta pictaque fuit publicè conſpicuo loco, quo adhuc ſpectanda. Proximum huic templo ſacellum eſt S. Auguſtini baptiſmo celebre: & memorant per viam, quæ ad id fert, incedentes DD. Ambroſium & Auguſtinum diuino afflatu exorſos hymnum hodiéque Eccleſiæ ſollennem, *Te DEVM laudamus*, porrò alternis verſibus panxiſſe. Mira ſemper inter hos Diuos animorum conſenſio, ex quo de religione inita concordia fuit. antea Auguſti

Monaſterium Ciſtertienſium.

antea Benedictinorum.

S. Bernardi in templo Ambroſiano geſta.

& imago ad viuum formata.

Sacellũ, vbi D. Auguſtinus baptiſmo initiatus.

Auguſtinus Manichæorũ erroribus obcęcatus magis curę habebat, vt bene viueret ſentirétve de myſteriis Chriſtianæ fidei; erat enim inter alios liberaliũ artium magiſtros Roma Mediolanũ euocatus, vt eloquẽtiam doceret; in quo ſtudiorũ genere cùm S. Ambroſiũ excellere audiret, cõciones eius frequẽtauit. *Sed dum* (fatetur ipſe, *non ſatagerem diſcere, quæ dicebat Ambroſius, ſed tantùm quemadmodum dicebat, ea audire, veniebãt in animum ſimul cum verbis, quæ diligebã, res etiam, quas negligebam, neque enim ea dirimere poteram: & dum cor aperirẽ ad excipiẽdũ, quàm diſertè diceret, pariter intrabat, & quàm vere diceret.* Ante ea tempora dũ Caiús S. Barnabæ diſcipulus in hac vrbe Chriſtianæ fidei fundamẽta iaceret, omne id locorũ ſpatiũ, quod Ambroſiana ædes & D. Franciſci propinquum templum cœnobiũque complectitur, Philippi Oldani nobiliſſimi viri Palatium & horti occupauerant: Palatium Chriſto DEO templum vouerat ac dedicarât: in hortis vt D. Caius Martyrum corpora humaret, permiſerat. Itaque ſepulti innumeri Martyres totúſque ille hortorum complexus Cœmeterium Caij appellatum eſt. Idem Philippus corpora germanorũ Geruaſij & Protaſij è carnificina clàm in ſuas ædes trãſtulit, reſq; eorum geſtas vti ſcripto conſignauerat, ad capita in ſarcophago repoſuit. Sepulti in eodem cœmeterio fuêre DD. Nabor & Felix, quorũ ſacris oſſibus

Anſa & cauſſa, ex qua motus Auguſtinus ad veram fidem amplectendam.

l. 6. confeſſ. c. 14.

Templũ S. Franciſci.

Cœmeterium S. Caij.

in quo humati Martyres plurimi.

aduolutus S.Ambroſius comperit, indice Deo, Geruaſium & Protaſium eodem in loco cubare. Perueſtigauit ergo & in lucem prolatos condidit præcipuo ſuæ Baſilicæ loco, vt antea diximus. Oſſa verò Naboris & Felicis, itémque D. Barnabæ Apoſtoli & Caij diſcipuli & Philippi Oldani poſtea inter Diuos relati, Fauſti itẽ & Portij filiorum eius in S. Franciſci æde cœmeterio, vt dictum, ſuperimpoſito coluntur. Eodẽ in cœmeterio exſtructum fuit & S.Valeriæ templum, ne tot cælitum fœcunda genitrix abſq; peculiari templo deſtitueretur: maritus enim ei S. Vitalis ex ordine conſulari, poſtea Martyr Rauennas; ex quo peperit eodem partu primùm Geruaſium & Protaſium, iterum geminos Diogenem & Aurelianum. In hac vrbis regione propè ipſis mœnibus adſtructum fuit Xenodochiũ S. Vincentij: & non ita magno abhinc interuallo alterum D. Ambroſij nomen gerens. Cuiuſmodi hoſpitales domus etiam in aliis vrbis regionibus plures sũt, partim ſuperiùs memoratæ, vt ſuis locis commodùm occurrerunt; cùm enim frequentiſſima populo vrbs ſit, oportet humanas neceſſitates & ipſas crebras incidere, quibus leuandis de multiplici auxiliorum genere proſpexerunt Mediolanenſes. Obſeruatum eſt publico ſumptu ali indies pauperum & ægrotorum nouem millia atque ex his quatuor millia in vno Xenodochio Maiori, cuius ſu-

iam culti in templo S. Franciſci.

Templum S. Valeriæ & eius maritus ac liberi indicanti.

Xenodochium S. Vincentij. alterum S. Ambroſij. Mediolanenſium pietas erga ægros & inopes.

prà

prà meminimus. Poſt D. Ambroſij Xenodochium ſequitur templum S. Hieronymi, multis ornamentis & præſertim Chriſti ſepulchro ad Heroſolymitani ſpecię efformato ſpectabile. Inſula inter hãc ædem & S Vincentij Xenodochium interiacet, tribus tẽplis frequentata: proximo S. Victoris cognomento Arſi: extimo PP. Cappuccinorũ; medio D. Martini. Victor iile, qui in ſui nominis templo colitur, eodem in loco Maximiani iuſſu excarnificatus, & poſtea à S. Materno archiepiſcopo tumulatus fuit. Arſum cognominãt à rei miraculo; fuerat enim lucus iſte extra pomœrium, nemore opaco horridus & velut inacceſſus. Itaque D. Ambroſius maximè hoc receſſu vtebatur, cùm Arianis debellandis feſſus quietem capere, aut legendo ſcribendóq; armare ſemet noua in prœlia vellet. Ariani toties victi, pudoris & iræ impatientes, vbi agere Ambroſium in æde Portiana (D. Portius Philippi Oldani ſupra laudati filius hoc templum conſtruxerat, quod iam S. Victoris dicitur) cõpererunt, attumulatâ ac ſuccẽſâ lignorũ copioſâ ſtrue aggreſſi ſunt ædem & in ea Ambroſium exurere. Diuus medios inter ignes expoſcit ſuperûm opem; nec mora; velut turbine diſpulſa flãma omnis conſedit. Ambroſius hoſtibus ampliùs vincendis ſeruatus acriora poſthac cum illis bella geſſit. Templum hoc & Oliuetanorum monachorum ædes, quæ adiacent archite-

Templũ S Hieronymi.

Templum S. Victoris.

S. Martini.

P. Cappucinorum.

Victoris Arſi cognomen vnde templo.

S. Ambroſius hoſtibus & flammis erepţus.

S. Martini templum, idémq; domicilij locus.

ctura elegantia ac multiplici ornamentorum varietate nullis in vrbe cedũt. Fama eſt D. Martinum Epiſcopum in vicinio habitaſſe; quo loco poſtea memoriæ cultuíque eius templum excitatum: ſolitum autem ibidem ſacra facere, ac fortè quadam iam ſacrificio deditũ, cùm vinum in promptu non eſſet, cõſpexiſſe è propinqua vite pendentem vuam, decerptam expreſſiſſe affusâ aquâ ad eam copiam, quæ rei diuinæ faciendæ neceſſaria eſſet. Vnde vitis illa præcipuo in honore deinceps habita cultáque, adeo diligenter fuit, vt ad noſtram pœnè ætatem florens vigenſq; pertigerit. Certè teſtis eſt Paullus Morigius vidiſſe ſe eam nõ ſemel per mille ducentos ampliùs annos durãtem. Hæc, quæ hactenus deſcripſimus, in Vercellenſibus ſuburbiis ſita, in quibus memoranda ſupereſt auguſtiſſima S. Mariæ Gratiarum ædes, ad marginẽ vrbis, vt iã mœnibus clauditur, antea extra muros conſtituta, principio extructa ſumptu Gaſperis Vimercati Comitis, poſtmodum exculta ditiſſimis donariis, liberalitate Sfortiarum Ducum, & Ludouici maximè, cuius vxor Beatrix Ateſtina in hoc tẽplo humata. Mira ſunt, quæ de Ludouici huius amore erga coniugẽ virâ functam narrantur. nam & integrũ ſequentem annum menſæ non accubuit, ſed ſuper tabella à binis miniſtris geſtata cibum ſumpſit, & quia die Martis vxorẽ amiſerat, iiſdem diebus toto anno

Vitis vna mille du centos annos durans.

Templũ S. Mariæ Gratiarũ.

Ludouici Ducis Mediol. amor & pietas erga vxorem mortuam.

epulas

epulas non guſtauit, indixítque idē ieiunium familiæ aulicæ; iuſſit etiam ſeptem dies noctéſque aſſiduas, aliis atque aliis ſacerdotibus ſibi viciſſim ſuccedentibus in hoc templo pro ſalute coniugis ſacrificia rémque diuinam fieri: elapſo verò anno iuſta anniuerſaria celebrauit maxima pōpa præſens, eadémque eodē tempore in omnibus locis, quæ ſuo regebātur imperio, lautè nō minùs & magnificè obiri voluit, miſſis ob eā rē ad ſingula templa ſingulis holoſericis altariū tegumētis. Cœnobium PP. Dominicanorum, quod templo adiacet, exſtructum fuit è collata ſtipe, quam emendicauit Iacobus eiuſdem religionis homo, è Sextorū nobili inter Mediolanēſes familia, ob vitæ ſingularem ſanctitatem Beatis adſcriptus, ſepultus in Mariana æde, quā proximè memorauimus. Hæc extra Vercellēſem Portam: intrà Monaſteriū Maius, quod vocant, templum egregiæ ſtructuræ, DD. Mauritio & Sigiſmūdo ſacrum, vbi olim Iouis ædes, de qua facta ſuperiùs mentio. Hinc ad Arcem breuis via: ſed præſtat eam vltimo locò perluſtrandam ſeruare, & quæ poſt Maius Monaſterium intimam verſus vrbem ſpectanda ſuperſunt, priùs enarrare. Primum ex his S. Victoris templum cognominatum ad Theatrum; fuerat enim hiſce in locis Theatrum, Auſonio memoratum, ſupra cuius rudera Chriſtiani templum iſtud excitarūt. Altera proximáque huic ædes ad

Monaſterij adiacentis auctor B. Iacobus Sextus.

Porta Vercellenſis.

Monaſterium. Maius

Templū S. Victoris ad Theatrū.

S. Sepulchri.

ad Sepulchrum nuncupata; cuius originem referunt ad annum Chriſti M X C. quo tempore Vrbani I I. Romani Pontificis auſpiciis Chriſtiani exercitu trecentorum millium peditum & centum millium equitum in Palæſtinam miſerunt, expulſiſque Saracenis ceperunt Hieroſolymam. Fuere in eo exercitu ſeptem millia Mediolanenſium, quorum ductor, Otto ViceComes, ſignifer Ioannes Ro, qui primus conſcenſis muris vexillum candidum rubea cruce inſignitum in pinnis fixit; vnde ipſi poſteríſque à Cruce cognomen. Reliquos inter milites generis nobilitate & pietate excelluit Benedictus Rozza Cortefellanus, qui Chriſti ſepulchrum non modò coràm impensè coluit, ſed conſilium cepit ad eius figuram ſimilis in patria exſtruendi; exſtruxítque in area ædium ſuarum, conſtituta inſuper de ſuo peculio dote, quæ octo monachis & quattuor clericis honeſtè alendis ſatis eſſet. Ab his curatum templum antiquitus; denique id Carolus Borromæus religioni Oblatorum à ſe inſtitutæ addixit. Oblati vocantur ſacerdotes, qui conceptis votis ad omnia Archiepiſcopi Mediolanenſis iuſſa, ſeu intra, ſeu extra vrbem operâ ſuâ opus habeat, præſto futuros ſe eſſe ſpondent, quodque ſpoponderunt, gnauiter præſtant, maximo alpinorum præſertim populorum, rudium Chriſtianæ fidei, beneficio. Sequitur S. Georgij

Expeditio Chriſtianorum in Palæſtinam.

ex horum numero conditor huius templi.

Oblatorũ origo & munus.

Templũ S. Georgij in Palatio.

gij templum, quod in Palatio nominant, quia Traianus Cæſar hîc ædes ſuas habuit. tẽpli conditor S.Natalis,& Mediolanenſiũ antiſtes fuit, cùm annus à Chriſto nato ſeptingenteſimus ſexageſimus numeraretur. Nec ſilendũ eſt in his locis fanũ D.Sebaſtiani à S.P.Q.Mediolanenſi ex voto conſtructum ac dedicatum; inceſſerat enim vrbi grauiſſima peſtilẽtia anno MDLXXVI. quæ multa mortalium millia velut vno funere ſuſtulit. pius tunc quidem & ſedulus antiſtes Carolus Borromæus, qui nullo mortis metu, nullo hominũ diſcrimine ægros inuiſit, iuuit rebus neceſſariis adeo profuſè, vt & domeſticã ſupellectilẽ venderet, & pretio expenſo bona Eccleſiæ ſuæ creditoribus obligare pignori neceſſe haberet. Pius itẽ & beneficus in egẽtes Senatus, impẽſis è publico ęrario ampliùs ducentis millibus aureorum nummûm: nec rectores præfectíque Xenodochiorũ, ad quos cura hæc velut propriè ſpectare videbatur, officio ſuo defuere; certè in tabulas relatũ eſt ſupra trecenta nummûm millia inſumpta fuiſſe, quæ è Xenodochiis ciuiúmque eleemoſynis corrogata. Neque his tamen aliiſve humanis auxiliandi generibus edomari vis mali potuit, quod de erigenda in honorẽ Martyris Sebaſtiani æde vota nũcupata fuerũt. Arbitror indicaſſe me ſacras ædes, quæcũque indicio dignæ erant. Multas tacui volens, quia moraturæ lectorem aut ſpe-

Templũ S.Sebaſtiano ex voto erectum.

D. Borromæi, & S. P. Q. Mediolanẽſis curæ & impenſæ in peſte affectos.

D.Sebaſtiani cultus peſtem auertit.

ctatorẽ potiùs, quàm oblectaturæ videbantur; quarum rationem inibis facilè, cùm omniũ ſummam acceperis. Numerãtur autem Mediolani, vt ſupputat Capugnanus, templa LXXXII. ex quibus Eccleſiæ Collegiatæ XI. parœciales LXXI. Monaſteria in vniuersũ LXXIV. quorũ XXXVI. Virginibus ſacris, XXX. monachis, VIII. reliqua Canonicis regularibus habitata. Sacer hic velut exercitus diurnis nocturníſque votis ſuperos aſſiduè placans, nec dubiè vrbi vt bona omnia precari, ita è diuerſo mala deprecari potens; quamquam ſit ciuitas etiam ſua multitudine roboréque firma, & cõtra hoſtes valida. certè acto ſæpiùs cenſu compertũ eſt ciuium incolarúmque ſupra trecenta millia eſſe, qui omnes intra pomœriũ habitant. Vnde quantus mœnium cõplexus ſit, facilis cõiectura. Vulgò decem millium paſſuum faciunt, nec falsò, qui tantus murorũ ambitus ob id admirabilior eſt, quòd paribus ferè ab inuicem interuallis portæ & propugnacula vaſtiſſima adſtructa, clauſáque extrinſecùs omnia ſunt profundiſſimis foſſis, aquarum è vicinis fluminibus lacubúſque corriuatarũ illuuie reſtagnantibus. Cinxit Mediolanũ his operibus Ferrans Gonzaga à Carolo V. Cæſare vrbi ſupremo cum imperio præfectus. Tutatur vrbem iuxtà atque exornat Arx in capite ſita, ceu baccatum monile & vnionibus diſtinctũ ornat appenſa aliqua gemma

in deſcript. Mediolan.

Templorum & monaſteriorum, quæ Mediolani.

Itémque hominũ vrbem incolẽtium numerus. Amplitudo vrbis.

eiuſdem mœnia & munimẽta.

Caſtella

ma grandior,ita turres ac propugnacula vnionum vice ſunt,gēma eſt Arx, & ipſa ſingularibus propugnaculis, velut baccis,incluſa. Auctor Caſtri huius Galeatius II.Vice Comes ſumptuoſo ædificandi ſtudio immerſus, æmulus Romanorū operū; nam cùm,vt narrat Iouius,Actianis ædibus anteriorem curiam porticibus & cęnaculis mediáque area ad equeſtres ludos relicta coniunxiſſet, adiecit manū ad hanc Arcem exſtruendā, quam etiam mira celeritate perfecit, in modicè accliui ſupercilio opportunè ſubiectę vrbi imminentem:nec munimentis modò fortiſſimis vallauit,ſed & ornamentis picturiſque adeo elegantem in modum excoluit,vt Franciſcus Petrarcha parum aſſentatus ſcripſerit Galeatium ceteris quidem operibus maximos Europæ reges, at hoc ædificio ſe ipſum ſuperaſſe. Figura loci quadrata eſt, qualem in icone vrbis chalcographus exhibet: niſi quòd à fronte & ad angulos immania propugnacula coctis lapidibus mōtium inſtar euecta longiùs procurrant.Fronti tegendæ præſtructæ geminæ ex ingentibus ſaxis turres. Ambiunt molem vniuerſam latiſſimi aggeres occultis fornicibus ſuſpenſi:& foſſæ ampliſſimæ intus exteriuſque circumductæ, perennibus aquis ſtagnantes,arcendo hoſti & à muris,& ſi vel in muros aggeréſq; euaſerit, ab interioris Arcis acceſſu comparatæ. Arx iſta interior maximæ capacitatis,di-

conditor huius & plurium ædificiorum Galeatius.

Arcis ornatus.

figura.

aggeres & foſſæ externæ.

interioris ædificij ampliudo.

uiſa in vicos & inſulas opidi in modum, nec minùs populo frequens eſt: etenim & præſidiariæ cohortes,& fabri ad Martia inſtrumenta elaboranda conducti hîc domicilia ac tabernas habent. Multum adhæc loci occupant horrea cellæque copioſo commeatu inſtructæ, & armamentaria omnigenis armis referta; omnia (verbo abſoluam) à natura & arte ita facta,vt periti talium cenſeant ex omnibus campeſtribus Europæ Caſtris iſtud primum eſſe.

incolentiũ multitudo & vſus.

Arx Mediolanenſis inter Europęas cãpeſtres muniti ſſima.

Hæc de Mediolano atque adeo Italia vniuerſa habui, quæ ſcriberem. Pauca, inquis,ſunt pro magnitudine & dignitate nobiliſſimæ regionis. Non diffiteor: ſed accipe conſiliũ meum & rationẽ inſtituti.Statueram non omnia,quę prodita à rerũ ſcriptoribus narratáque de Italiæ quibuſque locis repereram, commemorare: ſed ſimplicem ac nudam topographiam ſcribere; non res geſtas,euentus mirabiles,bella & ſimilia, quæ hiſtorici propriũ eſt exſequi;verùm conditionem ac naturam locorum,ſitum vrbium, opera atque ædificia publica,priuata,ſacra,profana; quorũ cauſſa peregrinatur hoſpes, & cùm domi non videat, apud exteros quærit. Inſerui, fateor, quandoque narrationem memorabilis rei, non quia adfectarim,ſed quia ſe ſub manũ dabat; tũ etiam leuãdi faſtidij cauſſa, quod nil niſi lapides, ſtatuas, imagines legenti ſuboriturũ facilè fore proſpiciebam.

Coronis libri apologetica.

bam. Neque nego ex his,quæ propoſue-rā́ deſcribere,prætermiſſa aliqua eſſe,aut neceſſitate aut conſilio:ſcilicet leuia videbantur, minimè digna memoria aut peruulgata, idcirco reiecta. neceſſariò omiſi illa,quæ ignorabā́, quæ non monſtrabantur, quæ in ſcriptoribus nṓ legeram. Nequidquā́ à me exſpectas omnia; non omniſcius ſum.diligentiā́,teſtor,adhibui,quam exſtimulabat à natura ingenita cupiditas videndi magna & rara; nṓ labori, non ſumptui peperci:ſi quid ſpectatu ſcitúque dignum eſſet, dedi operā́, vt ſpectarem & ſcirem:ſin effugērū́t aliqua,non ſanè negligentia mea factū́ eſt. At quotam,ais, Italiæ partḗ ſilentio præteriiſti? Ciſalpinæ Galliæ multa, multa Cā́paniæ;Apulos,Samnites,Lucanos,Calabros vix verbo attīgiſti. Etiam fateor, hos nec vidi quidem, nec pœnitet. non digni ſunt,qui ſpectḗtur:agreſtes & barbari populi, quorúm mores & viuendi rationem, qui experti ſunt, ſcriptis prodiderunt.Agrum non vitupero; felix eſt & vber &, vt verbo dicam, Itala gleba: incolæ minimè Itali. Ciſalpinæ Galliæ alia cauſſa eſt, cuius quam præterij partem,non faſtidiui. ſciebam, quàm culta, quàm elegā́s,quot in ea vrbes, quot opera digniſſima viſu eſſent. Non vidi. an ſponte & volū́tate mea?minimè. temporis neceſſitas inuitum Italia abſtraxit:illa amœna,beata regione; cuius quā́tum adſpectu capiebar, tantum recordatio-

ne delector. Tacui, quas non vidi vrbes, ne incognita pro certis atque exploratis venditanda eſſent. Idem hoc in aliis propoſitum habui: ſilui,quorũ oculatus teſtis nequeo eſſe. denique ita me in hoc opere geſſi, vt manca potiùs, quàm falſa narratio eſſet. Moneo & antè edico,euenturũ eſt lectori, quod mihi aliorum,qui in hoc genere verſati ſunt haut pauci,ſcripta lectitanti accidit. Repperi aliqua aliter ſe habere, quàm narrata ab iis eſſent:aliqua nec repperi quidẽ, quæ ipſi vt exſtantia copioſè deſcribebant. Num idcirco de fide ipſorum dubitaui? num Chimęras & Hippocẽtauros, quod fit à fabuloſis poëtis, narrari ab iis exſtimaui?Abſit,& abfuit ſiniſtrum hoc iudicium, apage lectorem; non tibi ſcripſi, qui ita iudicas procul hinc eſto; odi & arceo: illum admitto, qui etiam erratis ignoſcere velit; qui cogitet hominem ſe mequè,& errare humanũ eſſe.Sin talẽ non reperio, nihil recuſo, quin rigidus ſit,dum æquus. nõ deprecor reprehẽſionẽ; arguat,vbi peccatum eſt:ne damnet, vbi noxæ nihil admiſſum eſt Deprehendet aliquando quædam ſecus ſe habere, quàm commemorata à me fuerint.Quid hominibus vis faciã, qui illa mutarunt? aliqua in hoc loco ſita à me reperiet in alio.nũ potui prohibere homines,ne illa transferrent?quædam nuper informia & fœda artificis manus expolit, obtegit ſitũ & ſqualorem luculentis coloribus. an
ideo

ideo mentitus ſum ego, qui illa vt videram affecta, deſcripſi? alia pulchra ac ſplendida tēpus deformat, non cōpetunt iam iis laudes, quibus ea ornaui; vides turpe & indigeſtum aliquid, ego bellum atque elegans dixi. nō cogitas mutatum eſſe: ſed ac ſi cum fœditate eá natū fuiſſet, mihi iraſceris, me vaniloquū & nugiuendum vocas. Iniuria, mi homo. vera narro, pleraque oculata experiētia comperta: reliqua ex fide dignis auctoribus, quorum nomina ſuis locis adpoſui, vt videres, quibus denegatum fidem ires: itémque, ſicubi breuior aut obſcurior fuiſſem, adires ipſos prolixè luculentérque rem pertractantes. Erit alius in Ciceronis ſchola enutritus lector, qui non magnopere quæ dicantur, ſed quomodo, quàm eleganter, obſeruet; ſi quid in verbis, in ſententiis aſperum occurrat, illico nauſeet, damnet, abiiciat. Hunc ne tāgere quidem mea velim. Non panegyrim ſcripſi aut quid ſimile, in quo eloquentiæ laxes fræna licet: ſed opus minimè fœcundiæ capax. Ita eſſe peritus quilibet cenſebit: imperitus experiundo diſcet; niſi de iis eſt, qui, vt Plinius inquit, *optima quaque malunt contemnere, quàm diſcere.*

Fronte exile negotium,
Et dignum pueris putes:
Aggreſſus labor arduus,
Nec tractabile pondus eſt.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NOMEN

NOMENCLATOR

ſiue

SYLLABVS

Locorum inſignium, quæ Mercurius noſter indicat, explicat.

Iuxta numerum foliorum.

A.

ACademia Ciceronis. fol. 486
Acheron. Acheruſius lacus. 524
Aduerſa. 439
Ænaria, Iſchia inſula. 536
Æthalia. Ilua inſula. 551
Agnanum ſtagnũ. 583
Alcinoi mons. vid. Mons Alcinoi.
Amyclæ. Amyclanus lacus. 426. 537
Ancona. 234
Antium. 541
Apenninus mons. 123.253
Aponus. Abano. 88.90
Appia via. vid. Via Appia.
Appij Forum. vid, Forum Appij.
Aprilis vel Prilis lacus. 549

Aqua pendens. Aquula. 200
Ardea. 541
Argentarius mons. 597
Ariminum. 228
Ariminus. Marecchia fluuius.ibid.
Arnus fl. 130.557
Arquada. 86
Aſcianum. 186
Aſiſium. 192
Aſtrone. vallis & ſilua. 481.482
Aſtura. Stura fl. 539
Atella. 439
Atheſis fl.
Auentinus mons. 292.& ſeq.
Auernus. 524. & ſeq.
Auguſta foſſa & op. 92

B.

BAccanum. vicus, lacus & ſilua. 214
Baiæ. 510.& ſeq.
Barbarus mons. v. Gaurus.
Baſſanum. 6
Bauli. 521
Bolſena.v.Volſinij.
Bonconuento. 196
Bonitium. Poggibonzi. 164
Bononia. 105
Brenta. v. Medoacus.

C.

CÆcubus mõs. 425
Cælius mons. 299
Cæſaris villa. 519
Caieta. 428.& ſeq.
Campus Martius. 331
Capitolinus mons. 350
Caprarola. 211
Capraſiæ. 93
Capua. 438
Carbonaria foſſa. 93
Carthuſia Ticinẽſis. 591
S.Caſciani op. 162
Caſilinum. Caſilinus fl. 438
Caſſia via. v. Via Caſſia.
Caſſij forum.v. Forum Caſſij.
Caſtellum Francũ. 6
Caſtilionium. 549

Caſtrum

Caſtrum Nouum.
Cornetum. 547
Cecina fl. 551
Centius fl. 252
Centum celle. Ciuitas vetus. 546
Charoneę ſcrobes. 483
Ciminus mons. lacus, vicus. 209, 210.
Cimmara vallis. 252
Circæum. Circellũ. 537
Ciuitas vetus. v. Centum cellæ.
Clanis. Chianæ palus. 186
Claſſis op. 218
Clitumnus fl. & deus. 252. 282
Clodia foſſa. Chioggia. 216
Cluſium. Cluſina palus. 186
Colonnola. 188
Corñetum. v. Caſtrum Nouum.
Coſa. 547
Cremera, La Varca fl. 214
Crypta Ferrata 412
Crypta Neapolitana. 477
Cumæ. 532

D.

Delphini promõtoriũ 569
Dertona. 579
Domitia villa. 521

E.

Ericis caſtellũ. 566
Eſquilinus mons. 318

F.

Falerij Faliſcorum. 205
Falernus ager. 534
Fanũ Fortunæ. 231
Feretale. 433
Feritor. Biſagno fl.
Ferraria. 170
Fiaſconis mons. v. Mons Fiaſconis.
Fiumecino fl. 227. 239
Flaminia via. v. Via Flaminia.
Florentia. 130. & ſeq.
Florentiola. 125
Formiæ. Mola. 427
Formianum Ciceronis. 427. 540

Forum Appij. 415
Forum Caſſij. 205
Forum Vulcani. 490 416
Foſſa Noua. 415
Francolinum. 94
Fraſcatum. 412
Fulginium. Foligno. 252
Fundi. 422.424

G.

GAlbę Cæſ.villa. 422
Garus mős.v. Maſſicus.
Gaurus. Barbarus mons. 494
Gemmula mons. 87
Genua. 571.& ſeq.
S.Germani Sudatorium. 488
Grauiſcæ.Mons altus. 547
Guardiæ mons. v. Mons Guardiæ.

H.

HEluia Ricina. 251
Herculis portus.v. Portus Herculis.
Hetruria vrbs.208. 549
Hortenſij villa. 522

I.

IAniculus mons 285
Ilua inſula. v. Æthalia.
Interamna. Ternium. 253
Inter Ocrea.Ocrea. 155
Iria vicus. Voghera. 580
Itria fl.Staffa. ibid.
Iſchia inſula. v. Ænaria.
Itrium. 427

K.

KObel. 5

L.

LAboriæ. Laborini campi. 437
Lanuuium. 542
Laurentum. Laurolaui

rolauinium. 541
Lauretum. 241. & ſeq.
Lauinium. 542
Lautulæ. 422
Leucogæi colles. 489
Liris. Garigliano fl. 432
Liternum. Liternus fl. 435
Liuorno. v. Portus Labronis.
Loianum. 125
Luca. 562
Lucignanum. 194
Lucrinus lacus. 498
Luculli villa & piſcina. 505. 507
Luna. 566

M.

MAcerata. 251
Mæſia ſilua. 215
Malghera. Megara turris. 7
Marij villa. 519
Marinum. 412
Maſſicus. Garus mons. 433
Mediolanum. 594
Medo acus. Brenta fl. 473
Megaris. Megarus. Myagra. 346
Mergillina villa. 480
Meſtres. Ad Nonū lap. 7
Metaurus. Metaro fl. 232
Miluius pons. 215
Minio fl. 547
Minturnæ. 433
Miſenum promontorium. Portus. 504. & ſeq.
Mola. v. Formiæ.
Ad Monilia. Moneglia. 569
Mons Alcinoï. 197
Mons Altus. v Grauiſcæ.
Mons Draconis. 435
Mons Fiaſconis. Troſſulum. 204 & ſeq.
Mons Guardiæ. 117
Mons Nouus vel Cinerum. 494
Mōs Tuiatus Mōtamiata. 198
Muranum. 67

Nar.

N.

NAr. Nera fl. 254
Narnia. ibid.
Neapolis. 441. & ſeq.
Nemorenſis lacus. 413
Neptunium. 540
Neſis inſula. 535
Numicius. Numicum fl. 542
Nymphæus fl. 539

O.

OCriculú. 155
Oliueti Mõs. 194
Orbetellum. 548
Oſſaia. 187
Oſtia Tiberina. 543.& ſeq.

P.

PAdus.Po fl. 90. & ſeq 217.581
Palatinus mons. 374.& ſeq.
Pallia fl. 199
Patauium. Padua. 75.& ſeq.
Pauſilypus. 466
Peruſia.189.& ſeq.
Petra Mala. 125
Phaliſca. 204
Philiſtinæ foſſiones. 94
Piſæ. 555
Piſaurum. Peſaro. 230.
Piſaurus. Iſaurus. Foglia fl. ibid.
Piſonis villa 521
Planorium. Bianora. 124
Platten. 4
Plumbinum.v.Populonia.
Poggibonzi.v.Bonitium.
Pompeij villa. 519
Pomptini cãpi & paludes. 415
Populonia. Plumbinum. 549
Portus Herculis. 548
Portus Labronis. Liburnus. Liuorno. 552
Portus Telamoni'. 349
Port⁹ Veneris. 569
Pratolinum. 127. & ſeq.
Prilis lacus. v. Aprilis.
Primolanum. 5
Priuernum Piperno. 415

Prochyta

Prochyta inſula. 536
Puteoli. 499
Pyrgi. 546

Q.

S. Quirici op. 198
Quirinalis mons. 388

R.

Radico fanum. 198
Rauenna. 217. & ſeq.
Recinetum. 251
Rhodigium. 87
Roma. 260.& ſeq.
Roncilionis op. 211
Roſæ Mons. 212
Rubicon. Rucone fl. 225

S.

Sagis. 93
Saturnia. 261
Scarpatia. 126
Scipionis villa.
Segeſta. 569
Sena. 165.& ſeq.
Sena. Ceſano fl. 233
Seno Gallia. 232. & ſeq.
Sentinus pons. 199
Sermoneta.Sulmo. 414
Serrauallis. 579
Setia. 414
Sibyllæ antrum.lauacrū. 527. 529
S. Silueſtri Mons. v.Soracte.
Sinueſſa. 434
Soracte. Mons S. Silueſtri. 156
Spetia op. & Portus. 569
Spoletium. 253
Stura fl. v. Aſtura.
Sueſſa Aurunco-rum.Seſſa. 435
Sulmo. v. Sermoneta.

T.

Tarquinienſis lacus v.Volſinienſis.
Tarracina. 421
Tartarus. Atrianus. Hadria fl. 94
Telamonis Portus. v. Portus Telamonis.
Ternium. v Interamna.
Tiberis fl. 191 156.543

Ticinum. Pauia. 582.& ſeq.
Ticinus fl. 581
Tigulia.Seſtri.569
Tollentinum. 251
Traſymenus lacus. 187
Treglia fl. 156
Tres Tabernæ.414
Tridentũ.1.& ſeq.
Troia inſula. 549
Troia Latina. 542
Troia Veneta. 74
Troſſulum.v.Fiaſconis Mons.
Turris Patriæ.435
Tuſculanum Ciceronis. 413

V.

Vada Volaterrana. 551
Valentia.
Vallianum.
Vaticanus mons.
Vatiæ villa. 523
Vatrenus.Saternus fl. 93
Veij. 213
Velitræ.412.& ſeq.
Venda mons. 87
Venetia regio. 25
Venetiæ vrbs. 8. & ſeq.
Vetulonij.Vetulia. 551
Via Apia. 416. & ſeq.
Via Caſſia.212. & ſeq.
Via Conſularis. 440
Via Flaminia.215, 228,258,328
Via Herculea ſeu Herculanea.498
Viminalis mons. 318,323,384
Virgilij ſepulchrũ. 479
Viterbium. 207
Vmbro fl. 186
Voghera.v.Iria.
Volſinienſis. Tarquinienſis lacus. 283
Volſinij. Bolſena. 200.& ſeq.
Vulcani forum. v. Forum Vulcani.
Vulturnus fl.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA